Respondeo q angelus aliquez cognoscit per essentiam suaz: scilicet se: quia intellectui quem corpus corruptibile non aggrauat: similitudo non est necessaria: ad cognoscendu3 aliquid creatum: nisi ad hoc q intellectus similior fiat intelligibili & actualior respectu illius: & determinetur ad ipsum: & vt per ipsaz intelligibile aliquo modo fit intelligẽte. Angelus autẽ per essentiã suã est similior sibi ipsi q̃z per quãcũq3 spẽm: & ẽt actualior respectu sui ipsi° : & sufficiẽter determinatus respectu sui ipsius. & verius est in se ipso per essentiã suã q̃z intelligibile sit in itellectu per spẽz. Et iõ per essentiã suã angelus intelligit semetipsuz. Anima tñ duz est corporis corruptibilis forma in sui cognitionem nisi generalissimã nãliẽr: & de lege cõi venire nõ põt: nisi argumẽtãdo: veniẽdo a cognitiõe obiecti ad cognitionem sui actus: & ab illa ad cognitionẽ sue potẽtie: & tandez ad cognitionẽ sue substãtie. Nec sic adhuc hz cognitionẽ de se ipsa nisi debilẽ: qr eniz vt dĩ Sap. 9. corp° q corrũpitur aggrauat animã: iõ anima duz est corpis corruptibilis forma: non põt se nãliter & de lege cõi plene & imediate inflectere super se ipsaz. ¶ Dico etiã q angelus res alias a se: que tñ realr sunt in intellectu suo: sicut est habitus: cognoscit per illã rẽ nõ per spẽm aliã. Quia per illã intellect° angelicus sufficienter est informatus & determinatus ad rẽ ipsaz. Sicut eniz videmus q spẽs q̃ sunt in intellectu suo: nõ cognoscit per spẽs alias: eo q per eas intellectus eius est informatus: & sufficienter determinatus ad eas. Ita habitũ realr p̃ntẽ in suo intellectu: cũ p ipsaz itellect° ei° informet & determiet re° illi° eiusdẽ habit°: nõ cognoscit per spẽm aliam: q̃uis nõ sic possit dici de anima: dũ est corporis corruptibilis forma: qr naturalr & de lege cõi venit in cognitionẽ habituũ: qui sunt in ea: incipiẽdo a cognitiõe obiecti: & inde veniẽdo ad cognitionẽ actus. ¶ Dico ẽt q ãgelus res alias a se que nõ sunt realr in eo: cognoscit per spẽz: qr eas nõ põt cognoscere per ipsas easdẽ res: cũ realr nõ sint in ipso p̃sentes nec per essentiã suã: qr cũ angelus sit limitate eẽntie: impossĩe est q sit sufficiẽter expssiua rez differentiũ a se. ¶ Sic ergo cõcedẽdũ est q angelus nãli cognitione aliqua cognoscit per spẽm.

Ad p°m.

Ad primum in oppositũ cum dicitur. q omnis intelligentia sit res per hoc qd est intelligentia &c. Dico q intelligẽduz est de intelligentia spẽbus rez informata. Uel vt dicit cõmentũ: sensus est: qr pprietas intelligẽtie est sciẽtia: & non esset nisi esset eius cõplemẽtũ. s. accidẽtale nisi esset sciens. ¶ Ad scdm dõm. q q̃uis vilesceret diuinus intellect° si intelligeret per aliud a se: eo q h includeret eius intellectum esse possibilez. Nõ tamẽ vilescit intellectus angeli intelligendo aliquid per aliud a se: quia cum intellectus eius nõ sit purus actus in aliquã actualitatem reducitur per ipsas spẽs: maxime cũ nõ imprimantur sibi a rebus: sed a deo, quantũ ad cõcreatas: vel virtute sui actiui quãtuz ad species a rebus acceptas. ¶ Ad tertiuz dicendum. q q̃uis Auicen. intellexit omnia esse in cognitione creatoris: nõ per spẽs alias a se: non tamẽ intellexit omnia que sunt in cognitiõe angelica esse ibi nõ per plures species alias a se: nec intellexit tot esse in cognitione angelica: quot sunt in cognitione diuina. ¶ Ad quartuz cum dicitur q substãtia magis est similis substãtie q̃z accñs &c. Dico q verũ est de similitudine qua aliqua dicuntur similia: qr vniuocãtur in aliquo: nõ tñ opz q sit vez de similitudine: qua vnũ dĩ alterius silitudo: in imitãdo & representãdo: & sic silitudo in intellectu ãgelico silis est rebus q̃ per silitudinẽ intelligunt ab eo: & hec est similitudo necessaria ad talium reruz cognitionez ab intellectu angelico. ¶ Questio. II.

Ad 2m

Ad 3m

Ad 4m

Qõ. I. Ar. p°

Secundo queritur vtruz omnia que angelus nãli cognitione cognoscit per spẽs: cognoscat per spẽs cõcreatas. Et videtur q sic. Quia fm phm. 1. metheoroz. Corpora superiora nõ recipiunt impressiones peregrinas accidentes eis. Ergo nihil recipiũt ab istis inferiorib° creaturis: ergo omnia cognoscũt per spẽs cõcreatas que a superiori accepte sunt. ¶ Itẽ per diuinas ydeas: oẽs res cognoscibiles sufficiẽter repñtant. Sz spẽs angelis concreate exẽplate sunt a diuinis ydeis. Ergo per eas sufficienter possunt habere cognitionẽ omniũ que naturali cognitione cognoscere possunt. ¶ Itez recipere est pati. Sed angelus nõ põt nãliter pati ab istis inferiorib° : qr cũ eis nõ cõicat in materia. Ergo nõ habet naturalẽ cognitionẽ istoz nisi per spẽs ccreatas. ¶ Itẽ intellectus nõ põt abstrahere spẽm intelligibilẽ nisi mediãte ymaginatiõe: qr per° ordine nãe: oz ipsaz reduci ad eẽ ymaginabile q̃z itelligibile. Sz in ãgelo nõ ẽ ymaginatio. g° nullã spẽm intelligibilez põt abstrahere: oĩa ergo que per spẽs nãli cognitione cognoscit: p ccreatas spẽs cognoscit.

Secũdo.

Tertio.

Quarto.

In op^m.

Contra intellectus humanus qui est nãliter inferior q̃z intellectus ãgelicus: põt spẽs intelligibiles a rebus abstrahere: ergo multo fortius itellect° ãgelicus: q aliqua ergo cognoscũt per spẽs a rebus acceptas. ¶ Itẽ Aug. 12. de trini. ca. 7. Deus nõ ad tempus videt: nec aliquid noui fit in eius visione: cũ aliquid trãsitorie atq3 tẽporaliter geritur: sicut inde afficiuntur sensus: vel carnales aialiũ & hoĩuz: vel etiã celestes ãgeloz: aliqd ergo de nouo recipiũt. ¶ Itẽ spẽs angelis ccreate sunt in aliquo numero finito determinato. Cum ergo angelus possit cognoscere vltra oẽm determinatũ numeruz. Cũ possit cognoscere quãcũq3 spẽz numeri: & vltra oẽm numerũ determinatuz sit aliqua numeri spẽs: si nihil posset nãliter cognoscere nisi per spẽs cõcreatas: per vnaz spẽm posset nãliter plura cognoscere: q falsum videtur. Cũ nulla res limitate essentie possit esse sufficienter pluriũ: inquantũ plura sunt expssiua.

Rñ° Angelus aliq̃ cog. scit p species a rebus acceptas.

Respondeo q nõ omnia que angelus naturali cognitione per spẽs cognoscit per cõcreatas spẽs cognoscit. Sed aliqua cognoscit per cõcreatas spẽs: sicut vlia omniũ rerũ naturaliũ et multa singularia incorruptibilia. Et ppter hoc dĩ. x. ppositione de causis. q omnis intelligẽtia plena est formalis. Quedã cognoscit per spẽs a reb° acceptas. Experimur eniz in nobis q si habem° spẽm alicuius rei que mõ nõ est in re ex̃: & postea fiat in re ex̃: si de nouo aliq̃ virtus apprehẽsiua in me nõ recipit aliqd ab illa re: nec alr disponat: non mutat cognitio quã añ habebã de illa. Ergo si angelus nihil penit° reciperet ab istis reb° : nõ aliter cognosceret nãli cognitiõe eas dũ sunt: q̃z cognoscebat añq̃z essent. Et ita sequeret q multoz futuroz cõtingẽtiũ haberẽt naturalẽ cognitionem: q falsum est. Dicit enim Dam. lib. 2. c. 4. q futura neq3 angeli neq3 demones nouerunt. s. naturali cognitione: & loquẽdo de futuris contingẽtibus. ¶ Instãtia autẽ quã q̃dã ponũt: cõtra predictã ratiõem: dicẽtes: q qr res existẽs aliã relatiõem hz ad suã spẽm in intellectu angelico: quã hẽret añq̃z eẽt: ideo per illã eãdem spẽm cognosci põt ab intellectu angelico: alr quã añq̃z esset. Parũ valet: qr manẽte equali dispositiõe: intellectus angelici: res existens nõ habet aliã relatiõem: sub ratiõe qua representata est ad intellectum angelicum: q̃z hẽret anteq̃z esset: & manente equali dispositione intellectus: & equali relatione rei ad intellectum: sub ratione qua representata est: potest intellect° equaliter cognoscere illã rem naturali cognitione.

Ad p^m.

Ad primum in oppositũ cũ dĩ. q corpa supiora nõ recipiũt ab istis iferiorib° &c. Dico intelligẽdũ est de receptiõe ordinata ad gñatio

nez ⁊ corruptiõem: que receptio nominatur nomine pe
regrine impressionis. In virtute tamen sua recipiunt si
militudinem a corporibus elementarib⁹ nõ tã per acti
uaz virtutẽ corporũ elemẽtariũ principaliter. Similiter
dico ꝙ angeli ab istis inferioribus similitudinẽ recipiũt
intelligibilẽ: nõ per virtutẽ istoꝝ inferioꝝ: nisi instrũalr.
Quia angelus per suũ actiuũ pncipalr: ⁊ per silitudines
istoꝝ inferioꝝ instrũalr educit de po⁹ sui potẽs: spẽz intel
ligibilẽ: per quã de nouo hz de re inferiori aliquã cogni
tionẽ: ⁊ illa est opatio nãlis: ad silitudinẽ qua in nobis ẽ
Ad 2ᵐ nãlis opatio intellect⁹ agẽtis. ℂ Ad secundũ dõm. ꝙ dĩ
deficit: q: in deo sunt infinite ydee: ⁊ q̃lz creatura ppriã
ydeã cognoscit: vt in pmo lib. oñsum est. Spẽs aũt con
create ipsis angelis sunt in nũero finito ⁊ determinato.
ℂ Preterea nõ est veꝝ ꝙ tãta virtus sit in representan
do in spẽ exẽplata ab ydea: sicut est in ipsa. Idea eniz di
uina est ipse deus: spẽs autẽ exẽplata ab illa est creatura.
Ad 3ᵐ ℂ Ad tertiũ dõm. ꝙ q̃uis angelus nõ cõicet cum istis
inferiorib⁹ in mã: tñ põt recipere spẽz ab istis inferiorib⁹
per suũ actiuũ pncipalr: ⁊ per sensibiles silitudines isto
rũ inferioꝝ instrũalr: sicut expositũ est. in solõne argumẽ
ti pmi. cõicatio aũt in mã inter aliqua non est necia nisi
ppter mutuã actionẽ ⁊ passionẽ: ordinatã ad mutuã ge
Ad 4ᵐ nerationẽ ⁊ corruptionẽ. ℂ Ad quartũ cũ dĩ. ꝙ intelle
ctus nõ põt abstrahere spẽm nisi mediante ymaginatio
ne ⁊c̃. Dico ꝙ veꝝ est de intellectu humano duz est actu
corporis corruptibilis forma.

Consequenter queritur de. 7. pn
cipali. Et circa h
querunt duo. ℂ Primo vtꝝ ãgelus ex puris
nãlib⁹ potuisset diligere deuz plus q̃z seipsum.
ℂ Scdo vtꝝ ante cõuersionẽ ⁊ auersionẽ: iſe
rior angelus magis diligebat angelũ superiorẽ q̃z eq̃lẽ
vel sibi ppinquum magis. Qõ. I.

Qõ. I. Ar. pᵒ Primo ondo: ꝙ ãgelus ex puris nãlib⁹ nõ
potuisset deũ dilige pl⁹ q̃z se ipz: di
ligẽ deũ pl⁹ q̃z se ipz: act⁹ ẽ caritatis. Sz ex puris
nãlib⁹ nõ potuisz iu caritatis actũ. Ergo nec di
Secũdo. ligẽ deũ q̃z se ipz. ℂ Itẽ Aug. 14. de ci. c. vlt. dic ꝙ amor
dei vsq3 ad ↄ̃tẽptũ sui: fundamẽtũ ẽ charitatis dei. Sz di
ligere deũ plus q̃z se ipm: est diligere eũ vsq3 ad sui ↄ̃tem
ptũ. Si ergo angeli ex puris nãlib⁹ h potuissent: ex pu
ris nãlib⁹ potuissent mereri. cũ amor in quo fundat cha
Tertio. ritas dei maxime meritorius sit. ℂ Itẽ sm Dyo. 4. ca.
de diui. no. amorẽ siue diuinũ: siue angelicũ: siue intelle
ctualẽ: siue animalẽ: siue nãlez dicam⁹: vnitiua quãdam
⁊ cõtinuatiuã intelligem⁹ virtutẽ: nãlis ergo amor forti⁹
tendit in rẽ que magis est vna cũ amãte. Sed q̃libz ãge
lus magis est vnus cũ nã ppria q̃z cũ deo. Ergo ex pu
Quarto. ris nãlib⁹ nõ potuissent deũ diligere plus q̃z se. ℂ Itẽ sz
Dyo. 4. ca. de diui. no. loquens de malis angelis dicit. ꝙ
datas eis angelicas donatiões: nũq̃z ipsas cõmotas fuis
se dicim⁹: sed sunt integri ⁊ clarissimi. Si ergo angeli ex
puris nãlib⁹ deũ plus q̃z se diligere potuisset: adhuc ma
li angeli h possent. ꝙ falsuz videtur.

In opᵐ Contra Aug. in lib. de fide ad petrũ longe añ me
diuz dicit de angelis: ꝙ eos de⁹ creauit: vt
etiã ↄ̃rese illũ diligerẽt cuius se tales ope cognouissent.
ℂ Itẽ Eccl. 9. nescit hoc vtrũ amore an odio dign⁹ sit.
Cũ ergo h sciat vtꝝ diligat deũ plus q̃z seipm: vel non.
Si nõ posset deũ diligere plus q̃z se sine charitate: sciret
q̃ñ hẽt charitatẽ ꝙ est ↄ̃ auctãte Eccl. pallegatã. Ergo
hoc ex nãlib⁹ põt diligere deũ plus q̃z seipm. multo for
tius ergo angelus.

Rñ⁹ Ad hanc qõnem dicũt q̃daz. ꝙ angelus ex puris
nãlibus nõ potuisset deuz diligere plus
q̃z se: q: ex puris nãlibus non potuisset deũ diligere: nisi
inquantuz est nãe dator ⁊ cõseruator: ⁊ ita non potuisset
deũ diligere: nisi istuz amorez reflectẽdo ad naturã suaz:
⁊ sm pħm pmo posterioꝝ. ppter qd vnũqdq3 tale: ⁊ il T. cõ. 5.
lud magis. ℂ Sed ↄ̃tra. q̃ñcuq3 hoies aliq ex nãli amo
re ad bonũ p̃rie se exposuerũt morti: p p̃rie salutẽ. Cuz
tñ h ex charitate nõ facerẽt: q: infideles erãt. Ex nãlib⁹
ergo põt hoc diligere cõe bonũ patrie: magis q̃z se ipm.
Cũ ergo deus sit nature cõissimũ ⁊ summũ bonũ: vĩ ꝙ
ex puris nãlibus angelus potuisset deũ diligere plus q̃z
se ipsum. ℂ Videtur ergo mihi dõm. ꝙ cũ recta rõ nã Angelus
lis docet deũ debere diligi plus q̃z quãcũq3 creaturam. ex puris
Et volũtas nãlis nõ sit recta: nisi ↄ̃formet dictamini na nãlib⁹ po
turalis rõnis recte. Si angelus ex puris naturalib⁹ non tuissz di
potuisset deũ diligere plusq̃z se ex puris nãlibus nõ po ligẽ deuz
tuisset hr̃e naturalẽ rectitudinẽ in affectu: ⁊ ita si fuisset pl⁹ q̃z se.
creatus in puris naturalib⁹: nõ potuisset naturalẽ recti
tudinem habuisse: ꝙ falsum est.

Ad pᵐ Ad primum in oppositũ cum dĩ. ꝙ diligere
deuz plus q̃z se ipz est actus cha
ritatis ⁊c̃. Dico ꝙ veꝝ est: si diligat sub rõe qua est sũmũ
bonuz beatificans supernaturali beatitudine: oẽs q per
seuerant vsq3 in finez: ⁊ amore eius obseruant mandata
illius. Sub hac rõne angelus ex puris naturalibus: non
potuisset deũ diligere plus q̃z se. Sed sub rõne qua ẽ vlẽ
Ad 2ᵐ bonuz: a quo depẽdet oẽ bonuz create nature. ℂ Ad se
cundũ cuz dĩ. ꝙ amor dei vsq3 ad cõtemptuz sui funda
mentũ est charitatis ⁊c̃. Dico ꝙ veꝝ ẽ de illo amore quo
diligit deus: vt summũ bonũ, beatificans supernaturali
Ad 3ᵐ beatitudine: eo mõ quo in solutiõe pcedenti argumenti
dictuz est. ℂ Ad tertiũ cuz dĩ. ꝙ naturalis amor fortius
tẽdit in rez que magis est vna cuz amante. Dico ꝙ veꝝ
est ceteris paribus: q̃uis autẽ aliquis natura creata ma
gis sit vna cũ se ipsa: q̃z cũ deo: tñ alia paria non sunt: q:
deus est vlẽ ⁊ cõe bonuz a quo depẽdet totũ bonũ natu
re create: ⁊ naturale est parti: plus diligere bonuz totius
q̃z ppriũ. Vñ naturalr mẽbꝝ exponit se p salute corpis.
Et pagan⁹ virtute que põt acqri ex naturalibus: ↄ̃tuo
sius: sicut fortitudine politica bono pprio pponit bonuz
cõe totius patrie. Et volũtas naturalis recta ⁊ integra
bono pprio pposuisset deuz inquantuz est vlẽ ⁊ cõe bo
Ad 4ᵐ num totius nãe. ℂ Ad q̃rtũ dõm. ꝙ q̃uis in ãgelis ma
lis remãserint nãlia dona absolute: sm id qd sunt: tñ per
petm̃ diminuta est in eis nãlis aptitudo ad bonũ: ⁊ cõtra
ↄ̃tia habitudo. Quapp nõ est in eis voluntas: ita potens
ad motuz naturalẽ rectũ: sicut erat ante petm̃. ℂ Dicũt
tñ aliq. ꝙ inquãtuz de⁹ est vlẽ ⁊ cõe bonũ totius nãe: ma
li angeli nãli motu volũtatis diligũt deuz plus q̃z se ipz
Sed q: sciũt eũ ↄ̃rium male volũtati eoꝝ: ⁊ se ipsos puni
ri per eũ: ex deliberatiua volũtate admitiũt ipm. Sz pri
Argᵃ in oppᵐ ma solõ est rõnabilior ⁊ securior. ℂ Argumẽta ad partẽ
aliã gr̃a ↄ̃clonis ↄ̃cedẽda sunt: q̃uis nõ multuz cogant.
Quia ad auctoritatez Augustini dicerent aliqui: ꝙ ange
geli nõ fuerunt creati in naturalibus puris: sed cum ta
li supernaturali adiutorio: quo diligerent deum plus q̃z
se. ℂ Vel exponerent illud verbuz: vt illuz ↄ̃rese dilige
rent: ita vt ppter hunc finem creati essent: vt deuz plus
Ad 2ᵐ argᵐ q̃z se diligerent. ℂ Ad secunduz dicenduz. ꝙ hoc nescit
certitudinaliter in hac vita: ⁊ de lege communi vtrum
deum diligat plus q̃z se. Et ideo si non concedatur ꝙ in
statu nature lapse non possit diligere plus q̃z se: sine cha
ritate: tamen ex hoc non sequitur ꝙ hõ habens chari
ritatem sciat de lege cõmuni: se charitatẽ habere. ℂ Et
preterea q̃uis hõ non possit in actum predictum sine
charitate: tamen hoc non est a nobis scitum: sed credi
tum. ℂ Questio. II.

Qõ. II. Ar. pᵒ Secundo queritur vtrum ante conuer
sionem ⁊ auersionem: inferior
angelus magis diligebat angelum superiorem q̃z
equalem: vel q̃z magis sibi propinquũ. Et videt

ꝙ non

ꝙ nõ. Quia similitudo est rõ diligendi. Unde Eccl. 13. omne animal diligit sibi simile. Inter quos ergo est maior similitudo: est maior diligẽdi rõ. Sz inter angelos eq̃les vel sibi ꝓpinquos in nãlib⁹ est maior silitudo ꝙ̃ iter superiorẽ ⁊ inferiorẽ. Ergo inferior ãgelus magis dilige
Secũdo. bat angelũ sibi ꝓpinquũ ꝙ̃ superiorẽ. ¶ Itẽ q̃libz ãgelus magis diligebat se ipm ꝙ̃ aliũꝗ inter ãgelos magis
Tertio. diligebat illũ q magis appropinq̃bat ad ipm. ¶ Itez in ecclesiastica ierar. magis ſm rectũ iudiciuz rõnis diligit q̃s fratrẽ sui: sui ordinis: ꝙ̃ alterũ alteri⁹ ordinis meliorẽ. Ergo silr est in angelica ierarchia.

In op[m] C. 2. 59. **Contra** phs scdo de gnõne. In omnib⁹ ingnius ꝙ meli⁹ est desiderare nãm semp. Sed añ conuersionẽ ⁊ auersionẽ nõ in volũtate angeloꝝ: aliq̃s motus nisi nãlis: q: in pmo motu electiuo boni fuerũt conuersi: ⁊ illi q mõ sunt mali fuerunt auersi. Ergo q̃lz eoꝝ diligebat plus: ꝙ meli⁹ erat. Magis ergo diligebat inferior superiorẽ ꝙ̃ sibi ꝓpinquiorẽ vel equalez.

Rñ° Angelus inferior añ auersionẽ maioꝝ plus diligebat supiorez ꝙ̃ eq̃lem magis. **Respondeo** ꝙ angelus inferior ante cõuersionẽ ⁊ auersionẽ: magis diligebat superiorẽ: ꝙ̃ sibi magis ꝓpinquũ vel equalẽ. Et bonũ maius illi volebat: ⁊ bonũ illius intensius optãdo. Q: cum gloria sit pfectio nãe recte: ⁊ mõ angelus inferior magis diligat superiorẽ: ꝙ̃ sibi magis ꝓpinquũ vel eq̃lẽ. Uñ ꝙ motu nãli plus diligebat superiorẽ: ꝙ̃ sibi magis ꝓpinquũ: vel equalẽ: q: añ auersionẽ in omnib⁹ erat nã recta. ¶ Preterea cũ magis diligerẽt deum: ꝙ̃ se ipsos nãlr: magis diligebãt illũ q erat ꝓpinqor deo: ꝙ̃ illum q erat ꝓpinqor in nã: angelo diligẽti: maxime cũ nullus sit ab alio: ⁊ oẽs eque immediate a deo. ¶ Uñ vr mihi: ꝙ q̃libet angelus: plus diligebat deũ ꝙ̃ se ipm: ⁊ plus se ipz ꝙ̃ quẽcũꝗ aliũ angelũ. Et inter alios plus diligebat illũ qui magis appropinquabat ad deum.

Ad p[m] **Ad primum** in oppositũ cũ dr ꝙ vbi est maior similitudo: ibi est maior diligendi rõ ⁊c̃. Dico ꝙ verũ est ceteris paribus. Sed q̃nꝗ bonitas vni⁹: ita excedit bonitatẽ alteri⁹: ꝙ volũtas motu nãli recto: magis fert in magis bonũ: ꝙ̃ in magis similẽ. Uñ si essent tres fratres de eodẽ pře ⁊ eadẽ matre: oẽs boni: sed pmogenitus lõge melior aliis duob⁹: inter se magis similib⁹ in cõplexione ⁊ moribus. Si voluntas vnius illoꝝ esset directa ſm rectũ iudiciũ rõnis in diligendo: magis diligeret fratrẽ meliorẽ: ꝙ̃ aliũ minus bo
Ad 2[m] num: magis tñ sibi similẽ. ¶ Ad 2[m] dõm. ꝙ q̃uis q̃libz angelus magis diligebat se ipm ꝙ̃ alterũ: tñ magis diligebat deũ ꝙ̃ se ipz. Uñ in dilectiõe alioꝝ ãgeloꝝ magis regulabat se: ſm dilectionem dei: ꝙ̃ ſm dilectionem sui.
Ad 3[m] ¶ Ad tertiũ cũ dr. ꝙ in ecclesiastica ierarchia magis ſz rectũ iudiciũ rõnis diligit q̃s fratrẽ sui ordinis: ꝙ̃ alteꝝ alterius ordinis meliorẽ ⁊c̃. Dico ꝙ nõ opz h̄ semp esse veꝝ: alius eniz tñ posset excellere in bonitate istũ: ꝙ pl⁹ deberet ponderare in alliciendo affectũ diligentis: ꝙ̃ cõformitas in eodem ordine.

Consequenter queritur de. 8. pn cipali. Et circa h̄ querunt duo. ¶ Primo vtrũ angeli ab instãti sue creationis: potuerũt esse auersi: auersiõe cãta a voluntate diuina. ¶ Secũdo vtrũ ab illo instanti potuerũt auerti volũtate ꝓpria. ¶ Q. 8. I.

Q. 8. I. Ar. p° **Primo** arguendo. ꝙ de⁹ potuerit esse cã auersiõis ãgeloꝝ. Q: sicut se h̄z ignorãtia ad intellm: ita se h̄z culpa ad affectũ. Sz de⁹ potuisset creasse angelos cũ ignorãtia in intellectu: cũ creare posset vnũ paruulum ignorantẽ. Ergo silr
Secũdo potuit eos creare cũ auersione in affectu. ¶ Item deus posset creare rem aliquã cũ aliquo defectu nature. Ergo a silĩ potuit creare ãgelũ cũ aliquo defectu volũtario. Sz defect⁹ volũtatis ẽ auersio a deo. Ergo potuit creare angeli auersionẽ. ¶ Itez deus potuit eẽ cã omnis rei: que
Tertio. cooperat ad decorẽ vniuersi. Sed malũ cooperat ad decorẽ vniuersi: ſm Aug. xi. de ciui. ca. 12. Ergo potuit de⁹ esse causa mali culpe: q: de tali malo loquit ibi. ¶ Item
Quarto. deus nõ cõseruãdo aliquã rem: dr esse cã adnihilationis illius. Ergo silr nõ ꝓhibẽdo angelũ peccare: est cã peccati illius. Sed ab instãti creationis angeli: deus potuit nõ ꝓhibere ipsum peccare. Ergo ab illo instanti potuit esse causa auersionis angeli.

In op[m] **Contra** ſm Aug. lib. 83. q. q. 3. Hominẽ facere deteriorẽ tanta culpa est: ꝙ in sapientẽ hominẽ cadere neq̃d. Ergo multo min⁹ sapiẽtissimus deus facere potuit: vt angelus esset deterior. Ergo nõ potuit esse cã sue auersionis. ¶ Item aliquis magis est peccator: q: ab ipso est malũ: ꝙ̃ q: in ipso est malũ. Unde ſm phm. 5. ethicoꝝ. c. 19. deterius est iniustũ facere ꝙ̃ iniustuz pati. Ergo si auersio angeli potuisset esse a deo: de⁹ peccare potuisset ꝙ erroneũ est. ¶ Itẽ phs lib. 3. ethicoꝝ. ca. 8. ꝓpter naturã turpes nullus increpat: sz eos qui ꝓpter negligentiã ⁊ desidiã. Ergo deus nihil ãgelo facere potuit pro quo ipse angelus culpabilis esset. Sed auerti a deo est culpa illius qui auertitur. Ergo deus non potuit esse causa auersionis angeli.

Rñ° Nunꝗ̃ de⁹ potuit esse cã auersiõis angeloꝝ. **Respondeo** ꝙ deus nõ potuit esse cã auersionis angeloꝝ: nec ab instanti creationis: nec postea. Quia auersio ãgeli a deo reddidit ipm culpabilẽ in iuditio dei. Sed impoẽ est ꝙ iudex summe iustus: culpã aliquã pro aliquo ꝙ potuerit in eo. Cum g̃ deus sit iudex sũme iustus: nõ potuit esse causa auersiõis ipsius angeli. ¶ Preterea deus est sũme vnus. Sed discordia aliquo mõ opponit vnitati. Ergo deus ẽ sibi ipsi sũme cõcors. Nullo ergo mõ põt esse cõtrarius sibi ipsi. Sz auersi a deo est ꝯ legẽ eternã. Uñ Aug. 22. ꝯ Faustuz. q̃si inter mediũ ⁊ finẽ. Dicit ꝙ iniqu⁹ q̃ꝫtrũ in ipso ẽ perturbat ordinẽ nãlẽ: quẽ lex eterna cõseruari iubet. Ergo deus nõ potuit esse cã iniq̃tatis ipsius angeli. g̃ nec auersionis illius: q: auersio a deo iniq̃tas est.

Ad p[m] **Ad primum** in oppositũ dõm. ꝙ ignorãtia intellectus nõ sic deordinat a fine: sicut auersio affectus: ⁊ iõ nõ est silr de ignorãtia ⁊ auersione. Nõ dico tñ ꝙ de⁹ creauerit angelos ignorantes: q: ignorãtia nõ est quecũꝗ nesciẽtia: sed nesciẽtia illius rei:
Ad 2[m] ꝙ̃ nesciẽs tenet scire ſm exigẽtiã sue nãe. ¶ Ad secũdũ dõm. ꝙ defectus nãe nõ sic priuat ordinem creature ad creatorẽ suũ: sicut defectus ipsi⁹ volũtatis. Quia voluntas est potẽtia increata: per quã creatura magis põt ordinari in deũ: si recta est: vel deordinari ab ipo si est iniqua.
Ad 3[m] ¶ Ad tertiũ cuz dr ꝙ deus potuit esse cã eius ꝙ cooperatur ad decorẽ vniuersi ⁊c̃. Dico ꝙ veruz est de illo ꝙ per se cooperat ad decorez vniuersi. Peccatum aũt non est ad decorẽ vniuersi per se: sed per accidẽs ſm ꝙ decla
Ad 4[m] ratuz est in pmo lib. ¶ Ad quartũ dõm. ꝙ si deus permitteret aliquã rem adnihilari: nõ diceret cã adnihilationis illius: nec efficiẽdo nec deficiẽdo. Q: nõ tenet cõseruare nisi velit. Sed tantũmõ permittẽdo. Sed h̄ ꝓpẽ nõ est esse causaz. Unde q̃uis peccatum permittat fieri: nõ tñ est causa peccati. ¶ Q. 8. II.

Q. 8. II. Ar. p° **Secundo** q̃rit vtꝝ ãgelus ab istãti creatiõis sue potuerit auerti volũtate ꝓpria. Et vr ꝙ sic. Q: cognitio pt eẽ in istãti. Uñ phs. 10. ethi. ca. 4. vult ꝙ visio est in nõ tpe. Sz in eodẽ instãti in quo itell's itelligit volũtas pt velle. g̃ ãgelus ab istãti sue creatiõis potuit malũ intelligere: ⁊
Secũdo malũ velle: ⁊ h̄ ẽ auerti. ¶ Itẽ aia ab instãti sue creationis ꝯhit pctm originale. g̃ a silĩ ãgelus ab istãti sue crea
Tertio. tiõis h̄re potuit pctm actuale. ¶ Itẽ facili⁹ est deficẽ ꝙ̃ ꝓficere. g̃ cũ ſz beatũ Aug. li. 2. super Geñ. paz ante mediuz angeli boni ab instanti sue creationis fuerunt beati

Quarto. multo fortius ab instanti sue creatiõis alij se auertere potuerunt. ¶ Itez Aug. xi. de ciui. cap. 14. dicit sic. Joannes ait. ab initio dya. peccat. hoc est ex quo factus iustitiam recusauit: q̃z nisi pia deoq̧z subiecta voluntas habere nõ posset: huic sentẽtie quisquis acquiescit: nõ cum illis hereticis sapit: hoc est cum manicheis. Hec littera videtur sonare q̄ angeli qui ceciderũt: ab instanti sue creationis se auerterunt.

In opp^m **Contra** peccatũ actuale est carentia alicuius boni debiti prius habiti. ergo si angelus ab instanti sue creationis potuisset peccare: potuisset in instãti sue creationis aliquod bonũ habere ⁊ nõ habere. q̄ est impossibile. ¶ Item si angelus peccasset ab instanti sue creationis: de necessitate peccasset: quia nõ potest dici q̄ potuisset nõ peccare anteq̃z esset: q2 anq̃z esset nulla erat in eo potẽtia: nec duz peccasset: quia qd̄ factũ est nõ põt nõ fuisse factũ: vt in primo libro ostensuz est. Ergo si angelus ab instanti sue creationis potuisset peccare: possibile fuisset illũ primo peccato de necessitate peccare. Sz hoc nullo modo fuit possibile. Ergo ab instanti sue creationis nõ potuerit se auertere.

Rñ^o Angelus ab istãti sue creatiõis non potuit se auertere. **Respondeo** q̄ angelus ab instãti creatiõis sue: nõ potuit se auertere: q2 obiectum naturalis act^9 ipsius volũtatis est bonũ absolute. Obiectum autez volũtatis deliberatiue est bonuz in relatione. Uel ad finẽ: vel ad circũstantiã: vel ad obiectum: vel ad aliquid aliud. Regula etiã creata: actus naturalis volũtatis est naturale dictamen intellectus. Regula autẽ voluntatis deliberatiue est dictamẽ acquisitũ vel infusum. Actus etiã volũtatis naturalis est a volũtate inquãtum est natura. Actus autez deliberatiuus est ab ea inquãtuz est libera. Bonuz autẽ in relatiõe nõ precedit ordine nature: bonũ absolutũ: nec dictamẽ acquisitũ: dictamẽ naturale: nec volũtas vt libera: se ipsaz vt est natura. Ergo in angelo nõ potuit esse actus volũtatis deliberatiu^9 añ oẽm naturalẽ actuz illius. Primus autez naturalis act^9 volũtatis angelice: nõ potuit esse nisi rectissimus: rectitudine ꝓportionata illi nature: quia res nõ impedita tẽdit in suuz pncipiũ naturali motu quãtũ põt. Quia cuz oẽ generãs determinet effectũ suũ ad aliquem actũ quo conatur cõiungi cũ generãte: quãtũ põt: vt patz in generatione grauiũ ⁊ leuiũ. Ergo multo fortius deus creando volũtatẽ ipsius angeli determinauit eã ad aliquẽ actuz naturalẽ: quo conabaẗ cõiungi cũ deo quantũ poterat. Nec in illo motu aliqua obliqtas poterat. Quia cũ natura angeli fuisset bene instituta: ⁊ ab auctore suo ad illuz naturalẽ motũ determinata: q̃zuis ille motus a voluntate angeli eliceretur: si in illo motu fuissz aliqua obliquitas: refusa fuisset in auctorẽ ipsius nature: sicut motus grauiũ ⁊ leuiũ refundunẗ ingenerans: eo q̄ ab ipso ad illos motus determinanẗ: q̃zuis a natura grauiũ ⁊ leuiuz: cũ adiutorio influentie loci alliciãtur. ¶ Sic ergo patz. q̄ primus motus naturalis volũtatis angelice: nõ potuit nõ esse rectissimus rectitudine ꝓportionata illi nature. Malus aũt actus volũtatis deliberatiue ipsius angeli: nõ potuit siĺ esse cũ rectissimo nãli actu illius: q2 q̃zuis nõ opponãtur rõne spẽi: opponunẗ tñ rõne generis: inquantũ vno actu voluntas tendebat in suũ pnci^m ⁊ alio recessit ab eo: nec vnus de istis actibus ordinabaẗ ad aliũ. Et ideo sicut videmus q̄ qualiscũq̧z tristitia in aliquo remittit naturaĺr perfectiõez gaudij in eodem: ⁊ q̄ mot^9 nõ ordinat^9 ad aliũm: nec ecõuerso: remittit pfectionẽ alterius in eadẽ substãtia: ⁊ multo magis in eadẽ potẽtia. Ita opz cõcedere q̄ malus actus volũtatis deliberatiue: remittit perfectionẽ naturalis actus eiusdem. Restat ergo q̄ malus actus volũtatis deliberatiue: non potuit precedere in angelo. primuz naturalẽ actum voluntatis illius nec simul esse cum illo. Et ex cõsequenti angelus nõ potuit habere ab instanti creationis sue: aliquem malum voluntatis actum. Et sic ab illo instanti non potuit peccare peccato commissionis: nec etiã peccato omissionis. Quia non est omissionis peccatum nisi cũ volũtas omittit actuz ad quem teneẗ pro illo tẽpore: vel instanti quo ad illuz tenetur. Sed ab instãti creationis ipsius angeli nõ tenebaẗ ipse angelus se ad deuz conuertere: aliquo actu deliberatiuo volũtatis. Ergo in illo instanti se auertere non potuit: nec peccato commissionis: nec peccato omissionis.

Ad primum in oppositũ dñm. q̄ q̃zuis in eodez instanti in quo angelus intellexit aliquid potuerit illud velle: tamẽ in eodez instanti nõ potuit voluntas eius naturaĺr moueri in deuz: ex toto suo conatu: ⁊ motu deliberatiuo auerti a dõ. Et sicut ostẽsum est in corpore q̃ōnis oportuit primũ motuz volũtatis ipsi^9 angeli esse naturalez ⁊ rectissimũ: rectitudine ꝓportionata illi nature. Recta eniz natura ex toto conatu suo naturaĺr tendit in suuz principiũ. Unde in eodez instanti: in quo suũ principiuz intellexit: ipsum naturali dilectione dilexit ex toto naturali conatu. Ad p^m

¶ Ad scd̃m dñz. q̄ nõ est simile de peccato originali ⁊ actuali. Quia peccatũ originale est carentia boni debiti: nũq̃z habiti tñ nec cõtrahiẗ per aliquẽ actum ipsius anime. Per peccatum autẽ actuale est in anima carentia alicuius boni debiti prius habiti: ⁊ consistit in aliquo actu ipsius aĩe. Uĺ in omissione alicuius actus debiti. Et ideo animaz contrahere peccatũ originale ab instanti sue creationis: nullaz cõtradictionẽ includit. Sicut angelũ pecasse ab instanti sue creationis includeret contradictionẽ. s. ipsum in instãti sue creationis aliquod bonuz habuisse ⁊ nõ habuisse. Ad 2^m

¶ Ad tertiuz dñm. q̄ nõ est simile de cõuersione ⁊ auersiõe. Quia bon^9 motus deliberatiuus ipsius volũtatis nõ repugnabat rectissimo motu naturali: q precessit in volũtate ipsius angeli: imo cõcordabat. Sed illius perfectioni repugnasset malus motus deliberatiu^9 ipsi^9 volũtatis vt in corpore q̃ōnis dictuz est. ¶ Potest etiã dici q̄ boni angeli nõ fuerunt cõuersi ad deuz ab instanti sue creatiõis motu voluntatis deliberatiuo. Unde auctoritas Augu. in opponendo allegata: ⁊ si que alie similes occurrant. De motu naturali voluntatis exponẽde sunt. Uel dicendo q̄ nõ asserẽdo dicte sunt: sed inuestigando. Ad 3^m

¶ Ad quartũ cũ dĩ. q̄ Dya^9. ex quo factus est: iustitiam recusauit ⁊c̃. Dico q̄ sensus est: ab initio. s. quo peccauit: peccat postea semp. Uel sic. ab initio. i. cito post instans creationis sue. Ad 4^m



Circa litteram. Et quattuor angelis videntur esse attributa: q̃zuis enumeret sex. Tamẽ tria illoz pertinẽt ad vnũ: q2 memoria: intelligẽtia ⁊ voluntas: sunt partes ymaginis. Differẽtez ẽtie tenuitatez: q2 q̃zuis in nullo angelo sit quantitas mobilis: tamẽ vn^9 angelus est alio simplicior: q2 in vno fortius vnũ vel perfectius ꝯstituunt mã ⁊ forma q̃z in alio. Et sm̃ illos qui ponũt realẽ differentiã inter essentiaz ⁊ esse min^9 differunt in vno ãgelo q̃z in alio. Et siĺr potẽtia ⁊ essentia: ⁊ actus ⁊ potẽtia. Et min^9 est de possibilitate in vno q̃z in alio: ⁊ illi qui sunt possibiles: ⁊ in quibus ea que prenominata sunt: magis tendũt ad vnitatẽ sunt simpliciores: qui natura magis subtiles ⁊ sapiẽtia. Amplius perspicaces creati sunt. Hi etiã maioribus muneribus grẽ prediti sunt. Nõ q2 debeẗ de necessitate sz nature exigentiaz: sed q2 inter angelos qui steterunt: illi qui nobiliora naturalia acceperãt: efficacius se disposuerunt libera volũtate deo forti^9 adherẽdo: in ipa facultate arbitrii: dr̃ia animaduertẽda est: hoc inferius exponetur. cuz querit de lib. arbi. ab exordio quo facta est: ⁊ perfecta ẽ: ⁊ beata est semper. Hec dĩ de angelica nã stante. Sz ibi Quomõ vn^9 angelus ẽ simplicior alio.

accipiẗ

accipit beatitudo pro priuatione omnis mali: que beatitudo fuit in omnibus angelis: ante auersionē illorū q̄ sunt auersi: nō potuit creator optimus auctor mali esse loquēdo. s. de malo culpe: q2 pōt esse auctor mali pene: sed non decebat ꝙ in angelis precederet culpa. Sapiētia fructus est pietatis: nō accipiuntur hic sapiētia ⁊ pietas ſm ꝙ numerant inter septē dona: q2 sapiētia donū est nobilius pietate. Sed accipit hic pietas pro bono merito: rōne cuius datur aliqñ futurorū aliquorū supernālis ꝑcognitio: que hic vocat sapientia. Erat in eis nālis cognitio triplex: q̄ sciebant ꝙ facti erāt: ⁊ hoc sciebāt per essentiā suā. Qr per eā se ipsos perfecte cognoscebāt. Loquēdo de perfecta cognitiōe nāli. Et a quo facti erāt: hoc cognoscebāt per cognitionē sue ꝓprie essentie: cognoscēdo in effectu causā. vel per aliquā similitudinē expressam nō perfecte representātē factorē. Et cū quo facti erāt: hoc cognoscebāt per cōcreatā silitudinē.

¶ An ꝑfectos ⁊ beatos creauit deus angelos an miseros ⁊ imꝑfectos. Dist. IIII.

Di. IIII. Post hec videndum est vtrum ꝑfectos et beatos creauit deus angelos: an miseros ⁊ imperfectos? Ad quod dici potest ꝙ nec in beatitudine nec in miseria creati sunt. Miseri enim ante peccatum esse nō potuerunt: quia ex peccato miseria est. Nā si nō fuisset peccatum nulla esset miseria. Beati quoq3 nunquā fuerunt illi qui ceciderunt: quia sui euentus ignari fuerūt. i. peccati ⁊ supplicij futuri. Si enim lapsum suū prescieuerūt aut vitare voluerunt: sed non potuerunt: ⁊ ita erant miseri: aut potuerunt: sed noluerunt: et ita erant stulti ⁊ maligni. Ideoq3 dicimus q2 non erant prescij euentus sui nec eis data est cognitio eorum que futura erant super eos. Boni vero ⁊ qui perstiterūt forte sue beatitudinis prescij fuerūt. Unde Aug. super Gen. Quomodo inquit beatus inter angelos fuit qui futuri peccati atq3 supplicij prescius nō fuit. Queritur autē cur nō fuerit? Forte hoc deus reuelare dyabolo noluit quid facturus vel passurus esset. Ceteris vero reuelare voluit ꝙ in veritate mansuri essent. his verbis videt Aug. significare ꝙ angeli qui corruerunt nō fuerūt prescij sui casus: ideoq3 beati non fuerunt. Et ꝙ angeli qui perstiterūt beatitudinē sibi affuturā prescieuerunt: atq3 de ea certi in spe extiterunt: vnde quodāmodo iam beati erant. Et reuera si fuisset: posset illos dici aliquo modo fuisse beatos: alios vero non: qui nescierunt euentum suum.

Q̄ si fuerūt mali āgeli prescij sui casus: boni vero forte fuerūt prescij futuri boni.

¶ Q̄ opinando hoc dixerit non asserēdo. s. ꝙ angeli q̄ perstiterūt ꝑscij fuerūt futuri boni.

Augu. Sed hoc magis opinando ⁊ querēdo dicit Aug. q̄ asserēdo. Unde ⁊ huic opinioni opponens consequēter subdit. Sed quare discernebantur illi a ceteris? Ut deus istis que ad ipsos pertinerent nō reuelaret. Alijs vero reuelaret: cum non prius sit ipse vltor q̄ aliquis peccator: non enim dānat ipse innocētes. Hic videtur innuere ꝙ nec peccaturis futurū malū: nec permansuris futurum bonum reuelauerit. Ideoq3 nec illi qui ceciderunt vnq̄: nec illi qui perstiterunt vsq3 ad consūmationē beati fuerunt: quia beati nō poterāt esse: si de beatitudine certi nō erant: vel si damnationis incerti erant. Unde Aug. in eodem. Dicere inquit de angelis ꝙ in suo genere beati esse possunt damnationis vel salutis incerti quib9 nec spes esset ꝙ mutandi essent in melius: nimia presumptio est. Quō enim beati esse possunt: q̄bus est incerta sua beatitudo. Augu.

¶ Sūmā colligit predictorum confirmans oēs angelos ante confirmationē vel lapsum non fuisse beatos: nisi per beatitudinē accipiat illū statū innocētie in quo fuerūt ante casum.

Ex predictis consequitur ꝙ angeli qui corruerūt nunq̄ beati fuerunt: nisi beatitudinē aliquis accipiat illum statum innocentie in quo fuerūt ante peccatum. Illi vero qui perstiterunt aut suā beatitudinē futuram deo reuelante prescierūt: ⁊ ita spei certitudīe aliquo modo beati fuerūt vel icerti extiterūt sue btitudis: ⁊ ita aūt beati nō fuerūt q̄ reliq qui ceciderūt. Mihi aūt qd posteri9 dictū est: ꝓbabilius videt.

¶ Responsio ad id quod querebatur: an angeli essent creati perfecti aut imperfecti: ⁊ dicitur ꝙ perfecti fuerunt ſm aliquid: ⁊ imperfecti secundum aliquid.

Ad hoc autem q2 querebatur vtrum perfecti vel imperfecti fuerint creati: dici potest quia quodāmodo perfecti fuerunt: ⁊ quodammodo alio imperfecti. Non enim vno modo aliquid dicitur perfectū sed pluribus.

¶ Q̄ tribus modis dr perfectū ſm tps: ſm naturam: ⁊ vniuersaliter perfectum.

Dicitur namq3 perfectū trib9 modis. Est. n. perfectum ſm tēpus: ⁊ est perfectum ſm naturā: ⁊ est vniuersaliter perfectum. Secundum tēpus perfectum est qd habet quicquid tēpus requirit ⁊ conuenit ſz tempus habere: ⁊ hoc modo angeli erant perfecti ante confirmationē vel lapsum. Secundum naturā perfectum est: qd habet quicquid debitum est vel expedit nature sue ad glorificationē: ⁊ hoc modo perfecti fuerunt angeli post confirmationē ⁊ erunt sancti post resurrectionē. Uniuersaliter ⁊ summe perfectum est: cui nihil vnq̄ deest ⁊ a quo vniuersa prouenīūt bona: quod est soli9 dei. Prima ergo perfectio est nature cōdite secūda nature glorificate: tertia nature increate.

¶ Predicta breuiter tangit addens quales fuerunt angeli in cõuersione & auersione.

Quales fuerunt ãgeli in creatione ostẽsuz est: boni. s. & nõ mali: iusti. i. innocentes & perfecti quoddãmodo. Aliovero modo imperfecti. Beati vero nõ fuerũt vsq ad confirmationẽ: nisi beatitudo accipiatur: vt iã dictũ est: ille status innocẽtie & bonitatis in quo cõditi sunt.

Post hec videndum est &c. Superius ostendit magister quales angeli creati sunt quantũ ad conditiões naturales: et etiã quantuz ad cõditiones nõ naturales que sunt supernaturalis bonitas & malitia: quarũ vna est supra naturã: alia cõtra naturã. Hic ostendit magister quales creati sunt quantuz ad cõditiones nõ naturales que sunt felicitas & miseria. ¶ Et diuidit pars ista in ptes duas. ¶ Primo determinat qõnẽ vtrũ ãgeli fuerunt creati beati vel miseri. ¶ Secũdo determinat qõnem vtrũ creati fuerunt perfecti vel imperfecti. ibi. [Ad hoc aũt q̃ q̃rebatur.] ¶ Prima in tres: q: in argumentatione implicat questionẽ de prescientia casus vel beatitudinis. ¶ Ideo primo respõdet ad vtrãq. Ad alteraz tñ partẽ sub dubio: pp quedã verba Augu. de prescientia beatitudinis bonoz. ¶ Secũdo determinat veritatez. intellectũ Aug. aperiens. ibi. [Sed h magis.] ¶ Tertio cõcludit veritatẽ totius qõnis. ibi. [ex predictis.]

Circa hanc distinctionẽ q̃runt q̃tuor. ¶ Primo vtrũ angeli acceperunt a sua cõditione: sui & dei: differentem scientiã. ¶ Secũdo quales creati sunt quantũ ad gloriã & grãm. ¶ Tertio quales creati sunt quantuz ad sue conuersionis vel auersionis prescientiam. ¶ Quarto quales creati sunt quãtũ ad cognitionẽ matutinã & vespertinã. ¶ Circa primũ q̃runt duo. ¶ Primo vtrũ quilibet angelus prius ordine nature naturali cognitione intellexerit se q̃z deuz. ¶ Secundo vtruz se certius q̃z deum. ¶ Qõ. I.

Qõ. I. Ar. pᵒ **Primo ostendo** q̃ nõ prius ordine nature: ãgelus naturali cognitione intellexit se q̃z deũ: sed ecõuerso. Quia Aug. li. 12 cõfes. inter mediũ & finẽ: Si ambo videmus verũ esse q̃ dicis: & ambo videmus verũ esse q̃ dico. Ubi queso id videmus? nec ego vtiq in te nec tu in me. Sed ambo in ipa que supra mẽtes nostras est incõmutabili veritate. Ergo incõmutabilis veritas: que deus est: est rõ que cognoscimus quicquid cognoscimus. Sed prius ordine nature cognoscit ratio cognoscẽdi: q̃z cognitũ per eã. Ergo prius ordine nãe angelus intellexit deũ q̃z se ipz.
Secũdo. ¶ Itẽ Aug. 8. de trini. c. 3. Bonũ h & bonũ illud: tolle h & tolle illud: & vide ipsum bonũ si potes: ita deũ videbis. Deus ergo est bonũ nõ h nec illud: sed sub rõne qua bonũ. Ergo a simili ens nõ sub rõne qua h ens vel illud: sed sub rõne qua ens: est deus: & tale ens est ens in generali. Sed sm Auic. j. metha. c. 5. ens imprimit in anima prima impressione: que nõ acq̃ritur ex alijs notioribus se. Ergo deus est primũ cognituz ab anima. ergo a simili: ab intellectu angelico. ¶ Itẽ cognitio cause ordine nature prior est q̃z cognitio effectus.
Tertio. Ergo cũ deus sit cã ipsius angeli: & angelus sit eius effectus: prius ordine nãe cognouit ãgelus deũ: q̃z se ipm.
In oppᵐ **Contra** octaua ppõne de causis: omnis intelligentia scit q̃ scit q̃ ẽ supra se: q̃in acquirit bonitates ab eo: ergo intelligẽtia nõ cognoscit deũ nisi per illud qd recipit ab illo. Sed quicqd recipit a deo est ipsamet: vel illud qd est in se: ergo prius ordine nãe cognouit se: vel illud qd est in se q̃z ipsuz deũ. ¶ Itẽ sm phm lib. predicamẽtoz: prius est a quo nõ cõuertitur cõsequẽtia. Sed sequitur intellectus cognoscit: ergo cognoscit se ipz. Quia sm Aug. 10. de trini. ca. 3. ignorãs se non põt scire se nosse aliud. Põt aũt intellectus aliquis: aliquo modo se cognoscere nõ cognoscẽdo deũ. Sicut pz in intellectu insipiẽtis. Unde Isa. j. israel me nõ cognouit. Ergo prior ordine nãe est cognitio ipsius q̃z cognitio dei.

Respondeo q̃ quilibz angelus prius ordine nature intellexit se q̃z deũ: q: cognitione nãli nõ cognouit deũ per essentiã ipsius dei. Ergo per effectus precognoscẽdo. s. aliquẽ dei effectum. Sed inter effectus dei prius ordine nature cognouit se: quia sibi presentialior erat: & amabilior & pportiõabilior. ergo prius ordine nãe nãli cognitione cognouit se ipm q̃z deũ. Rñᵒ Angelus prius intellexit se q̃z deuz.

Ad pᵐ. **Ad primum** in oppositũ dõm. q̃ incõmutabilis veritas que deus est: est rõ effectiua cognoscẽdi qcquid cognoscimus. Sed non est rõ formalis qua cognoscimus quicqd cognoscimus: nisi mediãte aliqua eius influẽtia: qua noster intellectus informat: qd est lumẽ nãle: quãtũ ad naturalẽ cognitionẽ. Et rõne illius luminis dicimur nãlr cognoscere in prima veritate. Sicut dicimur videre in sole: q: videmus in lumine influxo a sole. ¶ Et preterea nõ semper prius ordine nature: cognoscit rõ cognoscẽdi: q̃z cognitũ per eã. Prius eniz ordine nãe cognoscit intellectus noster qdditatẽ alicuius rei q̃z illius similitudinẽ que est rõ cognoscendi: & ens absolute q̃z veritatez. ¶ Ad scõm cũ di q̃ Ad 2ᵐ. bonuz sub rõne qua bonũ: est ipse deus. Dico q̃ bonum sub ratione qua cõtrahibile: tñ ad hoc bonũ vel illud bonũ: nõ est ipse deus: sed est bonũ in generali: q̃ analogice dĩ de bono increato & creato. Simili dico de ente. Et sic accipiẽdo ens cõcedẽduz est q̃ fuit pmuz cognitũ ab intellectu angelico ordine nature. Sed bonũ sub ratiõe qua bonũ: nõ cõtractuz: nec cõtrahibile: deus est. Similiter dico de ente. Sed de tali ente nõ intelligebat Auic. cũ dixit. q̃ cognitio entis imprimit in anima prima impressione. ¶ Ad tertiũ cuz dĩ. q̃ cognitio cause prior est Ad 3ᵐ ordine nature q̃z cognitio effectus &c. Dico q̃ verũ est de cognitione qua cognoscimus de effectu pppter qd. Non autez verũ est de cognitione: qua cognoscimus de effectu quia est tñ. Que prior est quo ad nos q̃z cognitio qua de ipso cognoscimus ppter quid. ¶ Et preterea. res põt cognosci per suã causaz formalẽ: Et põt dici q̃ ãgelus prius ordine nature cognouit suam formaz: q̃z se compositum ex materia & forma. ¶ Questio. II. Qõ. II.

Ar. pᵒ **Secundo** querit vtrũ quilibz angelus naturali cognitione intellexit se certius q̃z deũ. Et videtur q̃ non. Hug. i. lib. de sacra. par. 3. c. i. deus ab initio sic noticiam suã ab homine tẽperatũ: vt sicut nũq̃ quid esset totuz poterat cõprehendi: falso quia esset nũq̃ prorsus posset ignorari. Quilibz aũt ãgelus põt ignorari eẽ: certius aũt cognoscit q̃ nõ põt ignorari eẽ: q̃z q̃ põt ignorari esse: ergo q̃libz angelus nãli cognitione certius intellexit deum q̃z se.
¶ Item illud certius cognoscitur q̃ est rõ certitudinis Secũdo. in cognitiõe. Sed sm Auic. 8. metha. c. 2. deus est demõstratio de omni qd est. Ergo deus nãli cognitiõe certius cognoscitur quacũq alia re. ¶ Item certius cognoscit Tertio. lux q̃z tenebra. Quia tenebra nõ cognoscitur nisi per relationẽ ad lucẽ: est eniz priuatio lucis. Sed sz q̃ dĩ pma Io. j. deus est lux. Creatura autẽ est tenebra. Unde 26ª qõne ad orosiũ. cognitio creature in semetipsa est vespa. Ergo angelus certius intellexit nãlr deuz q̃z semetipz.
In opᵐ. **Contra** 15ª ppõne de causis. omnis sciens qui scit essentiã: est rediens ad essentiã suaz reditione cõpleta. Sed sicut habet. 13. ppõne eiusdem libri. omnis intelligentia intelligit essentiã suã. Ergo omnis intelligẽtia

intelligentia naturali cognitione scit essentiam suam co
gnitione completa. Sed nullus angelus naturali cogni
tione cognouit deum cognitione completa. Ergo natu
rali cognitione intellexit se completius q̄ deuz. ergo cer
tius. ¶ Item in cōmen. super octauaz ꝓpositionem de
causis. omnis sciens nō scit rem meliorem nisi per mo/
dū substātie sue ꝛ sui esse. Ergo videtur ꝙ certius natu
raliter cognoscat se: q̄ rem meliorez se.

Rñ° Angelus nāli co/gnitione certi°co gnoscit se q̄ deū **Respondeo** ꝙ angelus naturali cognitiōe cer/
tius intellexit se q̄ deum. Siue lo
quamur de cognitione qua cognoscitur quid est res.
Siue de illa qua cognoscitur res actualiter esse. Quia vt
declaratum est in questione precedenti: naturali cogni/
tione cognouit deum: per hoc ꝙ cognouit se. Unde cer
titudo illius cognitiōis qua se naturaliter cognouit: da/
bat certitudinem alij cognitioni. ¶ Preterea q̄uis de°
esset certius cognoscibilis quātuz est ex parte sua: tamē
propter sui excessum supra intellectum angelicum: non
erat cognoscibile: ita ꝓportionatum intellectui angelico
sicut essentia ipsius angeli. ¶ Preterea ſm Augu. 10. de
trini. cap. 4. notissimuz est anime se viuere. Ergo similr
ꝛ ipsi āgelo. Nihil ergo naturaliter certius cognouit q̄
se esse ꝛ viuere.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum cum dicitur. ꝙ de°
nō potest ignorari esse ꝛc̄. Dico
ꝙ hoc intelligēdum est de cognitiōe generalissima: qua
cognoscitur nō vt distinctus a creatura: sed qua cogno/
scitur in quodaz generali analogice cōuenīēte creatori ꝛ
creature. Sicut est ens verum: bonum: sicut enim dicit
Boe. in lib. 3. de cōsola. paruz post principiuz. Inserta ē
nobis boni veriqꝫ cupiditas: in quo īcluditur cognitio
ipsius: sed sub ratiōe qua deus potest ignorari esse: sic. s.
ipsum esse nō est per se notuz quo ad nos in lumine na/
turali: ſm Auic. 1. meth a. Et declaratuz est in. 3. dist. pri/
mi lib. q. 2. Quamuis autem angelus possit ignorari esse
Ad 2^m a nobis: nō tamē a se. ¶ Ad scdm cuz di. ꝙ illud certius
cognoscitur ꝙ est ratio certitudinis in cognitiōe ꝛc̄. Di
co ꝙ veruz est qñ est rō certitudinis sub rōne qua cogni
tum. Deus autē est rō certitudinis in cognitione natu/
rali qua res cognoscit se vel creaturaz aliam inquantum
ab ipso est naturale lumē: ꝛ nō sub ratione qua cognitū.
Ad 3^m ¶ Ad tertiuz dōm. ꝙ q̄uis creatura sit tenebra: inquā/
tum deficiēs a plenitudine actualitatis diuine: tñ aliqd
hꝫ de luce inquātū imitatur eā. Et q̄uis pura lux q̄ de°
est sit certius cognoscibilis quātuz est ex parte sua. tamē
lux sub obscura que est creatura magis ē naturalr cogno
scibilis intellectui creato: eo ꝙ sibi magis est proportio/
nata q̄ lux pura.

Consequenter queritur de scdo
principali. Et cir
ca hoc queruntur duo. ¶ Primo veruz angeli
fuerunt creati in gloria. ¶ Secundo vtꝝ fue/
runt creati in gr̄a. Qō. 1.

Qō. 1. Ar. p° **Primo ostendo** ꝙ fuerunt creati
in gloria: qꝛ Aug.
pmo super Geñ. versus pncipium. Et vi velle
ꝙ per celuz intelligēda est creatura spiritualis
Secūdo. ab exordio quo facta est perfecta ꝛ beata semper. ¶ Itez
Aug. scdo lib. super Geñ. ante mediuz. dicit ꝙ angeli ex
quo creati sunt: ipsa verbi eternitate sci ꝛ pia ꝯtempla/
tione perfruunt. Sed in tali contemplatione ꝛ perfrui/
Tertio. tione est beatitudo. Ergo creati fuerunt beati. ¶ Item
cognitio angeli nō est per discursum: qꝛ nō sunt rationa
les sicut nos: sed intellectuales. Ergo ab instāti sue crea/
tionis deuz cognouerunt simplici intuitu: in tali cogni/
Quarto. tione est beatitudo. ¶ Item. 28. ꝓpositione de ecclesia/
sticis dogmatibus: angeli qui in illa qua creati sunt bea/
titudinem perseuerant: nō natura possident: vt nō mu/
tentur: ecce, implicat āgelos fuisse creatos in beatitudine.

Contra si fuissent creati in beatitudine: oēs fuissēt In op^m
creati beati: qꝛ non fuisset rō: quare magis
deus creasset quosdaz in gloria q̄ alios. Sed non omnes
fuerūt creati in gloria: qꝛ tunc nullus cecidisset: quia ſm
beatū Aug. 13. de trini. ca. 8. Uita beata nec deserit volē/
tem nec nolentē. ¶ Item Boe. lib. 3. de cōsol. non mul
tuz post principiū beatitudo est status omniuz bonoruz
aggregatione perfectus. Ergo illi q nō steterūt nō fue/
rūt creati in gl̄ia. ergo a simili nec alij.

Respondeo ꝙ angeli nō fuerūt creati in glo/ Rñ° Angeli ñ fuerunt creati in gl̄ia tñ crati fue rūt absqꝫ oī malo.
ria. loquēdo ꝓprie de gloria: que
cōsistit in clara ꝛ immediata dei visione: ꝛ perfecta eius
fruitione: ꝛ tentiōis eius securitate. Per habitū q dī ha
bitus glorie. A tali enim beatitudine nullus cadere pōt.
Et de tali gloria vel beatitudine procedunt argumenta
ad partez secundā. ¶ Si autē extendamus nomē beati/
tudinis vel glorie ad carentiaz omnis mali: sic dicuntur
aliquādo in beatitudine vel gloria creati. Qꝛ creati fue/
runt absqꝫ omni miseria: ꝛ se ꝛ deū naturaliter cognoscē
tes ꝛ diligentes: ꝛ ita in magna ꝯsolatione creati fuerūt.

Ad primuz in oppositū dōm. ꝙ illa auctoritas Ad p^m
intelligēda est de beatitudine secun
do modo dicta. ¶ Ad scdz cuz dī. ꝙ angeli ex quo crea/ Ad 2^m
ti sunt: ipsa verbi eternitate perfruuntur ꝛc̄. Dico ꝙ sic
glosandū est: ex quo creati sunt. i. cito postq̄ creati sunt.
¶ Ad tertiū dōm. ꝙ q̄uis in instāti sue creatiōis deuz Ad 3^m.
nō cognouerūt per discursum: tamē ex hoc nō sequitur:
ꝙ in illo instāti deuz per essentiā viderint: sed intellige/
bant ipsaz in se ipsis: ꝛ ita cognitione que est in speculo:
nō tamē erat cognitio enigmatica nec discursiua: sicut ē
nostra. Sꝫ in se ipsis sine discursu deū cognoscebāt quā/
tuz naturaliter potest cognosci in effectu. ¶ Ad quartū Ad 4^m
dicendum. est sicut ad primum. ¶ Qō. II.

Qō. II. Ar. p° **Secundo** queritur vtrum angeli fuerūt
creati in gr̄a. Et videt ꝙ sic.
Aug. 12. de ci. c. 9. dicit de angelis. ꝙ deus creauit
eos cū amore casto quo illi adherent simul eis cō
Secūdo. dens naturā ꝛ largiens grām. ¶ Item Damas. lib. scdo
cap. 3. per verbū dei creati sunt omnes angeli: ꝛ a sancto
spū per sanctificationē perfecti sunt ſm ꝓportionē idest
mensurā dignitatis ꝛ ordinis illuminatiōe: ꝛ gloria par
Tertio. ticipantes. ¶ Itez deus cum sit liberalissim° statim dat
gratiā suaz creature rōnali vel intellectuali: cum disposi/
ta est. Sed innocentia maxima est dispositio. Ergo cum
illam habuerint angeli ab instāti sue creatiōis: ab illo in/
stanti dispositi fuerūt ad grē susceptionem.

Contra Aug. super Geñ. lib. 2. nō multuz ante me In op^m
diuz libri dicit. ꝙ lucis appellatiōe intima
tur ꝯditio intellectualis creature: que pmo creata est in
formis. Deinde formata est per sui cōuersionē ad creato/
rem. Cū ergo illa formatio sit per gratiā: non fuit creata
in gratia: vt videt rō. ¶ Itez sic se habet in angelis cul/
pa ad damnationez: ita gratia ad gloriā. Sed mali statiz
cum peccauerunt fuerunt damnati: ergo boni in eodem
instanti in quo habuerūt gratiaz fuerunt glorificati. Sꝫ
nō habuerunt gloriaz in instanti sue creatiōis. vt in pre/
cedenti questiōe habituz est: ergo nec gratiaz.

Rñ° **Respondeo** ꝙ gratia tripl̄r potest accipi. Uno
modo largissime. s. pro omni. s. do/
no gratis dato. Et sic etiā natui alia gratuita dicunt. Et
sic loquitur Damas. lib. 2. cap. 3. cum dī. ꝙ angelus est ſꝫ
gratiā nō natura imortalitatez suscipiēs. ¶ Secūdo po
test accipi minus large. s. p omni dono spūali gratis da/
to naturalib° superaddito. Et sic loquitur de grā Augu.
in auctoritate pmo allegata in hac questione. ¶ Tertio
modo potest accipi stricte ꝛ ꝓprie. s. pro gratia gratuz fa
ciente. ¶ Primo ꝛ secundo modo loquendo de gratia:

R[espo]n[si]o. Angeli digne penite[n]re non possunt. R[ati]o aliquoru[m]. **Respondeo** q[uod] dyabolus digne penitere no[n] p[otes]t. Unde dicit Ans. de eo in fine libri de libertate arbitrij: q[uod] rectitudine caret irrecuperabil[ite]r. Cuius ratione[m] aliqui sic assigna[n]t. Volu[n]tas sp[irit]us separati q[uam]uis ante electione[m] possit eo[rum] que no[n] naturali[te]r vult eligere aliquid vel eius oppositu[m]: tame[n] post electione[m] no[n] potest co[n]trariu[m] h[uius] q[uod] eligit eligere: eo q[uod] ex toto conatu se co[n]uertit: ad illud q[uo]d eligit: ideo ita fortiter ei adheret q[uod] ab h[oc] resilire no[n] potest. Ex simili modo assigna[n]t quida[m] obstinatione[m] anime rece[n]de[n]tis a corpore cu[m] mortali peccato. Dicunt eni[m] q[uod] in exitu mouet se s[ecundu]m exigentia[m] illius peccati: ita vehementer q[uod] postea resilire non potest ¶ Alij videtur dice[n]dum. q[uod] ratio sue obstinationis sit h[ec]: quia nulla res potest se mouere aliquo motu perfectiuo: nisi cu[m] adiutorio disponente seu inclina[n]te: ipsam ad terminu[m] motus illius. Sed dyabolus non habet in se: nec habiturus est aliquod adiutorium disponens seu inclinans ipsum ad iustitiam gratia gratu[m] faciente forma

tem:que iustitia terminus est digne penitētie. Maiorē probo sic. sicut dicit Auicen. 9. methaphysice. cap. scdo. nulla virtus mouet nisi mediante inclinatione: extendē do nullum inclinationis ad quālibet dispositionez incli nantem coadiuuantē virtutē ad mouenduz. Et hoc patet in naturalibus: ignis enim nō posset se mouere motu ordinato ad essenduz sursum: nisi inclinaretur ad sursum. Hoc etiaz patet in moralibus. Dicit enim Ansel. de casu dyaboli. cap. 12. Q2 voluntas velle naturali mouet se ad alia velle: etiaz si duorū que sibi proponit ratio: vt penitus in differentia: alterū eligat determinat: quia q̄uis per velle naturale ipsius finis. non inclinetur determinate ad aliquod illoruz: tamē inclinatur ad vnuz illorum indeterminate: sine qua inclinatione nō eliceret aliquod illoruz. Et ita nec se ad alteruz determinaret. Velle etiam naturali q̄ in ea est: mouet se respectu finis: per hoc q̄ ad illud velle determinata est a creante: q̄uis voluntas illuz motum exequatur. Et sic probata est maior principalis rationis. ¶ Minorem probo sic. Cuz gratia gratum faciens sit super facultatem cognitionis naturalis: z affectionis naturalis: rōnalis: z intellectualis creature. Sed dispositio inclinans rationalez seu intellectualem creaturā ad gratiā. Aut inclinat dirigēdo cognitionem. Aut excitando: seu mouendo affectionem: necessarium est ergo q̄ adsit supernaturale adiutoriuz: ad h̄ vt creatura rationalis z intellectualis inclinetur ad gratiā. Sed nulluz tale adiutoriuz: supernaturale est in dyabolo: quia cum aliquod subiectum perfecte transmutatum est ad alteraz partem cōtrarietatis: nō remanet in eo aliqua dispositio sibi nō naturalis: inclinans ipsum ad partez cōtrarietatis oppositaz. Et si in eo remaneat naturalis possibilitas: qua possit ab extrinseco agente transmutari ad partez aliam. Sed dyabolus ita perfecte habituatus est in superbia: z ita intense: q̄ eius superbia amplius intendi non potest: q̄uis semper extendatur. Et sic expone illud ps. Superbia eoruz qui te oderunt ascendit semper. Sicut enim angeli boni ex toto conatu se cōuertunt ad deum: ita āgelus malus ex toto conatu suo se cōuertit ad indebitaz excellentiaz appetendaz. Unde mouit se motu fortissimo: qui elici poterat a sua virtute. Et ideo per illuz motū in superbia: ita fuit habituatus intē se: q̄ intensius habituari nō potest. Cū ergo superbia sit opposita gratie gratū facienti: in ipso dyabolo nō est aliquod adiutoriuz supernaturale: ipsum inclinans ad gratiam: nec de cetero tale adiutoriuz dabitur ei. Qd̄ ꝯgrue diuina ꝓuidentia ordinauit: prefigendo seu statuēdo sibi tempus merendi vsq̄ ad primā suam electionē. Cuz enim fuerit creatus in magna nobilitate naturaliuz: z sine inclinatione ad maluz: z tamen ex toto conatu suo se ꝓfundauit in malitia: nec in cadentibus erat tota natura angelica: sicut fuit tota natura humana virtualiter: in primis parentibus: congruum est nō dari supernaturale adiutoriuz: quo reuocaretur ad merēdi statuz. Et vt supra ōnsuz est absq̄ tali adiutorio digne penitere nō pōt.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum dicendū. q̄ illa penitentia qua penitent damnati: nō est penitētia digna nec disponens ad illam: quia cum murmure cōtra deuz penitent. Non ꝓpter offensaz: sed ꝓpter penaz quā ꝓpter culpam sustinent. Unde illa penitentia in eis est nō ad eorū perfectuz: sed ad sue damnationis cumulū.

Ad 2^m ¶ Ad secundū dicenduz q̄ ille diues nō habebat bonaz voluntatē: nec h̄ petebat: quia deliberatiue affectaret fratruz suorū salutem. Sed quia cupiebat ad eos mitti: z corpori suo restitui: vt sic ab infernali pena: saltez liberaretur ad t̄ps. ¶ Vel pōt dici q̄ diligebat fratres suos affectione naturali: z iō nolebat eos dānari: ne videndo eoꝝ damnationē amplius torqueretur. Unde Glos. seruitur diuiti ad penaz: z cognitio paupe ris q̄ despexit z memoria fratrū quos reliquit: vt de visa gloria despecti: z de pena inutiliter amatorū amplius torqueatur.

Ad 3^m ¶ Ad tertiuz dicendū. q̄ facilius est se mouere s̄m naturam q̄ preter naturā: cū terminus vtriusq̄ motus equaliter est infra facultatem mouentis. Sed nō sic se habent terminus motus digne penitētie: z terminus peccati: eo enim ipso q̄ volūtas nō de aliquo est in naturali facultate eius: in motu suo patitur defectuz.

Ad 4^m ¶ Ad quartū dicendū. q̄ nō plus concludit: nisi q̄ deus posset facere de potestate absoluta: tale adiutoriū supernaturale ipsi dyabolo: quo posset se ad dignam penitentiam disponere. Et ita q̄ dyabolū penitere est possibile loquendo de possibili absoluto: qua possibilitate dicimus omne illud possibile qd̄ nō includit cōtradictionē. Sed ex hoc nō sequitur q̄ dyabolus possit se ad dignaz penitentiā disponere: quia in se non habet nec habiturus est illud adiutoriuz: sine quo se ad penitētiaz disponere non potest.

Ad 5^m ¶ Ad quintū dicendum. q̄ forte aliquis intellectus: ita posset firmari in aliqua falsa opiniōe: qd̄ nō posset se reducere ad veritatē oppositā illi falsitati: z sic forte est in intellectu dyaboli. Unde q̄uis multis veritatibus assentiat: tamē est quedā veritas cui assentire nō potest: vt forte est h̄: vt nulla creatura debet statuere sibi ꝑ fine vltimo: suam ꝓpriaz excellentiā tanq̄ obiectum: in quo vltimo quiescere conetur. ¶ Vel potest dici q̄ nō est simile de intellectu z affectu. Quia intellectus cogi potest: voluntas autē cogi nō potest. Unde voluntas per coactionem nō posset reduci in amorez bonitatis: sicut intellectus per principia euidentia: z cōsequentiaz euidentez cogi posset assentire cōclusioni: cui ante nō assenciebat.

Ad 6^m ¶ Ad sextum dicendū. q̄ naturalis cognitio veri: z naturalis dilectio boni: per se nō sunt principiuz supernaturalis sanitatis. Ad quā digna penitētia dispōit vel adducit. Sed cū h̄ requirit aliquod supernaturale adiutoriuz adeo gratis datū: qd̄cūq̄ sit illud. ¶ Qō. II. Qō. ii.

Secundo queritur vtruz dyabolus semper sit in actu culpe. Et videtur q̄ nō. Iaco. 2. Demones credunt z contremiscunt. Sed credēdo deū z cōtremiscendo nō videntur esse in actu culpe. Ergo nō semper sunt in actu culpe. Ar. p^o

Secūdo ¶ Itez habitus intenditur ex actu. Ergo si semper sunt in aliquo actu culpe: semper itēditur in eis habitus malitie: ergo non sunt in termino malitie. Sed liberū arbitriuz: q̄diu est citra terminum malitie: pōt se ad penitentiā disponere: ergo dyabolus pōt se ad penitētiā disponere: q̄ falsum est.

Tertio. ¶ Itez nullū peccatū remanet impunitū: ergo si dyabolus semp est z erit in aliquo actu culpe: pena eoꝝ augeretur sine fine: q̄ falsuz videtur.

Quarto. ¶ Itē Aug. 3. lib. de libero arbitrio circa ꝓncipiuz: nulla culpa deprehēdi pōt vbi necessitas dominatur. Sz malo cui dyabolus adheret: de necessitate adheret: ergo ꝑ actu malo nō culpatur. Siue ergo detur q̄ semper sit in actu malo: siue nō: cōclusum tamē videtur q̄ non semper est in aliquo culpabili actu.

In op^m **Contra** Glo. super illud 2^a Cori. 6. Que cōuentio xp̄i ad belial. Dicit q̄ xp̄s omnia bene agit z dyabolus oīa male. Ergo cū sit in aliquo actu semp est in actu culpe. ¶ Itez Glo. interlinearis super illud p̄me can. Ioan. c. 3. ab initio dyabolus peccat. Sic dicit: q̄ ab initio sue creatiōis peccare icipiēs peccat ꝯtinue vsq̄ i pn̄s.

Rn̄^o Dyabolus sp̄ ē z erit i aliquo actu culpe. **Respondeo** q̄ dyabolus semp est z erit in aliquo actu culpe vl' peccati. Nec tn̄ post iuditiū demerebitur: ꝓprie loquendo de demerito. Pro quo. s. s̄m decretū diuini iudicij infligitur pena peccāti nō satisfacienti ꝑ pctō. Hoc aūt sic possit declarari: dyabolus nō pōt ipediri in suo vsu liberi arbi. ꝑ corpus animale de necessitate corruptibile. Nec corpus aiale nō de necessitate corruptibile: q2 est substantia sp̄ualis que nullius corporis est forma.

est forma. Un diabolus semper pōt esse ⁊ est in vsu liberi arbitrij. Sed nec dūz est in vsu liberi arbitrij: si aliqd sibi statuat pro vltimo fine. Aut ipsum finez appetit: aut aliud in virtute illius: in quo etiā ipsūz finē implicite appetere cōprobatur. Dyabolus aūt ex toto conatu virtutis sue sibi appetiuit excellentiā indebitā a prima sui electione: vnde sibi statuit ꝓ vltimo fine: qꝛ sicut dicit phs 3. ethi. cap. 4. qualis vnusquisqꝫ est: talis ⁊ finis videtur ei. Et sm Aug. 14. de ciui. cap. 13. elationis vitium in dei aduersario: qui est diabolus: maxie dominari sacris litteris edocetur. Diabolus ergo semper est in actu appetendi sibi indebitaz excellentiā: vel in actu appetendi aliquid aliud: in virtute tamē illius. Quia sm phm. 6. ethicorū. cap. 6. fines sunt ꝓncipia operabiliuz. Sed appetere sibi excellentiā indebitā explicite: siue aliquid aliud in virtute illi⁹: est malus actus: ergo dyabolus semper est in aliquo malo actu liberi arbitrij. Sed omnis malus act⁹ liberi arbitrij: culpa est. ergo dyabolus semper est in actu aliquo culpe. ❡ Preterea sicut in questione precedenti habitū est: dyabolus est obstinatus in sua malitia. Sꝫ vt in precedenti ratione habitum est. Dyabolus semper est in aliquo vsu liberi arbi. Ergo complacet sibi semper deliberatiue in aliqua malitia: vel vt melius dicaꝫ semper adheseret deliberatiue alicui malitie: semp ergo est in aliquo actu culpe. Nec tamē semper demeribitur: ꝓprie loquendo de demerito: sm qꝫ demeritū dicit culpa ꝓ qua sm decretū diuini iudicij infligi debet a iudice peccāti pena: qꝛ pro malo actu lib. arbi. post iuditiū non infliget sibi a deo pena. Nec tñ remanebit ille act⁹ īpunit⁹: quia ille actus erit ipsi diabolo ⁊ culpa ⁊ punitio: ita qꝫ erit dyabolo pena acta nō inflicta. Sed vsqꝫ ad iuditiuz malus actus liberi arbitrij. est diabolo ⁊ culpa ⁊ demeritū: qꝛ pro quolibꝫ malo actu liberi arbi. infligetur sibi pena a iudice: in quo recipiet totius pene sibi infligende a iudice complementum.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum cum dicitur qꝫ demones credūt ⁊ ꝯtremiscunt ⁊c̄. Dico qꝫ veruꝫ est inuiti: qꝛ per effectus quos vident potentiā ⁊ iustitiam dei timere ⁊ credere cōpelluntur. Unī sic credēdo ⁊ timēdo sunt in malo actu ex circunstantia.
Ad 2ᵐ Aliqñ habit⁹ itēditur ex actib⁹ ⁊ qñ qꝫ nō. ❡ Ad 2ᵐ cū di. qꝫ habit⁹ intēdit ex actu ⁊c̄. Dico qꝫ non est verū qñ habit⁹ est in termino: reⁿ aūt aliquoꝝ maloꝝ sicut reⁿ indebite excellētie: ⁊ respectu odij: dei ⁊ inuidie: qua deo inuidet: est habituatus: ita intēse: qꝫ amplius illa habituatio intēdi nō potest. Si autez respectu aliquoruꝫ aliorū malorū non habent malitiā in termino: respectu illorū: posset intendi ex malo actu.
Ad 3ᵐ ❡ Ad tertiuꝫ cū dicitur. qꝫ nullū peccatum remanet impunituꝫ ⁊c̄. Dico qꝫ verū est. Uel loquendo de pena que pro illo peccanti infligitur a iudice: vel loquēdo de pena acta. Unde post iuditium mali actus liberi arbitrij in dyabolo nō remanebunt impuniti: quia illi mali actus sunt punitiones: ⁊ causabūt in eis penaꝫ damni: inquantū per illos magis ⁊ magis adeo elongabuntur: qꝛ malus actus liberi arbi. ponit obstaculum: ⁊ causat distantiā inter deū ⁊ creaturam: sm qꝫ inferius declarabitur. Unde Isa. 5. iniquitates vestre diuiserunt inter vos ⁊ deum vestrum: ⁊ peccata vestra absconderunt faciez eius a vobis.
Ad 4ᵐ ❡ Ad quartum cū dicitur. qꝫ nulla culpa deprehēdi potest vbi necessitas dominatur ⁊c̄. Dico qꝫ verum est de necessitate coactionis. Dyab. aūt ⁊ si adhereat malo de necītate: nō tñ de necītate coactiōis: sed libere mouet se ad malū.

Consequenter queritur de secundo principali. Et circa hoc querūtur duo. ❡ Primo vtrum in demonibus cadat obliuio. ❡ Secundo vtruꝫ tempestatuꝫ ⁊ pluuiarū ⁊ aliaruꝫ impressionuꝫ naturalium futurarū sit in eis vel esse possit per eorū naturaleꝫ virtutē certa precognitio. ❡ Q. 1.

Primo ostendo qꝫ in demonib⁹ cadat obliuio: Q. 1. Ar. pᵒ
Glo. super illud Ecclesiastes. 4. sene rege ⁊ stulto. Exponit hoc de diabolo. Sed si nihil obliuisceret nō esset stultus. Ergo in ipō cadit obliuio. Secūdo
❡ Itē sicut diabolus est spūs incorruptibilis: ita anima intellectiua est spiritus incorruptibilis. Sed homines multa obliuiscūtur: quorū ante cognitio erat in ipsis per aīaꝫ intellectiuaꝫ. Ergo videtur similiter qꝫ in demonib⁹ cadat obliuio. Tertio.
❡ Item phus. 2. topic. idem est susceptibile contrariorū. Sed obliuisci ⁊ proficere in sciētia: sunt cōtraria. Ergo cum demones de nouo possint scientiā acquirere. Uidetur etiaꝫ qꝫ obliuiscantur aliquorum prius scitorū. Quarto.
❡ Item per gratiaꝫ reformantur omnes partes imaginis: sm Glo. super illud ps. Signatuꝫ est super nos lumē vultus tui. Ergo similiter tota imago per peccatum deformatur. Sed deformatio memorie que est pars imaginis: videtur esse per obliuioneꝫ. Ergo videtur qꝫ in demonibus cadat obliuio.

Contra sm phm pmo de anima. virtutes non deteriorantur: nisi qꝛ deteriorantur organa. In op^m. T. 2. 65.
Unde dicit qꝫ si senex haberet oculū iuuenis: videret vtiqꝫ vt iuuenis. Sed memoria dyabolica non est organo alligata: ergo nō debilitatur nec deficit in cōseruando: ergo nihil deletur ex ea. ❡ Item sm qꝫ habetur ex cōmen. super octauaꝫ ⁊ decimā ꝓpositionē de causis. qꝺ recipitur in aliquo est in eo per modum recipientis. Ergo cum memoria diaboli sit incorruptibilis: que in ea recipientur: sunt in ea incorruptibiliter.

Respondeo qꝫ obliuio pōt accipi. Uel inquātuꝫ opponitur actui memorie tātuꝫ. Uel inquantū opponitur actui vel habitui intelligētie cōuertentis se super memoriā. Rñ° Obliuio dupli^r.
❡ Primo modo obliuio est amissio aliquoruꝫ: que ante memoria quasi habitualiter retinebat: qꝛ actus memorie: inquātū est memoria tantū: nō est nisi retinere ipsas similitudines. ❡ Secundo modo est ipsam intelligentiā nō cōuerti vt debet super ea que in memoria retinētur. ❡ Primo modo in demonib⁹ nō cadit obliuio: qꝛ spēs intelligibiles de memoria ipsius angeli nō delentur: quia accidēs existēs in subiecto nō corrumpitur: nisi per aliquaꝫ corruptionem factaꝫ circa subiectū: vel per introductionē alterius accidentis in illud subiectū incōpossibilis primo accidenti: vel per substractionē virtutis cōseruantis. Cāe corporis alicui⁹ sbri triplices.
Potētia autē memoratiua ipsius dyaboli est incorruptibilis. Species etiā intelligibiles sibi inuicem in eadē potētia non repugnāt: ⁊ qua ratione possunt esse plures simul: eadē rōne possunt esse simul in numero quātumcūqꝫ magno. Qꝺ probatur a simili per phꝫ dicentē 4. phy. cap. de vacuo. T. cō. 53.
qua ratione duo corpora possunt esse simul eadeꝫ ratiōe in quātocūqꝫ numero. Cōseruatio etiā spēi intelligibilis in memoria dyaboli nō depēdet ab aliqua virtute creata exteriori. Unde pꝫ qꝫ in memoria dyaboli nulla spēs intelligibilis pōt nāliter deleri. ❡ Loquēdo autez de obliuione secūdo modo: sic dico: qꝫ in demonib⁹ cadit obliuio: qꝛ per obstinationē inhabilis factus est ad reminiscendum multa bona: quoruꝫ similitudines intelligibiles in sua memoria retinentur.

Ad primum in oppositū dicendū. qꝫ stultus dicitur diabolus nō ꝓpter deletionem aliquarū specieꝝ intelligibiliuꝫ de sua memoria. Ad pᵐ
Sed quia intelligentia nō cōuertit ad memoriā ad recolenduꝫ actualiter multa bona que recolere tenetur: ⁊ qꝛ scienter facit multa mala. sꝫ enim phm. 6. ethicoꝝ. ca. 6. magis est imprudēs qui peccat sciēter: qꝫ q peccat ignoranter. ❡ Ad scōm dicendum. qꝫ etiaꝫ spēs intelligibiles: nō delent de memoria anime intellectiue. Sed quia Ad 2ᵐ

spẽs imaginabiles delent de organo: et ille sm legẽ cõez
pro statu p̄senti sunt necessarie homini ad intelligẽdum
vt iferius declarabit: adeo homines multa obliuiscunt.
Ad 3m ¶ Ad tertiũ cũ dr̃ q idẽ est susceptibile cõtrarioꝝ ꝛc.
Dico q nõ quecũq cõtraria nata sunt fieri circa idẽ: sed
tantũmodo illa quoꝝ alterũ nec determinate: nec de ne-
cessitate illi subiecto inest. manẽtia autẽ specierũ intelli-
gibiliũ in memoria diaboli determinate: ꝛ de necessitate
inest ipsi memorie: ꝛ ideo oppositũ. s. deletio illaꝝ spẽrũ
Ad 4m nõ põt inesse. ¶ Ad quartũ dõm. q in h deformata est
memoria diaboli per peccatũ: q: nõ cõuertit se ad suam
memoriã ad actualr ꝛ debito mõ recolẽdũ: multa bona
Qõ. II. que actualiter recolere tenet. ¶ Qõ. II.

Ar. p° **SEcundo** queritur vtruz tempestatũ ꝛ pluuiaruz ꝛ aliaꝝ impressio-
num naturaliũ futuraꝝ sit in eis vel esse possit
per eoꝝ naturalem virtutẽ: certa precognitio.
Et videt q nõ. Isa. 41. annũciate que vẽtura sunt in fu-
turũ ꝛ sciemus: q: dij estis vos. Sed demones non sunt
Secũdo dij: ergo nõ nouerũt futura. ¶ Item Dam. lib. 2. cap. 4.
Tertio. futura neq angeli neq demones nouerũt. ¶ Item sm
phm. 1. Periherm. in singularib⁹ ꝛ futuris cõtingentib⁹
nõ est determinata veritas. s. nisi per cõparationẽ ad co-
gnitionẽ dei que futura presentialiter intuetur. Sz dia-
bolus nõ videt in mẽte diuina: ergo cũ iste pluuie ꝛ tem-
pestates cõtingenter eueniũt: q: possunt impediri: videt
q diabolus taliũ futuroꝝ certã nõ habeat precognitio-
Quarto. nez. ¶ Itẽ nõ habuit certam precognitionẽ in statu sue
innocentie: futuri a se dependẽtis: h est sue auersionis. g
multo minus postq̃ est iã peccato obtenebrat⁹ hz preco
gnitionẽ futuroꝝ a se nõ depẽdẽtiũ: cuiusmodi sunt plu
Quinto. uie ꝛ tempestates ꝛ cõsimilia. ¶ Itẽ tunc magi possent
sub certitudie predicere pluuias ꝛ tẽpestates futuras: q:
sz Aug. 3. de tri. c. 6. per prãtes magice diabolicas artes:
põt qcqd põt: ꝛ tñ frequẽter magi decipiunt in talium
Sexto. predictione. ¶ Itẽ diabolus per suaz naturalẽ virtutẽ
nõ põt habere certã precognitionẽ futuroꝝ a casu: q: sz
T. c. 4. phm. 2. phys. nõ habẽt cãm determinatã. s. naturalẽ. Sz
t. 99. inter ea que nãliter eueniũt multa eueniũt a casu sz phz
2. phys. Ergo diabolus per suã nãlem virtutẽ: non põt
Septio habere certã precognitionẽ nãlium impressionũ. ¶ Itẽ
T. c. 4. sm phm. 6. meta. entis per accidẽs nõ est sciẽtia: ꝛ cõmẽ.
t. 8. super eũdez librũ dicit: q nõ cõtinetur sub cognitiõe. Sz
2. phys. sm phm eodẽ libro: ꝛ suũ cõmen. ibidẽ illud qd est a casu
T. c. 52 est ens per accidẽs. Cũ ergo sm phm eodez libro aliqui
effectus nãles sint a casu: seqtur q taliũ effectuũ nãliuz:
nõ põt in demonib⁹ p eoꝝ vtutẽ nãlẽ eẽ certa pcognitio.

In opm **Contra** potẽtior est intellect⁹ diaboli in precogno-
scẽdo talia: q̃z sensitiua quorũcũq brutoꝝ.
Sz q̃dã bruta talia precognoscũt. Videm⁹ enĩz formicas
iminẽte pluuia: granũ portare in cauernã: q: futuraz plu-
uiam precognoscũt: ergo multo fortius diabolus ista põt
precognoscere. ¶ Itẽ Aug. 2. de ciui. cap. 24. Refert de
quodã qui pdixit futurã victoriã sille: ꝛ capitoliũ arsurũ
q h demoni preuidere facile fuit. ergo nõ tantũmõ põt
ista futura qua naturalr eueniũt prescire: sed etiaz ea que
eueniũt per liberũ ar. ¶ Itẽ Auic. 6. nãlium. lib. 4. ca. 2.
dicit q oĩa que in mũdo sunt p̄sentia: preterita ꝛ futura
habẽt esse in sapiẽtia creatoris ꝛ angeloꝝ intelligibiliũ
sm aliqd. Sed diaboli sunt ãgeli itelligibiles cõiuis ma
li. ergo habent cognitionem futuroꝝ.

Rñ° p̄a op. ne gatiua. **Ad istam qõnez** dicũt qdam: q cõiuis de-
mones per suã naturalez
virtutẽ habeãt futuroꝝ predictoꝝ valde pbabilẽ cõiectu-
ram: eo q eoꝝ cause sunt nãles ꝛ determiate: ꝛ vt in plu
rib⁹ eueniũt. Tamẽ q: pdicte cãe sunt impedibiles: ideo
pdictoꝝ futuroꝝ certã precognitionẽ per suã nãlez vir-
tutẽ habere nõ possunt. Et si dicat eis q illud impedi-
mentũ: qñ euenit: de necessitate euenit: q: euenit per cãz
naturalẽ que de necessitate opat. Dicũt q cõcursus cãe
impedientis aliquẽ effectũ que quantũ erat ex se: erat na-
ta illũ effectũ pducere: quãdoq est per accidẽs ꝛ a casu.
Vñ talis cõcursus nõ hz aliquã nãlẽ cãm per se: cõiuis. n.
ens per se: cãm habeat per se: ens tñ per accidẽs non hz
nãlem cãm per se: q: cũ nõ sit vere vnũ: nõ est vere ens.
Unde phs. 6. meta. dicit de tali ente: q est pximquũ non T. c. 4.
enti: ꝛ q talis entis nõ est gnõ neq corruptio. Cõmen.
etiã dicit super eũdez librũ: q ista que sunt per accidens
nõ habẽt artẽ agẽtẽ in virtutẽ terminatã a qua pueniũt:
cãe enĩ eoꝝ que fiunt per accidẽs: sunt etiã per accidẽs.
¶ Pro hac etiã opinione videt esse phs: qui in eodem T. c. 40.
libro reprobat opinionẽ dicẽtiuz: oẽs effectus nãles eue-
nire de necessitate. Si enĩz cõcursus cãꝝ naturaliũ sem-
per eẽt de necessitate: oẽs nãles effectus euenirẽt de ne-
cessitate: qd phs reputat falsũ. ¶ Pro pdicta ẽt opione
vr̃ facere excõicatio cuiusdaz articuli: qui talis est: q ni-
hil fit a casu: sed oĩa eueniũt de necessitate: ꝛ q oĩa futu-
ra que erunt de necessitate erunt: ꝛ que nõ erũt: impossĩ
est esse: ꝛ q nihil euenit cõtingẽter: cõsiderando oẽs cãs.
Et post subiũgit excõicator dñs Stephanus epũs Pari-
rhiensis. ꝛ sacre theologie doctor: q est error: q: cõcursus
cãꝝ est de diffõne casualis effectus: vt dicit Boe⁹. lib. de
cõsolatiõe. ¶ Pro sua etiã opinione adducũt tale exm̃ q
aliquod corp⁹ terrestre ignitũ in superiori parte aeris ge-
neret: ꝛ deorsum cadat: hz cãm virtutẽ aliquã celestem.
Et similr etiaz q in superficie terre sit aliqua mã cõbusti-
bilis: põt reduci in aliquod pncipiũ celeste. Sz q ignis
cadẽs: huic mãe occurrat: ꝛ cõburat eã: nõ hz cãm aliqd
celeste corpus: sed est per accidẽs. ¶ Alius autẽ videtur
cõtrariũ: q: nã de necessitate operatur. Et ideo oẽs effe-
ctus nãles nisi impediãt per liberũ arbitriuz diuinũ vel
angelicũ: vel humanũ. De necessitate eueniũt psupposi-
ta influẽtia dei gnãli: que necessaria est ad cõseruationem
nature create: ꝛ ipsius operationẽ. Unde si nã disposue-
rit nubẽ ad pluuiã: de necessitate resoluet in pluuiã: nisi
superueniat aliq̃ fortior cã nãlis: qua h de necessitate im
pediatur a cã. ergo necessaria eueniũt qñ eueniũt: ꝛ a cã
necessaria impediunt qñ impediunt. Cũ ergo demones
sciant: virtutẽ naturalẽ elemẽtoꝝ: ꝛ corporũ celestium: ꝛ
motũ ꝛ cursum: ꝛ cõiunctionẽ planetaꝝ inter se: ꝛ cũ stel
lis fixis: prescire possunt per suã virtutẽ sub certitudine
futurũ euentũ istaꝝ impressionũ nãliũ: ꝛ futurũ impedi
mentũ ne dispõ ad eas reducat ad actũ. Ea tñ que depẽ
dent a lib. arbi. p suã vtutẽ nãlẽ sub certitudine pcogno
scere nõ põt: sed per signa: ꝛ p ea q̃ frequẽter accidere vi
derũt: de illis cõiecturãt ꝛ multotiẽs decipiunt.

Qui vult tenere primam opinionẽ põt respon- Rñ° te-
dere ad argumẽta in contrarium. nẽdo pri

Ad primum dõm q formice imminente plu mã opi.
uia de pximquo nõ portãt gra- Ad pm
nuz in cauernã: q: futurã pluuiã precognoscãt. Sz q: ea
que pluuiã de pximquo futurã antecedũt: faciũt quan-
daz immutationẽ in corporib⁹ formicaꝝ: per quã quodã
nãli instinctu mouent ad portandũ granuz in cauernaz
Patz ergo q illud factũ ppter hoc qd p̄sens est: nõ p-
pter illud qd est futurũ. ¶ Potest ẽt dici: q q: sensitiua
naturalr potest imutari ab influẽtia celesti. Nõ sic autẽ
diaboli intellectiua: ideo nõ est incõueniẽs quedã bruta
per illaz immutationẽ p̄sentem aliqd futurum precogno-
scere per extimatiuã: qd intellectiua diaboli per suaz vir
tutem nãlem sub certitudine precognoscere non posset.
Ad 2m ¶ Ad scdm dõm. aut q diabolus illa nõ pscitur sub cer
titudine. Sz per signa pbabiliter cõiecturauit: eo q vi-
debat quedã presentia ad que pbabiliter coniecturabat:
arsionẽ capitolij: ꝛ victoriã sylle postea seq. Aut sciuit se
permissuz ꝛ licentiatũ ad talia faciendũ. Et id predixit
illud qd

illud qḋ per suā ꝓcurationē erat futurā. Sic enim dicit beatus Aug. 2. super Geñ. circa finē: aliquādo nephandi *Ad 3m* spūs etiā que ipsi facturi sunt: velut diuinādo ꝑdicunt. ¶ Ad tertiū dō3. ꝙ auctoritas Aui. soluitur per hoc qḋ dicit: ꝙ futura sunt in cognitiōe angeloꝝ intelligibiliuz ſm aliqḋ. Hoc enim sic debet exponi vt intelligat: nō de omnib⁹ futuris: sed de illis que habēt cām naturalez determinatā nō impedibilē per naturā: sicut future eclypses solis ꝛ lune ꝛ cōsimilia. ¶ Uel pōt dici. ꝙ illud verbum dꝫ intelligi de angelis sanctis qui plura cōtingētia futura intuent supernaturalr: per hoc ꝙ sunt a creatore *Rñ⁹ tenēdo ſ3az opi.* supernālīter illustrati. ¶ Qui autē tenēt ſcdam opinionem respondent ad argumēta in cōtrarium.

Ad pᵐ **Ad primum** dicūt ꝙ auctoritas Isi. intelligēda est de futuris ꝯtingētib⁹: quia ab aliq̄ creatura ꝑ suā nāꝫ sub certitudine ꝑcognosci nō possunt. Impressiones aūt nāles de necessitate eueniunt quando eueniunt: ꝛ de necessitate non eueniūt quando nō eueniūt: supposito ꝙ nullū īpedimētum vel ꝓmotio apponat ꝑ li. ar. diuinū: vel āgelicū vel hūanū. Un̄ si velles istare ꝙ q̄ſtūcūqꝫ cāe nāles ꝯcurrāt ad h ꝙ bladū qḋ adhuc est in herba: veniat ad ꝑfectū: hō pōt illḋ īpedire destruēdo herbā radicit⁹: h īstātia nulla ē: q̄ nō est ꝯ illḋ *Ad 3m* dictū est in opione: q̄ illḋ īpedimētū eēt ab agēte ꝑ li. ar. ¶ Silr mō dōm ad auctēz Dam. ¶ Ad tertiū dō3: ꝙ q̄ſtūs aliq̄ṅ dispōnē ad pluuiā: pluuia nō seq̄t ꝑꝑ fortiorē dispōnē ad ꝯriū nālr supueniētem: nō tñ ex h seq̄t: ꝙ ꝯtingēter eueniat qñ euenit: ſ3 sicut qñ īpedit de neces- *Ad 4m* sitate īpedit: ita qñ euenit ex cā necīa euenit. ¶ Ad q̄rtū dō3: ꝙ q̄ſtūs nō habuerit ꝑcognitionē sui casus: tñ pōt hēre ꝑcognitionē ipressionū nāliū: q̄ h est futuꝝ necīum *Ad 5m* ꝛ suus casus fuit futuꝝ ꝯtingēs. ¶ Ad q̄ntuꝫ dō3: ꝙ q̄ diabolus mēdax ē ſ3 ꝙ dicit saluator Joā. 8. iō tñ amat mēdaciū: ꝙ si aliq̄ṅ dicit veritatez: illā dicit: vt postea in mēdacio sibi credat. Un̄ qñqꝫ sciēter ipsis magis ingerit vt aliqḋ futuꝝ ꝑdicāt: ꝙ tñ ipse diabolus scit nō eē futurū: ꝑ illo tpe qḋ assignat. Et ꝑteres diabolus nō dicit ipsis magis: qcqḋ ꝑscit: qñqꝫ q̄ nō vult: qñqꝫ q̄ ꝓhibetur adeo ꝛ angelis sanctis. Pōt ēt dici ꝙ qñqꝫ significat magis: ꝛ repñtat aliqḋ futuꝝ: ꝛ ipsi magi illā significatiōez *Ad 6m* vel repñtationē nō bñ intelligūt: ꝛ sic decipiunt. ¶ Ad sextū dō3: ꝙ q̄ſtūs in nālib⁹ aliq̄ eueniāt a casu ꝑ ꝯparationē ad aliq̄ꝫ cāꝫ: tñ oīa talia reducunt in aliq̄ꝫ cāꝫ: vel cās aliquas nāles: ꝛ determiatas. Un̄ ſ3 Auic. i. li. phy. c. 14. Un⁹ effect⁹ aliq̄ṅ est raro ꝑ ꝯparationē ad vnā cām: ꝛ tñ est de necessitate ꝑ ꝯparationē ad aliā. Un̄ ſm ꝙ pōt trahi ex ei⁹ doctrina ibidē. effect⁹ nāles si qñqꝫ sunt a casu per cōparationē ad vnā cām: semꝑ reducunt in aliquā cāꝫ nā- *Ad 7m* lez determinatā. ¶ Ad 7m cū dicit ꝙ entis ꝑ accñs non est scia ꝛc̄. Dñt ꝙ veꝝ est sub rōne qua est ens ꝑ accidēs: per ꝯparationē tñ ad cām determinatā ad quā reducunt ē *Ad arti. i cōpe. q.* ens per se: ꝛ sub hac rōne de illo pōt esse scia. ¶ Ad articulū excōicatū dñt ꝙ nō est ꝯ istā opionē. Non. n. ponit h opio effect⁹ li. ar. seu depēdētes ex lib. ar. diuio vel āgelico vel hūano de necessitate euenire qñ eueniūt: nec de necessitate īpediri qñ īpediunt. Q̄ꝫ ponebāt illi ꝯ quos ille ꝑdict⁹ articulus fuit excōicatus. Un̄ nec ponit h opinio ꝯcursuꝫ cāꝫ: q̄ sunt volūtarie operātes eē necīuꝫ q̄ſtūis ponat ꝯcursuꝫ cāꝫ pure nāliū de necessitate ꝯcurrere: qñ ꝯcurrāt: supposito motu celi: sicut mō est. ꝛ dei influētia gñali: sine qua nulla creatura eē posset nec agere. Si tñ h ſcda opio qūtcūqꝫ incidat in ꝑdictū articuluꝫ excōicatum seu quēcūqꝫ alium horrenda est ꝛ fugienda. ¶ Quō aūt isti nitant effugere q̄ ꝑ ꝑma opione in corpore q̄ōnis allegata sunt: q̄ꝫ opinionē vñr veram sensisse phs ꝛ ꝯmē. et⁹. nō recito mō: q̄ de h iteꝝ aliqḋ tāgēt ise- rt⁹. dist. 37. in illa q̄ōe vtꝝ effect⁹ fortuiti vel casuales reducantur in aliquā creataꝫ cāꝫ: q̄ sit eoꝝ causa per se.

Consequenter queritur de q̄ōne ꝑncipali. Et circa hoc querūtur duo. ¶ Primo vtꝝ demōes possunt trāsmutare māꝫ ad formā substātialē per suā virtutē imediate. ¶ Scdo vtrū liceat hominibus vti demonū ministerio vel arte. ¶ Q̄ō. I. *Q̄ō. I.*

Ar. ꝑ⁹ **Primo ostendo** ꝙ demō ꝑ suā v̄tutē imediate ꝑt māṁ trāsmutare ad formā substātialē. Quia vt habet Exo. 7. Malefici pharaonis fecerūt dracones: ꝛ vt habet sequēti cap. fecerūt ēt ranas. Cū ḡ operarent virtute diabolica. Ur ꝙ diabolus ꝑt trāsmutare māꝫ ad subālē formā. ¶ Itē ꝙ ꝑt v̄t⁹ iferior ꝑt v̄t⁹ supior. *Secūdo* Sed virt⁹ nālis ipsius demonis superior est q̄ꝫ virt⁹ naturalis cuiuscūqꝫ corporis. Si ergo virtus nālis ipsi⁹ corporis pōt trāsmutare māꝫ ad formā substantialē: multo fortt⁹ h pōt diabolus sua nāli v̄tute. ¶ Iteꝫ imaginatio *Tertio.* pōt imediate trāsmutare māꝫ ad formā substātialez. Un̄ Aug. 3. de tri. ca. 7. Exponēs quō oues Jacob ex ꝯtuitu virgaꝝ ꝯcipiebāt fetus diuersi coloris. Dicit vt de varietate virgaꝝ pecoꝝ eōceptoꝝ color aliqḋ duceret fecit h aīa grauide pecudis per oculos affecta forinsecus ꝛ interius secū pro modulo suo formādi regulā trahens. Cum ergo ꝓductio forme accidentalis sit dispō ad formā substantialē: Uideret ꝙ imaginatio possit imediate trāsmutare māṁ ad formā substātialez: ergo multo fortius h ꝑt virt⁹ nālis diaboli que est potētior. ¶ Item Auic. 6. nāliuꝫ. lib. 4. cap. 4. dicit ꝙ cū anima fuerit cōstās nobilissimis ꝑncipijs obediet ei mā que est in mūdo ꝛ patietur *Quarto.* ex eo. Et sicut pꝫ postea intelligit etiā de trāsmutatione māe ad formā substātialem: ergo multo fortius h potest virtus nālis ipsius demonis: que potētior est q̄ꝫ virtus *Quinto.* nālis aīe cuiuscūqꝫ. ¶ Iteꝫ Aug. 3. de trini. ca. 6. Dicit ꝙ miracula magicis artib⁹ fiunt. Sed sicut dicit in eodē ca. Per diabolicas potestates magice artes pñt quicqḋ possunt. ergo diabolus per suā virtutē potest facere miracula. Sed h est maius miraculū. s. q̄ꝫ māṁ trāsmutare ad formā: ergo multo fortius pōt diabolus transmutare *Sexto.* māꝫ ad substātialē formā. ¶ Itē hoīes per artem alchimie trāsmutāt māꝫ de vna forma substātiali ad aliā. ergo multo fortius pōt h diabolus facere.

In opᵐ **Contra** Glo. super illud Exo. 7. Deuorauit virga Aaron virgas eoꝝ. Dicit ꝙ h potuit absorbere ꝙ erāt: nō ꝙ videbātur ꝛ nō erant: ergo magi pharaonis nō fecerūt veros dracones. Cū ergo tunc diabolus operaret per eos ſm totū conatū suū. Uidet ꝙ non possit trāsmutare per ꝓpriaꝫ virtutē māṁ ad formam. ¶ Itē Aug. 3. de trini. ca. 7. Dicit ꝙ āgeli mali in trāsmutādo māꝫ ad formā se hñt: sicut agricole ad ꝓductionem segetū. S3 agricole ad h nō attingunt: nisi mediāte opere nature: ergo nec diabolus potest trāsmutare māṁ ad formā substātialē nisi mediāte opere nāe.

Rñ⁹ L3 diab. possit transmutare res nāles ſ3 locuꝫ vel ad formā artificialez: nō tñ ad nālez imediate **Respondeo** ꝙ q̄ſtūis diabolus per suā virtutē imediate possit trāsmutare istas res nāles ſ3 locū: ꝛ ēt ad formā artificialem: eo ꝙ forma artificialis cāṫur: ꝑ aliquaꝝ ptiū ablationē: sicut pꝫ in figura incisionis: vel ꝑ localē mutationē ptiū: vt habeant diuersum sitū in suo toto: sicut pꝫ in forma ꝯpōnis. Tñ ꝑ suā v̄tutē imediate nō ꝑt trāsmutare māꝫ ad formā nālē: neqꝫ substātialē: neqꝫ accñtalē. Un̄ ꝯmē. sup. 7. meta. ipose est ꝙ forme sepate trāsmutēt māṁ. Nō. n. trāsmutat māꝫ nisi illud ꝙ est in mā. Cui⁹ rō ē: q̄ aut h faceret operādo ꝑ modū nāe: aut ꝑ modū artis. Nō ꝑ⁹ mō siue loq̄mur ḋ agēte ſ3 nāꝫ vniuoce vł equioce: q̄ ad talē actionē nō ē ei⁹ nā a creatore determiata: q oēs nāe creataꝫ determiauit ab istitutiōe nāe ad suas ꝓprias actiōes nāles q̄ſtūis ipse nāe create actiue illas nāles actiōes eliciāt: ad quas determiate sūt ab ipsaꝝ institutiōe. Nec ēt h possꝫ

facere operando per modum artis. agens enim q est na
tura creata: de necessitate presupponit ad suam actio/
nes aliquem effectum artificis increati: sicut materiam
et eius possibilitatez ad formaz: que a solo artifice increa
to pduci potuit: et deus sic limitavit potentiam omnis
artificis creati vt in sua actione presupponat aliquē na/
ture create effectū.s. cpositū ex mā et forma: q tñ effectū
nature create ab artifice increato pduci potest nulla vir
tute creata mediante. Operans ergo per modum artifi/
cis creati nō potest super effectum nature create. Unde
philosophus. 4. metheuroruz. ars nō consequitur natu
ram in perfectione effectus et operationis sue: licet ad h
multum laboret: quāuis autem diabolus materiaz non
possit transmutare ad formā substantialem per suam vir
tutem imediate: vt iaz declaratum est: potest tamen me
diante opere nature. Unde Aug. 3. de trinita. caplo. 7.
dicit de angelis: q semina rerum istaruz nobis occultio/
ra noverunt: et ea per congruas temperationes elemen/
torum latenter spargunt: atq ita et gignendarum rerū:
et accelerandoz incrementoz prebent occasiones.

Ad pᵐ **Ad primum** in opᵐ dōz: q magi pharaonis il
los serpentes fecerunt mediante
Ad 2ᵐ opere nature: si tamen fuerunt veri serpentes. ¶ Ad se
cundūz cum dicitur: q illud quod potest virtus inferi/
or: potest superior et c̄. Dico q nō est verum: cum virtus
superior determinata est ab institutore nature ad opera/
Ad 3ᵐ tionem nō ordinatam ad talem effectum. ¶ Ad tertiuz
dicendūz: q compositum ex organo et virtute imagina/
tiva: per ipsam virtutem imaginativam operatur in cor
pore pprio aliquos naturales effectus. Vel quia habz ali
quam actionem naturalem ad illos effectus determina/
tam: vel h facit mediāte opere nature per quandam na/
turalem colligationem inter virtutez naturalem que il/
Ad 4ᵐ lum effectuz elicit: et ipsam imaginationez. ¶ Ad quar/
tum dicendum: q in verbo pposito non est acquiescen
dum Avicen. in cap. eniz illo erravit. Voluit eniz ibi q
miracula possent fieri naturaliter virtute anime: cū esset
Ad 5ᵐ nobilis et fortis. ¶ Ad quintuz dicendum: q ibi Augu.
nō accepit pprie nomē miraculi. Sed ibi vocavit mira/
cula facta repētina: de quibus homines admirant: quia
nō vident moduz quo ita celeriter fiunt. Unde. 3. de tri.
cap. 8. dicit: q illa homines que solent ab hominibꝰ fie/
ri nō mirātur: et paucis interpositis dicit: q qualibuscū/
q angelis vicinas causis ab elementis contrahere quā/
to facilius est: tanto mirabiliores in operibus huiusmo/
di eorum existūt celeritates. Demones ergo nō possunt
Ad 6ᵐ facere miracula: q̄uis possint facē mirabilia. ¶ Ad sex/
tum cū dicitur: q homines per artem alchimie possunt
transmutare materiam de vna forma substātiali ad aliaz
et c̄. Dico q h non possunt nisi mediante opere nature:
aliter sm q in fine. 4. metheororuz. dicitur: sciant artifi/
ces alchimie vere species metalloz permutari nō posse.
¶ Argumēta ad oppositū gratia principalis conclusio/
nis possunt concedi. Tamen primuz solutione indiget.
Cōius eniz tenetur q illi serpētes quos fecerunt malefi
ci pharaonis fuerunt veri serpentes. Unde Glo. allega/
ta sub opinione ibi est posita: quia etiam postea in eadez
Glo. ad mēbruz ponit sub dubitatiōe: et dicit virge in tex
tu: eo q facti fuerunt de materia virgarum.

¶ Questio. II.

Qō. II. **SEcundo queritur** vtrum li
ceat ho/
Ar. pᵒ minibus vti demonuz ministerio vel arte. Et
videtur q sic. Apl'us ad Corin. 5. dicit se tradi/
disse quēdam peccatorem sathane: ergo visus fuit demo/
Scdo nis ministerio. ¶ Itē licitū est in vocare auxilium viri
peccatoris: ergo a simili licitū est hominibꝰ invocare au/
Tertio. xilium demonis. ¶ Itez si aliquis perdidit rez suam po
test petere vbi est: a quocūq qui scit docere ipsuz: vbi il/
la res sit: ergo si diabolus scit vbi res perdita est: licitum
est homini inquirere a diabolo vbi sit. ¶ Itē Boe. lib. Quarto.
scdo. de cathegoricis syll'is: boni homines non aliter ca/
vent nisi mala noverint. ergo omnis scientia bona est:
sive sit respectu boni: sive respectu mali. Sed ars magi/
ca scientia est. ergo bona est. Sed omni bono creato licz
vti: ergo arte magica licitū est hominibꝰ vti.

Contra Augꝰ. 8. de civi. cap. 19 Dicit q exercere In opᵐ
artes magicas: damnabile est. Et in eodez
caplo dicit q legibus et humanis puniuntur. ¶ Item
Levit. 20. Vir sive mulier in quibꝰ phitonicus vel divi
nationis fuerit spūs morte moriatur.

Respondeo q vti ministerio diaboli: h dupl'r Rñᵒ
potest intelligi. Aut divina virtu Nō licet
te: que superior est: sibi aliqua licita imperādo. Sicut ali vti miste
qui viri sancti fecisse leguntur. Unde Paulus vt habe/ rio diabo
tur Act. 16. imperavit spūi malo qui erat in puella phi/ lico nisi
tonica: exire ab ea: et exivit eadē hora. Et sic vti ministe/ dina v̄tu
rio diaboli licituz est. ¶ Aut ipsum familiariter vel ami te ipāte.
cabiliter invocando. Et h est illicitū et phibituz homi/
nibus: et lege divina et lege positiva. Et credo q etiaz le/
ge nature: eo q diabolus est adversarius obstinatꝰ summi
principis nostri dei: et est ab ecclesia irrevocabiliter preci
sus: et ita mēdax et fallax. Q si aliquādo dicit veritatem
vtilez: aut eā dicit cōpulsus a deo: aut hac intentione vt
magis sibi postea in mēdacio credatur: vt sic decipiat cau
telosius: et ideo qui familiariter eū invocat peccat directe
cōtra deū: et cōtra ecclesiaz: et cōtra se ipsum: cū diabolus
humani generis sit pessimus inimicus. Et q artes ma/
gice sunt cū quibusdā invocationibꝰ demonū: vel cum
quibusdā cōmercijs cuz demonibus. Ideo vti artibꝰ ma
gicis erit phibituz tāq illicitū et pphanū. Unde Aug.
2. lib. de doctri. xpia. post mediuz: loquēs de magicis ar/ Ars ma/
tibus: dicit. oēs igitur artes huiusmodi vel nugatorie vel gica ē p/
noxie superstitionis: ex quadā pestifera societate homi/ hibita.
nuz et demonū: q̄si pacta infideliter et dolose cōstituta pe
nitus sunt repudiāda et fugiēda xpiano.

Ad primum in oppositūz dicendū: q paulus Ad pᵐ
nō tradidit illum peccatorem sa/
thane: ipsuz sathanā invocādo: nec sibi precipiēdo vt il/
lum flagellaret. Sed illum excōmunicādo: quo excōmu
nicato diabolus super euz maiorem habuit potestatem.
¶ Ad secundū dicenduz: q nō est simile de viro pecca/ Ad 2ᵐ
tore et diabolo: q homo vir peccator q̄diu est in hac vita
revocabilis est ad bonuz. diabolus autez non sic. Homo
etiaz invocādo viri peccatoris auxiliuz: nō ita se exponit
periculo: sicut auxiliū demonis invocando: quia demon
intantuz odit hominē: q nullo modo auxiliaretur ei in
aliquo: nisi hac intentione vt sibi plus nocere posset in
alio. ¶ Ad tertiuz dicendū: q licitum est cuilibet inqui Ad 3ᵐ
rere vbi sit res quā amisit ab ipso qui posset super h ipz
instruere et vellet bono modo et licito nō intendēdo ma
luz illius qui petit edoceri nec dehonorationē ipsius dei
Sed diabolus nūq vellet docere vbi esset res amissa ni
si cuz aliqua circunstantia illicita: vtpote invocatus vel
adiuratus: vel ita q ille qui consulit ipsum ineat fedus
cuz ipso: et respondēdo semper intendit maluz illius cui
dat responsum et dei dehonorationez. ¶ Ad quartū cuz Ad 4ᵐ
dicitur: q omnis scientia bona est et c̄. Dico q veruz est
Sed ars magica nō est scientia: sed superstitio: vnde nul
li licitū est illaz docere: nec addiscere nec illa vti.

Circa litteram creaturarum natu
ra celestium mori
potuit: nō morte nature: sed morte culpe: et dā/
nationis eterne: ad h enim repugnat gratia ad
hoc. i. ad mutabilitatem: potestas a deo data est
ad fallēdū fallaces: nō q deceptio fallaciū sit finis huius

dationis

datiõis. Sʒ qꝛ diabolus p illã ptãtẽ decipit fallaces: deo pmittẽte. Scinifes sũt musce subtiles: ita vt fere visũ ef fugiant: ⁊ dr̃ a cinos qḋ est canis. distinctões formaꝝ ab originalib⁹: vt ita dicã regulis sumũt: ex h̃ h̃r argũ q̃ for/ me generabiles ⁊ corruptibiles. de poᵃ mãe educunt̃ pro subtilitate sui sensus ⁊ corpis: loqt̃ sʒ opinionẽ illoꝝ: qui dicebãt: q̃ demõib⁹ aptata erãt aerea corpa in penã. Uel sʒ opionẽ illorũ q dñt: q̃ demões sũt res ɔposite ex suba corpali ⁊ spũali. Et alteri⁹ istaꝝ opionũ vr̃ fuisse: Apule/ ius in li. de deo socratis: vbi dicit: q̃ h̃ demonũ corpa ⁊ modicuʒ ponderis ne ad superna incedant: ⁊ aliquid le uitatis ne ad inferna pcipitent̃ habẽt.

¶ Utruʒ angeli omnes corporei sint: qḋ quibusdaʒ visum est quibus Augustinus consentire videtur dicens angelos omnes ante casuʒ habuisse corpora tenuia ⁊ spiritualia: sed in casu mutata in deterius malorum corpora: vt in eis possent pati. ¶ Distin. VIII.

Di. viii. Solet etiam in questione versari apud doctos: vtrũ angeli omnes boni. s. ac mali corporei sint: idest corpora habeant sibi vnita. Qḋ aliqui putant innitentes verbis Aug. qui dicere videtur q̃ angeli omnes ante cõfirmationẽ vel lapsuʒ corpora aerea habuerunt de puriori ac superiore aeris parte formata: ad faciendum habilia nõ ad patienduʒ: ⁊ angelis bonis qui perstiterunt talia sunt obseruata corpora: vt in eis possint facere ⁊ nõ pati: que tante sunt tenuitatis vt a mortalibus videri nõ valeant: nisi superinducta aliqua grossiori forma: qua assumpta videntur: depositaq̃ videri desinunt. Angelis vero malis mutata sunt in casu corpora in deteriorem qualitatem spissioris aeris. Sicut enim a loco digniori in inferiorem locuʒ: idest in caliginosum aerẽ deiecti sunt: ita illa corpora tenuia mutata sunt ⁊ transformata in deteriora corpora ⁊ spissiora: in quibus pati possent in superiori elemento: idest ab igne. Et hoc Aug. sensisse videtur super Geñ. ita dicens. Demones dicũtur aerea animalia: qui corporuʒ aereoruʒ natura vigent: nec per morteʒ dissoluuntur: qꝛ preualet in eis elementuʒ aptius ad faciendũ q̃ȝ ad patienduʒ. Ad patiendum eniʒ humor ⁊ humus. ad faciendum aer ⁊ ignis aptitudinem prebent. Transgressores vero angeli cum principe suo nunc diabolo: tunc archãgelo: nõ mirum si post peccatum in hanc caligineʒ detrusi sunt. Neq̃ etiaʒ hoc mirum est si conuersi sunt ex pena in aereaʒ qualitatem qua possunt ab igne pati. Caliginosa tamen aeris tenere tantuʒ permissi sunt qui eis quasi carcer sit vsq̃ ad tempus iudicij. Ecce his verbis videtur Augu. ita tradere q̃ quidaʒ opinantur de corporibus angelorum. Hoc autem euʒ alij dixisse astruunt nõ ita sentiendo sed opinioneʒ alioruʒ referẽdo: quod ex ipsius verbis dijudicare volunt: quibus ait. Demones dicunt̃ aerea animalia: non ait sunt: ita enim quidaʒ dicebant. De habitatione vero caliginosi aeris in quem detrusi sunt non opinando: sed rei veritatem asserendo cum tradidisse dicunt qḋ ipsius locutiõis distinctio ostẽdit. Dicũt quoq̃ plurimos catholicos tractatores in hoc cõuenisse atq̃ id cõcorditer docuisse q̃ angeli incorporei sint nec corpora habent sibi vnita. Assumunt autẽ aliquando corpora deo preparãte: ad impletionem ministerij sui sibi a deo iniuncti: eademq̃ post expletioneʒ deponunt: in quibus corporibus hominib⁹ apparuerunt atq̃ locuti sunt. Et aliquando quidẽ locuti sunt ex psona dei sine distinctiõe alicui⁹ psone. Aliquãdo ex psona patris vel filij siue spũs sci.

¶ Q deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit.

Nec dubitandum est deuʒ in corporalib⁹ formis apparuisse hominib⁹: sicut Aug. in secundo lib. de trini. ostendit conferens diuersa scripture testimonia: ex quibus deum in corporeis figuris hominib⁹ apparuisse probat: ⁊ aliquando ex persona dei sine distinctione: aliquando sub distinctione personaruʒ sermonem eis factum esse.

¶ De perplexa questione quã ponit Aug⁹. querens an ad exhibenduʒ has corporales apparitiones creatura noua sit formata: an angeli qui erant ante missi: ⁊ si ipsi missi sunt: vtrum seruata sui spiritualis corpis qualitate aliquã speciem corporalem de corpulentiori materia assumpserint: an proprium corpus suum mutauerint in speciem actioni sue aptaʒ.

Sed vbi deuʒ hominib⁹ in corporalibus imaginibus apparuisse asserit: perplexam questiõem proponit quã nec absoluit: querens: vtrum in illis corporalibus apparitionibus creatura aliqua crearetur ad illud opus tantũ in qua deus hominibus appareret: an angeli qui ante erant ita mitterentur vt manentes in suis spiritualibus corporibus: assumerent ex corpulenta inferiorum elementorũ materia aliquã speciem corporalem: quã coaptataʒ quasi aliquã vestem mutarent in quaslibet species corporales veras quidem: an corpus suum ppriuʒ verterent in species aptas actionibus suis per virtutem sibi a deo datam. Ait enim ita Augu⁹. in tertio lib. de trinitate. Querẽduʒ est in alijs antiquis corporalibus formis ⁊ visis: vtruʒ ad hoc opus tantum creatura formata sit in qua deus sicut tunc oportuisse indicauit: humanis ostenderetur aspectibus: an angeli qui iã erãt ita mittebantur vt ex persona dei loquerentur

assumentes corporalem speciem de creatura corporea in vsum ministerij sui: aut ipsum corpus suum cui nō subduntur: sed subditum regunt mutantes atq; vertentes in species quas vellent accomodatas atq; aptas actionib⁹ suis sm attributam a creatore sibi potentiā. Sʒ fateor excedere vires intentionis mee: vtrū angeli manente spirituali sui corporis qualitate: per hanc occultius operantes assumant ex inferioribus elementis corpulentioribus qḋ sibi coaptatuʒ quasi aliquaʒ vestem mutent: ꝛ vertant in quaslibet species corporales ꝛ ipsas veras: sicut aqua vera in vinum verum conuersa est a domino. An ipsa ꝓpria corpa ꝛ sua trāsforment in id qḋ volunt accomodatum ad id qḋ agunt. Sed qḋ horum sit: quoniam homo sum: nullo experimento comprehēdere valeo: sicut angeli qui hoc agunt. Attēde lector quia questionem propositaʒ non soluit: sed indiscussam reliquit vtrum angeli qui mittebātur seruatis proprijs spiritualibus corporibus superuestirentur aliqua corpulentiori specie in qua possent videri: an ipsum corp⁹ mutarent ꝛ trāsformarent in quācūq; vellent speciem in qua possent cerni. In quibus verbis videtur Augustinus attestari angelos esse corporeos ac ꝓpria ac spiritualia habere corpora.

Cōcedē/dū ē āge/los mitti sed reliq̄ expediri n̄ suffic̄.

¶ Q̄ deus in specie qua est deus nunquaʒ apparuit mortalibus.

Ceterum hec velut nimis profunda atq; obscura relinquentes illud indubitanter teneamus: ꝙ deus in specie essentie sue nunq̄ mortalibus apparuit: sicut famulo suo moysi dicit. Non videbit me homo ꝛ viuet. Et in euangelio Joannis legitur. Deū nemo vidit vnq̄. Uisibile enim q̄cq̄ non est qḋ non sit mutabile. Ideo substantia siue essentia dei: quoniam nullo modo mutabilis est: nullo modo per seipsaʒ visibilis est. Proīde illa omnia que patribus visa sunt cū deus illis presentaretur: per creaturam facta manifestum est. Et si nos latet quomodo ea ministris angelis fecerit deus: per angelos tamen facta esse dicimus. Audeo ergo fiducialiter dicere nec deum patrem: nec verbuʒ eius nec spiritum eius qui est vnus deus per id qḋ est atq; idipsum est: vllo modo esse mutabileʒ: ac per hoc multo minus esse visibilem.

¶ Utruʒ demones intrent corpora hominū substantialiter: an illabant mentib⁹ hominuʒ.

Illud etiam cōsideratiōe dignissimum videtur: vtrū demones siue corporei siue incorporei sint: hominuʒ substātialiter intrent corpora: eorumq; animabus illabantur: an ideo intrare dicātur quia malitie sue ibi effectum exercent dei permissione opprimendo atq; vexando eas: vel in peccatū pro voluntate sua trahendo? Q̄ in homines introeāt atq; ab eis expulsi exeant euāgelium aperte declarat cōmemorans demōia in quosdam ingressa: ꝛ per christum eiecta: sed vtrum sm substantiam fuerint ingressa: an ꝓpter mali effectuʒ dicantur ingressa: non adeo perspicuuʒ est. De hoc autem Gennadius in diffinitiōibus ecclesiasticorū dogmatum ait. Demones per energiam operationeʒ non credimus substantialiter illabi anime: sed applicatione ꝛ oppressione vniri. Illabi auteʒ menti illi soli possibile ē q̄ creauit: qui natura subsistens icorporeus capabilis est sue facture. Ecce hic videtur insinuari ꝙ substantialiter non illabātur demones: vel introeant corda hominuʒ. Beda quoq; super illum locum actuum apostolorū vbi Petrus ait ananie. Cur tēptauit sathanas cor tuuʒ dicit. Notanduʒ ꝙ mētem hominis iuxta substantiam nihil implere possit nisi creatrix trinitas: quia tātūmodo sʒ operationeʒ ꝛ voluntatis instinctuʒ anima de his que sunt creata impletur. Implet vero sathanas cor alicuius nō quidem ingrediens in eum ꝛ in sensum eius: neq; introiens aditū cordis: si quideʒ potestas hec solius dei est: sed callida ꝛ fraudulenta deceptione animaʒ in effectum malitie trahens per cogitationis ꝛ incētiua viciorū quibus plenus est. Impleuit ergo sathanas cor ananie non intrādo: sed malitie sue vires inserendo. Ideʒ spiritus immundus flāma virtutuʒ de cordibus fidelium expulsus doctoribus veritatis venenū persecutionis infundit. His auctoritatibus ostēditur ꝙ demones nō substantialiter intrant corda hominū: sed propter malitie effectuʒ: de q̄bus pelli dicitur: cū nocere nō sinuntur. Dis. VIII.

Beda.

Di. viii.

SOlet etiaʒ in q̄ōne versari ꝛc. Superius inquirit magis de demonuʒ potestate ḡnaliter: hic inquit de ea per cōparatiōeʒ ad creaturā corporalem spāliter. ¶ Et diuiditur in ptes duas. ¶ Primo determinat de potestate demonuʒ quātuʒ ad corporū assumptioneʒ. ¶ Secūdo determinat de ea quātum ad hominū vexationeʒ. ibi.⌊ Illud etiā cōsideratiōe.⌋ ¶ Prima in tres. ¶ Primo ponit vnaʒ opinionē de corporum assumptione a demonibus. ¶ Secūdo aliaʒ. ibi.⌊ hic aūt eū.⌋ ¶ Tertio incidēter ostēdit deuʒ aliq̄n in subiecta creatura apparuisse. ibi.⌊ Nec dubitāduʒ est.⌋ ¶ Tunc sequitur pars illa que ibi incipit.⌊ Illud etiā cōsideratiōeʒ.⌋ ¶ Et diuiditur in partes duas. ¶ Primo enim mouet q̄ōem de potestate diaboli dupliceʒ per cōparationē ad homines. s. quid possunt super hominū corpora ꝛ sup eoꝝ aīas. ¶ Scdo ad alterā illaꝝ respōdet. ibi.⌊ De hoc aūt Gēnadius.

Diuisio i duas.

Subdi/uisio pcia p̄ncipal'i tres.

Scda p̄ncipalis in duas.

CIrca hanc distin. querūtur duo. ¶ Primo de potestate demonū quātū ad corporum assumptionē. ¶ Secundo de potestate ipsorum quantū ad hominum impugnationeʒ. ¶ Circa primuʒ queruntur sex. ¶ Primo vtrū demones sint cōpositi ex spirituali substātia ꝛ corporali.

¶ Scdo

¶ Secūdo vtrū aliquādo assumāt sibi corpora. ¶ Tertio vtruȝ assumant ea de elementari natura. ¶ Quarto vtruȝ illa corpora sint talia: ꝙ possint pfici ab aīa intellectiua. ¶ Quinto vtrū in illis corporib⁹ possint exercere actus nutritiue. ¶ Sexto vtrum in illis possint exercere actus generatiue. ¶ Q̄ō. I.

Q̄ō. i.
Ar. p̄°

PRimo ostendo ꝙ demones sūt cōpositi ex spūali ⁊ corporali substātia. Aug. 8. de ci. cap. 15. dicit ꝙ demones sunt aerei. Et. xi. lib. 22. cap. ꝙ aereuȝ corpus possidet pessimus demon. ¶ Item de Ecclesiasticis dogmatibus. cap. 12. creatura omnis corporea angeli ⁊ omnes virtutes celestes corporee sunt: licet nō carne subsistāt: ergo ⁊ angeli sancti ⁊ angeli mali corporei sunt. ¶ Item Ber. 5. lib. de cōsol. cap. 7. dicit ꝙ angeli sunt corpore etherei. ¶ Item Apuleius lib. de deo Socratis dicit: ꝙ demōes sunt genere aīalia: igenio rōabilis. animo passiua corpore aerea tēpore eterne.

Secūdo
Tertio.
Quarto.

In opp^m
Contra Dyo. de diui. no. ca. 4. vltra medium. angelus est imago dei: manifestatio occulti luminis speculū purum splendidissimū. he aūt conditiones nō cōueniūt rebus corporeis. ergo angeli corporei non sunt. ¶ Item Luc. xi. diabolus dicitur immūdus spūs. Sed spūs nō est ꝯpositus ex spūali ⁊ corporali substātia.

Rn̄° Angeli boni nec mali hn̄t corpora.
Respondeo ꝙ nec angeli boni nec mali cōpositi sunt ex spūali ⁊ corporali substātia: nec habēt corpora sibi nālīter vnita: imo sunt substantie intellectuales: vnde Dyo. 5. ca. de diui. no. vocat eos intellectus. deus enim cōgrue ad perfectioneȝ vniuersi fecit ⁊ creaturam pure corporalem: ⁊ creaturam ex spūali ⁊ corporali compositaȝ: vt homo est: ⁊ creaturam pure spūalem vt angeluȝ. Malos autēȝ angelos eē substantias incorporeas probare possumus per sacram scripturaȝ. Quia Mat. 5. ⁊ Luc. 8. legitur ꝙ in corpore vni⁹ hominis fuit demonū legio. legio aūt continet sexmilia sexcētas. lxvi. personas. Si auteȝ essent corporei: nō potuissent tot esse simul in vno corpore humano: nisi habetent corpora taȝ parua ꝙ nō decerēt eos si corporei eēnt plura enim corpora simul naturaliter esse nō possunt.

Ad rōes in p̄n°.
Ad auctoritates in oppositum allegatas dōm: ꝙ intelligi debent de corporibus que demones assumunt. Aut ꝙ sancti nō intendebant h̄ affirmare. Sed loquebantur s̄m opinionem aliquorū p̄hoꝝ qui h̄ senserunt: de quoruȝ numero fuit Apuleius: ⁊ ideo sua auctoritas nō est in ꝓposito recipienda. Uel potest dici ꝙ sancti dicebāt spiritus creatos esse corporeos ad ostendēduȝ in eis tātam materialitatem ⁊ possibilitatem respectu spūs diuini ꝙ nomine creaturarū corporalium debeant nominari. Unde ꝗ̄uis Dam. lib. 2. cap. 3. dicat ꝙ angelus est substātia incorporea: postea dicit: incorporeus autē ⁊ immālis dicitur ꝗ̄tum ad nos. oē enim comparatū ad deū: qui solus est incōparabilis: grossum ⁊ māle inuenit. ¶ Q̄ō. II.

Q̄ō. ii.
Ar. p̄°

SEcundo queritur vtꝝ demōes aliqñ assumant corpora. Et videt ꝙ nō. q2 quanto tēptatio subtilius intrat: tanto est efficacior ad decipienduȝ. Sed subtilius potest tēptare sine assumpto corpore ꝗ̄ȝ cum corpore: ergo videt ꝙ nūꝗ̄ȝ corpus assumat. ¶ Item ois assūptio terminat ad aliquā vnitatē. Sȝ ex corpe ⁊ angelo nō pt fieri aliqđ vnuȝ: ğ demōes nūꝗ̄ȝ corp⁹ assumunt. ¶ Itē spūs vnit⁹ nō vult separi: ğ separ⁹ nō vult vniri.

Secūdo
Tertio.

In opp^m
Contra Auic. x. meta. cap. i. loquens de illo qui est aptus ad ꝓphetiā: dicit ꝙ h̄ est ille in cui⁹ virib⁹ animalib⁹ sunt he ꝓprietates. s. vt audiat verbum dei: ⁊ videat angelos trāsfigurantes coram se in forma q̄ possunt videri. ergo angeli boni assumūt quandoꝗ̄ corpora: ⁊ etiā a simili demones. ¶ Item cum sine spiritus nō possunt oculis corporalibus videri nisi in assumpto corpore. Sed multotiens oculis corporalibus visi sunt: ergo aliquādo corpora assumūt.

Rn̄° Angeli assumūt aliqñ sibi corpa ad mouēdū
Respondeo ꝙ sibi aliquādo assumūt corpora: quoꝝ sunt motores nō forme. Assumūt autem ea nō tanꝗ̄ȝ necessaria sue principali operationi. Sed vt in eis exerceant aliquas operationes sensibiles hominibus nociuas.

Ad p̄^m
Ad primum in oppositum dōm ꝙ quanto tēptatio subtili⁹ intrat: tanto est efficacior ad decipiēduȝ ceteris paribus. Aliquas tamē tēptationes nociuas facere potest cum assumpto corpore: quas nō posset sine assūpto corpore. Quādoꝗ̄ enim cuȝ adeo permittitur hominē ponit extra sensum sibi visibiliter apparēdo in aliqua multuȝ horribili forma: quādoꝗ̄ etiā apparēdo mulieri in similitudine pulcherrimi corporis humani lasciuo modo: citius ⁊ fortius excitat in ea carnalem cōcupiscentiam: ꝗ̄ȝ faceret per occultam temptationeȝ tantuȝ. ¶ Ad secundū dōm. ꝙ illa assumptio terminatur ad aliquam vnitatem nō per se: sed per accidens: eo modo quo fit vnuȝ ex motore ⁊ instrumento moto. ¶ Ad tertiū dicenduȝ: ꝙ nō est simile de spiritu vnito quātum ad separationeȝ: ⁊ de separato quātum ad cōiunctioneȝ: quia ex anima ⁊ corpore vna natura cōposita constituitur: ⁊ ideo ipsa anima sicut naturaliter renuit ruptioneȝ huius vnitatis: ita naturaliter renuit separationeȝ. Coniunctio vero spiritus separati ad corp⁹ qđ assumat nō est naturalis: sed volūtaria: nec terminatur ad aliquod vnuȝ per se: sed per accidens: vt dictum est: sicut potest velle assumere: ita quando vult potest dimittere. ¶ Questio. III.

Ad 2^m
Ad 3^m

Q̄ō. iii.
Ar. p̄°

TErtio queritur vtrum demōes assumant corpora de elemētari natura. Et videtur ꝙ nō. Glo. Geñ. 18. dicit de angelis qui apparuerūt abrahe: ꝙ nō apparerent ⁊ cibos sumerēt nisi solidum corp⁹ ex celesti elemēto haberēt. Si ergo angeli boni assumūt corpus ex celesti natura: videtur similiter ꝙ angeli mali quia ꝗ̄uis sicut difformes in moribus cōueniunt tamē in natura. ¶ Iteȝ si assumerent corpus ex natura elemētari aut esset graue: ⁊ ita diabolus in illo corpore cuȝ difficultate moueretur sursum: aut esset leue: ⁊ ita diabolus in illo corpore cum difficultate moueretur deorsuȝ: ergo videtur ꝙ nō assumunt corpus ex natura elemētari: sed ex natura celesti: que s̄m p̄hm p̄mo celi ⁊ mūdi: neꝗ̄ est grauis neꝗ̄ leuis. ¶ Item si ipsuȝ assumit de natura elementari: aut ipsum assumit de vno elemento tantuȝ: aut de pluribus. Nō de vno tantuȝ: q2 tunc nō posset ibi esse color: q2 s̄m p̄hm de sensu ⁊ sensato. color est in extremitate perspicui terminati. Nec de pluribus elementis: q2 tunc illud corpus esset mixtū. Cuȝ ergo forma mixti sit forma substātialis: diabolus posset trāsmutare māȝ ad substātialem formaȝ: qđ superius est improbatuȝ.

Secūdo
T. c. 17.
Tertio.

In opp^m
Contra Glo. Geñ. 28. Abrahā angelos vidēs non potuisset hospitio suscipe: ⁊ cibos adhibere: nisi corpus ex aere assumpsissent. Si ergo boni angeli corpus assumūt de nā elemētari que est aer: multo forti⁹ vr̄ ꝙ āgeli mali h̄ faciāt: cū eoꝝ cōis habitatio sit in isto caliginoso aere vsꝗ̄ ad iudiciū: vt sup⁹ ostēsū est. ¶ Itē corp⁹ celeste nō est natuȝ moueri nisi circulariter: ğ si malus āgelus assumeret corp⁹ de nā celesti in illo corpe cuȝ difficultate moueretur motu recto: non ergo assumit de natura celesti vt videtur.

Rn̄° Demōes assumūt corpa de nā elr̄ari.
Respondeo ꝙ demōes assumunt corpa de elementari nā nō de celesti: s̄m. n. ꝙ dicit p̄hs. i. metheuroꝝ. corp⁹ celeste peregrinas impressiones nō suscipit: peregrine autem impressiones sunt condensatio rarefactio: ⁊ ad nouam figuram transmutatio.

Istorū ergo corpus celeste susceptibile nō est. Cū ergo omnia ista causet diabolus in corpore ꝙ assumit mediate vel immediate: sequitur ꝙ non assumit corpus de natura celesti. Ergo de natura elementari. ❡ Preterea corpus celeste est incorruptibile s̄m naturam s̄m philosophum primo celi ⁊ mundi. Sed si diabolus assumeret corpus de natura celesti: cum nō assumeret de tota: sȝ de parte: vnam partē celi separaret ab alia: ⁊ sic in corpore celesti causaret aliquā corruptionē: per alicuius partis sue subtractionē: ꝙ omni creature est impossibile: nō ergo assumit de natura celesti: restat igitur ꝙ de elemētari.

T.c.20.

Ad p̄m

Ad primum

in oppositum dōm: ꝙ illa Glos. vocat celeste elementū aerē. In sancta enim scriptura interdū aer dicitur celum. Unde in psal. dicitur. Volucres celi: id est aeris. ❡ Ad secūdū dōm: ꝙ in corpore qd̄ assumunt plus est de grauitate ꝙ̄ de leuitate: modicū tamē: nec tamē cum illo corpore cū difficultate mouentur sursum vel ad dextrū vel ad sinistrū: ꝓpter magnū excessum virtutis mouentis super ipsū mobile. ❡ Ad tertiū cū dicitur: ꝙ assumunt illud de vno elemēto tantū aut de pluribus ⁊c. Dico ꝙ diabolus quādoqȝ assumit corpus in ratiōe motoris ꝙ ipse nō format: sicut creditur fecisse quādo eue locutus est p serpentē: sed de tali assumptione modo nō loquimur: sȝ de assūptione corporis qd̄ ipse format: ⁊ sibi coaptat coaptatione que requiritur inter mouens ⁊ mobile. Et credo ꝙ illud corpus format de pluribus elementis: nec tñ habet formā mixti. elemēta enim ibi remanent sub suis formis completis virtute diaboli ita subtiliter confusa vt corporalis visus inter distinctionem partiū illorum elementorū distinguere nō possit: ⁊ ex diuersa confusiōe eorū in diuersis partibus illius corporis: lumen cadens super ipsū corpus in diuersis partibus diuersimode respondet ad similitudinē diuersorū: ita ꝙ in vna parte color albus apparet: ⁊ in alia parte rubeus. Nec mirū. habemus enī. 4. Reg. cap. 3. ꝙ moabite orto iā sole ex diuerso aquarū situ viderunt aquas rubeas quasi sanguinem: ꝙ nō fuisset nisi lumen cadens super elementa inter se cōfusa possit creare aliā ⁊ aliā coloris apparētiā s̄m ꝙ diuersimode confundūtur: ⁊ s̄m ꝙ sunt in alio ⁊ alio aspectu per ꝯparationē ad aspiciētes.

Ad 2m

Ad 3m Quale corp⁹ assumant demones.

Qō. IIII ❡ Qō. IIII.

Ar. p̄o

Quarto queritur

vtrū corpora q̄ demones assumūt sint perfectibilia ab anima intellectiua. Et videtur ꝙ sic. Quia vt habitū est supra demones mediāte opere nature: ranas producere possunt ⁊ serpentes. Sed nobilior videtur esse serpens vnus: ꝙ̄ corpus perfectibile ab anima intellectiua ante ꝙ̄ sit ea perfectū. Quia s̄ȝ Aug. xi. de ciui. cap. 16. viuentia preponūtur nō viuentibus. Ergo videtur ꝙ diabolus saltem mediāte opere nature potest sibi formare corpus ab anima intellectiua perfectibile. ❡ Item boni angeli nō sunt ministri falsitatis. Sed certū est ꝙ illi angeli qui apparuerūt abrahe apparuerūt in similitudine virorū. Unde Geñ. 18. dicitur ꝙ apparuerunt ei tres viri. Videtur ergo ꝙ vera corpora humana sibi adaptauerūt. Sed talia ab anima intellectiua sunt perfectibilia. Cum ergo demones bonis angelis sint similes in naturali virtute. Videtur ꝙ talia corpora possunt sibi formare.

Secūdo

In opp̄m

Contra

ex decreto diuine libertatis corpori perfectibili ab anima intellectiua in eodē instāti in quo est sufficiēter dispositū: deus infundit animam intellectiuā. Si ergo demones possent sibi formare talia corpora: demones possent homines facere quando vellent qd̄ erroneum est.

Rñ° Illa bona q̄dā demones fo[r]mare cōpa pfectibilia ab aia intellīua.

Respondeo

ꝙ demones non possunt formare corpora perfectibilia ab anima intellectiua: nec per suam virtutem imediate: quia sic non possunt transmutare materiā: ad aliquā formā substantialem: vt superius habitum est. Sed in corporibus perfectibilibus ab anima intellectiua precedit ordine nature: aliqua forma substātialis ipsam animā intellectiuam. Nec mediāte opere nature: eo modo quo ranas deduxerunt ⁊ serpentes: corpus enim perfectibile ab anima intellectiua: nō est producibile per viam putrefactionis: sȝ ad eius naturalem productionem de necessitate requiritur cum virtute celesti virtus ⁊ influentia agentis similis in specie. Unde s̄m p̄hm. 2. physicorum. homo hominem generat ⁊ sol.

T.c.ō.26.

Ad p̄m

Ad primum

patet solutio ex corpore questionis: potest etiā dici ꝙ corp⁹ perfectibile ab anima cōsideratū ante suā perfectionē: si nō viuit aliqua vita sensitiua: q̄ꝙuis nō esset ita nobile in actu sicut brutū viuum: tamē esset incōparabiliter nobili⁹ in potētia ꝓpter nobilissimā formā ad quā ordinatū est. ❡ Ad scd̄m dicendū: ꝙ angeli boni cū assumunt corpora humanis corporibus in apparētia similia nō sunt ministri falsitatis: q̄ȝ h̄ nō faciūt vt velit significare ꝙ sicut homines: sed vt aliqua circa homines familiarius operentur.

Ad 2m

Qō. v. ❡ Questio. V.

Ar. p̄o

Quinto queritur

vtrū in illis corporib⁹ assūptis possint demones exercere actus virtutis nutritiue. Et videtur ꝙ sic. Geñ. 18. dicit de illis tribus āgelis qui apparuerūt abrahe ꝙ comederūt: ergo a simili demones in corpore assūpto comedere possunt. ❡ Item Aug. in ep̄la ad Deo grās in questiōe de resurrectione dicit: ꝙ legimus āgelos escas sumpsisse nō ficto fantasmate: sed manifestissima veritate. ❡ Item in corporibus assumptis angeli boni ⁊ mali possunt habere actū virtutis visiue ⁊ auditiue: quia audiunt ⁊ vidēt ⁊ ad interrogata respondent: ergo videtur similiter: ꝙ habeāt actum nutritiue.

Secūdo

Tertio.

In op̄m

Contra

Thob. 12. dicit raphael cū eram per volūtatē dei vobiscū videbar manducare ⁊ bibere: sȝ ego cibo inuisibili ⁊ potu qui ab hominib⁹ videri nō potest vtor. ergo videt ꝙ cibū corporalē nō comedebat veraciter: sed tantūmodo apparēter: ergo a simili nec angeli mali. ❡ Item in nutritione cibi conuertitur in substātiā nutriti. Sed virtus demonis per se: nō potest aliquā formā substantialē de potentia materie educere: vt superius habitum est. Ergo non potest habere actum nutritiue.

Rñ° Diabol⁹ in corpe assūpto n̄ pt exercere act⁹ nutritiue.

Respondeo

ꝙ diabolus in assumpto corpore nō potest exercere actus nutritiue: q̄ȝ q̄ꝙuis possit cibum masticare ⁊ in ventrē traijcere nō potest: tamē ipsum in substātiā corporis assumpti cōuertere. Et q̄ȝ h̄ vltimū cōpletiuū est in actu ipsius nutritiue: ideo concedendū est ꝙ in corpore assumpto nō potest actum nutritiue exercere.

Ad p̄m

Ad primū

in oppositum dicendū: ꝙ illi angeli qui apparuerunt abrahe pro tanto comedisse dicūt: q̄ȝ cibū masticabant ⁊ intra ventrē trahebāt: illū tamē in substātiā corporis nō conuertebant. prima autē duo facere poterant: nō tertiū: quia prima duo sunt in nobis per animā inquantū est motor: sed tertiū est in nobis per ipsam inquātum est corporis forma: ⁊ q̄ꝙuis angelus sit corporis assumpti motor: nō tamen est illius forma. ❡ Ad scd̄m dicendū: ꝙ angeli dicuntur comedisse manifestissima veritate: quantū ad cibi masticationem et tractionem in ventrem. Sicut autem cibum illū in substantiam corporis non conuertebant: ita ipsum ꝓpter indigentiam non sumebant. Unde s̄m Augu. in ep̄la ad Deo gratias. in questione de resurrectione. illa comestio nō fuit necessitate sȝ potestate: aliter enī absorbet aquā terra sitiens: aliter solis radius candens:

Ad 2m

candēs:illa īdigētia:ista potētia. In quo dat forte Aug⁹. intelligere:q angeli illos cibos mediate vel imediate re
Ad 3ᵐ soluebāt in aliquos subtiles vapores. ¶ Ad tertiū dicēdū:q in illo corpore nō aliter percipiūt colores ꝛ sonos q̄ꝫ sine assumpto corpore:vnde ita apprehēderēt colores clausis oculis:sicut apertis ꝛ sonos auribus obturatis: sicut nō obturatis. Illa enim corpora non viuificant. Unde nec per illa actū sentiēdi habēt.
Qō.vi. ¶ Qō. VI.

Sexto queritur

vtrū in illis corporibus possint exercere actus generatiue. Et q planuz est:q h nō potest per suaz virtutē imediate: cum sic nō possit materiā transmutare ad formā substantialem: vt ante habituz est. Nec possit ex se semen decidere. Idō queratur vtruz mediāte humano semine possint hominem generare:per h q primo fiat succubus: ꝛ postea incubus.
Ar.pᵒ ¶ Et videtur q nō:q2 si posset semen humanū receptuz cōseruare in sua virtute quousq3 illud trāsfunderet mulierē:pari ratione posset assumere aliquem vaporem in quo est similitudo alicuius visibilis: ꝛ illam similitudinez conseruare quousq3 trāsferret ipsam per vacuitates interiores vsq3 ad sensuz cōmunē ceci nati: ꝛ sic posset facere ipsam fantasiare de coloribus:q impossibile est.
Secūdo ¶ Item matrix ad contactuz rei innaturalis clauditur:vt trahi potest ex sentētia Auicē.lib.9.de animalibus.cap.pmo. Ergo ad cōtactum virge demonis incubi:cuz nō esset naturalis matrix clauderetur:ꝛ sic demō incubus in matricem mulieris semen transfundere non
Tertio. posset. ¶ Item si per illam viaz posset hominē generare:ille genitus nō haberet patrez:nō enim diabolus eēt pater eius:cuz de semine eius genitus non esset: nec ille homo a quo diabolus recepit semen:q2 non posset dici cuz matre illius pueri cōcubuisse.

In oppᵐ **Contra** Glo. Gen.6. sup illō vidētes filij dei filias hoim. Dicit q nō est icredibile a quibusdaz demonibus qui mulieribus sunt improbi homines esse procreatos. ¶ Item cōmunis opinio clamat merlinuz per illaz viam fuisse genitum.





Rñ° Diabol⁹ pōt fieri sucub⁹ ꝛ incub⁹. **Respondeo** q cuz diabolus nō prohibetur a deo imediate:vel mediantib⁹ angelis sanctis:potest accipere corpus ad similitudinē corporis mulieris pulchri valde. Et si contingat aliquez virum cōcumbere cuz eo:potest semen virile recipere:ꝛ p aliquantuluz tēporis obseruare in sua virtute: ꝛ postea assumere corpus: vel corpus pristinū mutare in similitudinem corporis virilis:ꝛ ita si cito mulierē potentem cōcipere sibi consentientez inueniat: potest illud semen in matricez eius trāsfundere:ita q ex illo semine ꝛ semine mulieris simul cōcurrētibus in debita pportione:potest puer in illa muliere generari. ¶ Aliqui tamen h dicunt magis debere poni sub dubio:q̄ꝫ aliqua pars asseri. Cuz ꝛ Aug.3.de ciui.cap.5.de h sub dubitatiōe loquatur. Et bene videtur mihi rationabile:q alteram partem pertinaciter affirmare non expedit.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum dōm:q nō est simile de cōseruatione similitudinis coloris in spiritu visibili:vel in spiritu qui est in organo sensus cōis:ꝛ de conseruatione virtutis anime patris in semie:quia illa virtus fundatur in spiritibus qui decidūtur cum semine:qui spiritus in semine cōseruabunt tāq3 in loco naturali:q̄ꝫdiu semen nō degenerat in extraneaz
Ad 2ᵐ qualitatez. ¶ Ad scdm dōm:q q̄uis similitudo mēbri virilis in demone incubo:nō sit membrū naturale:tamē matrix nō apprehēdit illud vt in naturale:ꝛ ideo ad ei⁹
Ad 3ᵐ contactū nō clauditur. ¶ Ad tertiū dōz: q ille genitus non ē:s3 per similitudinē posset dici genitus a demone sed ab illo homine a quo semen fuit decisuz:ꝛ cuius virtute semen matrix fuit dispositum. Unde ꝛ ille genitus vere esset filius illius.





Consequenter

queritur de secundo principali. Et circa hoc queruntur sex. Primo vtrum demones possint intimari hūanis corporib⁹. ¶ Secundo vtruz possint illabi animabus. ¶ Tertio vtruz possint sensus humanos ludificare. ¶ Quarto vtr possint nostras cogitatiōes certitudinalr cognoscere. ¶ Quinto vtrū possint immittere malas cogitationes in intellectu. ¶ Sexto vtrū possint imprimere malas cogitatiōes in volūtario appetitu. ¶ Qō. I. Qō.i.





Primo ostendo

Ar.pᵒ q diabolus nō possit se intimare humanis corporibus. Glos. super illud Abacuch.2. Deus in templo sancto suo. Demones exterius simulachris psidere possunt: sed non adeē interius:ergo multo minus possunt se intimare humanis corporibus. ¶ Item cuz odiant homines maxime odio cōtinue vexarent homines vt videtur. ¶ Itē duo spiritus nō possunt esse simul. Sed anima est in qualibz parte corporis tota:vt in pmo lib. ostensum est. ergo impossibile est diabolū in humano corpore habitare. Secūdo Tertio.

Contra Aug. in lib. de diuinatione demonū:paruz ante medium:demones persuadent miris modis subtilitate suoꝝ corporū hominum corpora non sentientiū penetrādo. ¶ Item in pluribus locis in euāgelio legit xps expulisse demones de corpib⁹ hoiuz. In oppᵐ

Respondeo q demones possunt intrare hūana corpora nisi phibeantur a deo imediate tantū:vel etiā mediantib⁹ angelis sanctis. Sicut enim deus pter immensam suam simplicitatē oēs spiritus creatos penetrat ꝛ omnez aliaz creaturam. Ita dico aliqualiter a simili q spiritus creatus pter magnā eius simplicitatez respectu corporuz:quantū est ex natura sua sic se habz ad corpora:q intrare pōt ea:absq3 illorum corporum diuisione. Qd satis habemus expressuz: Mat.9. vbi legitur saluator dixisse malo spūi:qui quendam puerū vexabat:surde ꝛ mute spūs ego precipio tibi exi ab eo ꝛ amplius ne introeas in eum. Rñ° Demōes posse intrare hūana corpora.



Ad primum in oppositum cum dicitur q demones nō possūt simulachris adesse ꝛc. Dico q intelligenduz est per moduz forme:interius tamē esse possunt pñtialiter tanq3 motores. ¶ Ad scdm dicendum:q ad h nō sequitur q continue vexent hominuz corpora:vel subintrent:quia prohibētur adeo vel immediate tantuz:vel etiaz mediātibus angelis sanctis. Ipsi enim demones metuūt ꝛ tremuut angelos sanctos:sm q potest haberi ex littera Augu.9.de ciui. cap. 21. Quādoq3 autez ex occulto dei iuditio permittuntur hominū corpora subintrare:ꝛ tunc libenter subintrant ꝛ vexant:maxime quādo talem vexationē estimant anime esse nociuaz. ¶ Ad tertiuz dicenduz:q forte in humano corpore diabolus ꝛ anima nūq3 sunt simul:q2 diabolus est in quibusdaz humoribus interius qui nonduz sunt cōuersi in substantiaz corporis:nec ab anima perficiuntur. ¶ Uel potest dici sm aliquos q q̄uis duo spiritus separati nō possint esse simul:tamē spiritus cōiunctus:scilicz anima ꝛ spiritus separatus:simul possunt eē in eodē corpore pp diuersuz exñdi modū. ¶ Qō. II. Ad pᵐ Ad 2ᵐ Ad 3ᵐ Qō.ii.



Secundo

queritur vtruz demones possint illabi animabus. Et videtur q sic. Dam. j. lib. cap.13. Dicit q angelus ad est intelligibiliter:ꝛ circūscribitur vbi operatur. Sed diabolus operatur circa animam temptando. Ergo est in ipsa anima. ¶ Item philosophus.6. phyficoꝝ. cum simplex tangit simplex:tangunt se inuicē sm se tota. Sed sm Aug.12. super Gen. longe ante mediuz:quādoq3 alienato prorsus animo a sensib⁹ corporis cernunt Ar.pᵒ Secūdo T.2.2.

absentiũ imagines cõmixtione alterius spirit⁹. Sed cõmixtio nõ est sine tactu:ergo videtur q̄ spũs creatus: ⁊ anima humana possunt se tangere ẜm se tota. H aũt includit vnum illabi alij.

Tertio. ¶ Itez super illud Luc.4.erat homo habẽs demoniuz. dicit Glos.interl. q̄ introierat diabolus vnde xp̄s spiritualr̃ exierat. Sed xp̄s spũalr̃ non exierat:nisi ab aĩa:ḡ diabol⁹ aĩaz illi⁹ demõiaci intrauerat.

Quarto. ¶ Item corpus glorificatuz potest penetrare corp⁹ non glorificatũ: ꝓpter hoc q̄ factũ est subtilius ⁊ virtuosius per gloriã q̄ȝ corpus aliud. Ergo cuz diabolus per naturam sit subtilior ⁊ virtuosior q̄ȝ anima:videtur q̄ eaȝ penetrare possit per naturam.

In op^m **Contra** de Ecclesiasticis dogmatibus.50.capi. demones per energiam non credimus substãtialiter illabi anime:sed applicatione ⁊ oppressione vniri:illabi autem menti illi soli possibile est qui eam creauit:qui nature subsistens incorporeus capax est sue facture. ¶ Item super illud Act.5.Anania cur temptauit sathanas cor tuuz. Dicit Glo.Bede. implet sathanas cor alicuius nõ quidẽ ingrediẽs in euz:⁊ intensuz eius:neq̄ȝ introiens aditũ cordis:si quidẽ potestas h solius dei est.

R̃n^o Illabi qd Demões illabi nõ posse animabus. **Respondeo** q̄ demones nõ possunt illabi animabus:q̄ȝ illabi anime est esse intimũ ei:⁊ intime operari in ipsa. H autẽ demon facere nõ potest:q̄ȝ tũc posset animã possidere ⁊ ad quodcũq̄ȝ vellet eam inclinare. ¶ Preterea in anima idem est supremuz ⁊ intimũ. Unde quãto anima magis reuertitur ad sui intimuz:tanto magis deo appropinquat. nulla autez res ẜz se tota est superior supremo ipsius anime:nisi de⁹. Q̄uis enim supremũ angeli sit superius supremo anime per naturã:tñ pote ipsius angeli nõ est supius supmo aĩe per naturã. Et ideo angelus ꝓpter suũ possibile nõ põt penetrare supremũ ipsius anime:ergo nec eius intimuz: anime ergo illabi non potest.

Ad p^m **Ad primum** in oppositũ dõz. q̄ angelus adest intelligibiliter vbi operatur immediate:in anima autẽ intellectiua nõ operatur immediate sed mediate.

Ad 2^m ¶ Ad secundũ dõm. q̄ spũs creatus nõ tangit animã per essentiã. Unde illa ꝯmixtio de qua loquitur Aug. intelligitur per quãdam virtutis influentiam super organa viriuz sensitiuaȝ interiorũ: quoȝ ministeriũ requiritur de lege cõi ad actus anime intellectiue dum est corporis corruptibilis forma.

Ad 3^m ¶ Ad tertiũ dõz. q̄ illa Glo. loquitur de ingressu ⁊ exitu quantuz ad effectus nõ quantũ ad essentiã.

Ad 4^m ¶ Ad quartum dõm. q̄ corpus glorificatũ subtilius est ⁊ virtuosius respectu corporis non glorificati:q̄ȝ demon respectu anime. Uel potest dici ẜm aliquos q̄ corpus glorificatũ nõ potest simul eẽ cum corpore nõ glorificato nisi ista simultas immediate eliciatur a diuina virtute:⁊ q̄uis deus simul posset facere duo corpora nõ glorificata:⁊ duos spũs:nõ ꝓpter hoc tamẽ dicimus:q̄ ita spiritus creatus possit simul esse cũ alio spũ:vel corp⁹ nõ glorificatum cum corpore nõ glorificato:sicut glorificatum cum nõ glorificato. Et huius ratio ostẽdet in q̄rto dño ꝓcedente.

¶ Q̄ŏ.III.

Q̄ŏ. III. **TErtio queritur** vtrum demones possint sensus humanos ludificare.

Ar. p^o Et vr̃ q̄ nõ. Dicit.n. phs.2.de aĩa. q̄ sensus ꝓpriorũ semper verus est.

T.cõ.63. ergo a demone circa ꝓpriuz sensibile ludificari nõ p̄t.

Secũdo ¶ Itẽ nõ põt ludificare intellectũ separatũ circa intelligibile:ergo a simili neq̄ȝ sensum circa sensibile.

Tertio. ¶ Item circa per se notum:nõ cadit deceptio.

Quarto. Sed sensibile propriũ est per se notum sensui:ergo respectu sensibilis proprij circa sensuz non cadit deceptio. ¶ Item eadem opera nõ sunt cõia arti ⁊ nature:q̄ȝ nõ potest natura ꝓducere artificialia:neq̄ȝ ars creata nãlia. Sed ludificatio sensuũ bene accidit per naturã. Unde Auice.6.naturaliũ. lib.4.cap.2.dicit. q̄ possibile est describi in ipso sensu cõi vt audiat:⁊ videat colores ⁊ sonos qui nõ habẽt esse extra:⁊ sepius cõtingit h. Cũ negligens est virtus intelligibilis:q̄ȝ cum anima rationalis occupatur alijs: ⁊ non custodit estimationẽ ⁊ imaginationem: tunc ꝯfortantur imaginatiua ⁊ formatiua in suis proprijs actionibus ita vt forme que imaginant̃ ei videantur quasi sensate:ergo diabolus ipsum ludificationeȝ non potest facere:cum sicut artifex operetur.

Contra Aug.18.de ciui.cap.17.refert Uarronẽ narrare: q̄ q̄dã maga formosissima socios vlixis mutauit in bestias:⁊ cõstat q̄ ita nõ erat ẜm veritatẽ ergo erat sensuũ ludificatio. In op^m ¶ Itez sensibilia diuersimode apparẽt sensibus ẜm diuersam dispositiõem medij ⁊ organi. Sed demones cum permittuntur:possunt facere dispositiones circa mediuz:⁊ circa organum: absq̄ȝ h q̄ transmutent ea ad aliam formam naturalem. Ergo possunt facere vt sensibilia aliter appareant sensibus q̄ȝ sunt:⁊ hoc est sensus ludificare.

Respondeo q̄ demones cuz permittũtur possunt sensus hũanos ludificare. R̃n^o Demões quõ pñt ludificar sẽsus humanos. Ad cuius faciliorem intelligẽtiã nõndum: q̄ a sensibus particularibus sunt vie ad sensum cõem. Cuius organũ est in prima parte:pme medietatis ipsius cerebri:per quosdam neruos concurrentes ibidem:tanq̄ȝ in radice sensuum particulariuz:⁊ ab illo est via vsq̄ȝ ad organuz imaginatiõis:qd̄ est in posteriori parte prime medietatis cerebri:in quo in absentia sensibilium cõseruantur similitudines reruz apprehensaruz a quocũq̄ȝ particulari sensu. Et ab illo est via vsq̄ȝ ad ventriculũ qui est inter primaȝ medietateȝ ⁊ postremã ipsius cerebri: vbi est organum virtutis cogitatiue ⁊ estimatiue. que ẜm quosdam vna virtus sunt differens ẜm respectus. Et similiter organum vnuz ẜm alios due virtutes sunt propinque: tamen quarũ estimatiua nobilior:⁊ organum eius aliquantuluz altius:q̄ȝ organuz cogitatiue:ita tamẽ propinqua vt quasi vnuz organum videatur:per ipsam virtutẽ estimatiuam apprehenditur in specie reruz: que ceciderunt sub aliquo particulari sensu:similitudo rei que non cecidit sub aliquo particulari sensu:per quã virtutẽ ouis apprehendit inimicitias in lupo q̄uis ipsum per aliquem sensum particulareȝ inimicanteȝ nõ apprehenderit. Et h ab Auicen. intentiones vocantur. Ab illo autem ventriculo vlterius est via:ad vẽtriculũ qui est in posteriori parte cerebri:vbi est organũ illius virtutis que vno nomine vocatur memoratiua:alio nomine custoditiua:vbi reseruantur similitudines intentionum:etiam in absentia reruz quarũ sunt similitudines. In sensibus autẽ particularibus:⁊ in sensu cõmuni:nõ cõseruantur similitudines sensibilium in absentia eorũ:nisi valde debiliter:⁊ ad tempus modicuz. In estimatiua autem ⁊ cogitatiua nõ cõseruantur similitudines nisi quãdiu ille virtutes in actu suo sunt. In predictis autẽ organis ⁊ in vijs inter ipsa:sunt quedam corpora subtilia ⁊ clara quasi vapores subtiles: que Cõstabilus in libro de differẽtia spiritus ⁊ anime vocat spiritus:⁊ nõ sunt cuz ipsis organis ⁊ vijs corpora cõtinua:sed cõtigua:⁊ deferunt influentias potentiaruz anime:⁊ similitudines sensibiliuz. ita q̄ nisi affuerit impedimentum:vel virtus continens similitudines que cõseruantur in organo imaginationis: possunt multiplicari ad organum estimatiue per incessum rectũ vel ad organum sensus cõis per regressuz: mediantibus istis spiritib⁹ sicut per quedã corpora dyaphana. ¶ His prelibatis ad maiorem intelligentiam dicendoruz. Dico q̄ diabolus potest facere:vt illõ visibile q̄ nõ est presens extra appareat pñs. Uel similitudines visibiliuz q̄ sunt in organo imagiatiõis faciẽdo se multiplicare mediãtib⁹ illis subtilib⁹ vaporib⁹ vsq̄ȝ ad sensuz cõeȝ: vbi est radix

sensuum

sensuum pticularium. Uel ita fortiter mouẽdo spiritu3
similitudine informatum in organo ymaginationis:
vt ita fortiter recolligatur intentio anime super speciem
ibi existentem: vt videatur sibi q̃ imutetur a re sensata.
Uel faciendo in aere talem dispositionem: que reflectat
ymaginem ad modum speculi: que tamen dispositio ae-
ris visum latebit. tũc poterit contingere q̃ illa res que
est retro nos a remotis: añ occulos nr̃os p̃sens videat
℃ Potest etiam facere vt res ue ip̃sens est: lateat visu3
operãdo extra corpus nostrũ: ꝛ qntra Extra sic. sicut di-
cit Dama. li. 2. capi. 17. visus videt ſm rectas lineas: ille
autem linee multiplicant a visibili: ꝛ tendũt in conum ꝛ
ↄstituunt angelum in loco iudicij virtutis visiue. Unde
idem visibile non videtur per easdẽ lineas a duobus ho
minibus iuxta se positis. nec a duobus occulis eiusdẽ ho
minis. Dyabolus aũt potest facere in medio aliquã dispo
sitionẽ latente3 visum ꝛ impedientem trãsitum linearum
venientium a visibili. Cum ergo talem dispositiõem facit
oppositam lineis venientibus ad vnu3 occulum. ꝛ nõ op
positam lineis venientibus ad alium occulũ: videbit ide3
homo vno occulo: q̃ nõ poterit videre alio. Simili mo-
do poterit facere: q̃ illud qd̃ videbit ab homine vno nõ
poterit videri ab alio iuxta se posito: ꝛ q̃ duorum visibi-
lium iuxta se positorum hoc vnum videat: ꝛ aliud vide-
re nõ poterit. ℃ Põt etiã ħ facere operãdo intra corp⁹
nostrum. ſm enim pħm li. de somno ꝛ vigilia simula-
chra sub die expelluntur dum operãtur sensus ꝛ itelligen-
tia ꝛ extermiant queadmodũ iuxta ignem magnũ mi-
nor: ꝛ tristitie ꝛ oblectatiões magne secus paruas. dũ ve
ro quiescũt supnatãt parua simulachra. Potest aũt dya-
bolus facere q̃ simulach3 q̃ est in organo ymaginatiõis
sicut in sibo similitudinẽ suam multiplicet: p ipsos spũs:
qui sunt corpora dyaphana: vel per humorem subtilem
qui est in via que est inter organũ sensus cõmunis: ꝛ orga
num ymaginatiõis: vsq3 ad spũm qui est in organo sen-
sus cõmunis: vbi est radix sensuũ pticulariu3. ꝛ potest fa
cere q̃ ille spiritus ita fortiter moueat ab illo simlachro
vt virtus anime ita recolligatur ad sensum cõmunẽ: vt
motus sensuum pticulariũ non ppẽdat. ℃ Potest etia3
facere vt visibile appereat alterius coloris q̃3 sit. procurã
do interpositionẽ alicuius vaporis sanguinei vel coleri-
ci: vel melãcolici inter occulum ꝛ locũ iudicij: ꝛ sic visibi
le iudicabitur esse illius coloris qui cõsonat illi vapori. ꝛ
si illud visibile alterius coloris fuerit ſm veritatẽ. Simi
litudo enim visibilis quasi permiscet se cu3 similitudine
coloris corporis dyaphani per q̃ transit. vt patet cũ res
alba: videt per vitream rubeã. ℃ Multos alios modos
ludificatiõis possemus ↄsequi ex principijs datis. qui in
vna questionũ meatũ disputata3 patefacti sunt.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositũ cu3 dicitur. q̃ sensus
propriorum semp verus est. ꝛc̃ di
co q̃ hoc potest sic intelligi: q̃ nisi fiat aliqua corruptio
circa organu3 semp iudicat ſm exigentiã speciei recepte
in loco iudicij. Unde si dyabolus ↄgreget aliquos vapo
res humidos circa visibile ita vt radij venientes a visibi-
li ad visum frangãtur appẽdiculari: conueniunt ad me-
dium rarius. ꝛ sic maiorem angelum ↄstituãt in loco iu-
dicij. ꝛ per ħ visus iudicet visibile maius q̃3 sit: non pp ħ
falsus est. q̃ iudicat ſm exigẽtiam speciei recepte in loco
iudicij: que tanto re3 repꝛesentat maiore3 ceteris parib⁹
q̃to angelum maiorẽ in loco iudicij cõstituit. ℃ Ad 2ᵐ Ad 2ᵐ
dõm. q̃ nõ est simile de ludificatiõe intellectus ꝛ sensus
q̃ super intellectũ per se ꝛ directe nullam impressionem
dyabolus facere potest. ꝛ ideo quia intellectus separatus
nõ indiget ministerio virium sensitiuaꝝ: dyabolus non
potest facere vt quiditas rei sibi appareat alio modo q̃3
est. sensus aũt est virtus organo alligata. ꝛ ideo nõ est mi
rum si potest deceptionẽ ↄcurare circa iudiciũ sensus q̃3
non potest circa iudiciu3 separati intellectus. ℃ Ad 3ᵐ. Ad 3ᵐ.
cũ dicit q̃ sensibile pprĩũ est p se notu3 sensui ꝛc̃. dico q̃
verum est nisi fiat aliqua inmutatio extranea circa organũ
sensus. aliter. n. isallibiliter iudicat de pprio sensibili ſm
exigentiã speciei recepte in loco iudicij. ℃ Ad 4ᵐ dõm Ad 4ᵐ.
q̃ dyabolus illas ludificationes facit mediãte opere na-
ture. siue plures dispositiones speculares nos latentes fa
ciẽdo in aere faciat: vt per vno homine appeat magnus
exercitus. Siue circumuoluendo spũs visibiles faciat vt
res quieta sensui appareat cicunuolui. Siue depꝛimẽdo
nimiũ venientem ad vnũ occulũ: alio non depꝛesso faciat
vt similitudines ab eode3 visibili venientes per duos oc-
culos non habeant eundem situm in loco iudicij. sed di-
uersum. ita vt vnum visibile visui appareat duo: natu-
rale. n. est ab vno visibili plures ymagines refulgere in
pluribus speculis. ꝛ similitudini circũuolui circũuolutio
spiritu deferẽte ꝛ ipsi circũuolute: nãle est repñ̃tare re3
vt circũuolutam ꝛ similitudinibus ab eodem visibili p
duos occulos venientibus: naturale est accipere diuersu3
situm in loco iudicij depꝛesso neruo veniẽte ad vnum oc
culũ: alio nõ depꝛesso. ꝛ ipsis in loco iudicij diuersu3 sitũ
habentibus naturale est repꝛesentare vnum tanq̃3 duo.

℃ Questio. IIII. Q̃. IIII

Quarto queritur vtrum de- mones no- Ar. pᵒ.
stras cogitationes possint certitudinaľr co-
gnoscere. Et videtur q̃ sic. Refert tullius. j.
li. diuinatione. regem targnũ interrogasse quẽdam ma
gum vtrum posset fieri illud q̃ ipse cogitabat. illo ma-
go respondẽte q̃ sic. Tarquinus dixit se cogitasse cotem
nouacula posse pꝛecidi. q̃ inspectãte populo magus ex-
pleuit. Ergo videtur q̃ cogitationẽ regis videat. ꝛ illa3
posse ipleri. ℃ Item naturale est vt similitudo rei oppo Secũdo
site speculo refulgeat in ipso. Sed ſm Dyoni. de. di. no.
cap. 4. angelus est speculu3 purum. ergo nãle est vt simi-
litudo cuiuslibet rei existẽtis in anima nostra fulgeat in
angelo: nostre anime ppinquo. siue ille angelus sit bon⁹
vel malus: q̃ etiam natura mali angeli clarissima est ſm
Dyoni. 4. capi. de di. no. ℃ Item qui perfecte potest co Tertio.
gnoscere aliquã rem potest cognoscere quicq̃d est in ea.
Sed dyabolus pfecte potest cognoscere animã: sicut vn⁹
alium. Ergo potest cognoscere quicq̃d est in aĩa. ℃ Itẽ Quarto.
quelibet cogitatio est in homine naturaliter cum aliqua
transmutatiõe sensibili: quia intellectus corpori corrup-
tibili vnitus nihil itelligit naturaliter ꝛ de lege cõmuni
nisi cum ministerio cogitatiue sensitiue. Sed dyabolus
potest cognoscere in homine trãsmutationes sensibiles
cũ fiat cum quadã corporali trãsmutatione. Ergo videt
q̃ possit cognoscere hoium cogitatiões sub certitudine.

Contra 2. Paral. 6. dicitur ad deu3. tu solus nostri In oppᵐ
corda filiorum hominũ. ℃ Item de eccle-
siasti. dogmatibus. capi. 48. in ternas anime cogitatiões
dyabolum nõ videre certi sumus.

Respondeo q̃ demones non possunt nostras Rñ⁹
cogitationes certitudinaliter co- Nõ pñt
gnoscere: quia cum demon non possit pꝛesens esse in ani demones
ma. vt superius habitum est. non posset videre que sunt nr̃as co-
in anima nisi per illorum similitudenem. res aũt que in gitatiões
anima sunt voluntarie: suam similitudinẽ non multipli certitudi
cant non ad imperium volũtatis. ꝛ ideo nisi homo vo- naľr co-
luntarie suum cõceptum voluntarium dyabolo aperi- gnoscẽ l3
at: dyabolus ipsum cõceptum videre nõ potest. ℃ Pre possit fre
terea simplicitas substãtie spiritualis create: non est sim- quẽter ð
plicitas negatiua. vt est simplicitas puncti. nec simplici- eis ↄiec-
tas priuatiua vt esset simplicitas substãtie corporee si per turari.
diuinã potẽtia3 eẽt a dimensionibus actualr̃ sepata. sic
. n. esset extẽsa. extẽsibilis tñ. S3 q̃uis nõ sit simplicitas
positiua imensitatis cuiusmodi est diuina simplicitas.

est tamē simplicitas positiua alicuius magnitudinis spiritualis limitate. et ideo in ipsa est iterius et exterius spiritualiter et profunditas spūalis finita. Cuz ergo diabolus aiam intrare nō possit: non potest intueri anime cogitationes q̄zdiu tenet eas interius in suo profundo. Unde si daretur q dyabolus posset videre aliq̄z rem denouo sine noue speciei receptiōe: non tñ posset videre voluntarias cogitatiōes nisi anima poneret eas in suo exteriori tanq̄z in patenti. Potest tñ dyabolus frequenter de cogitationibus humanis per aliqua signa probabiliter coniecturare. Unde libro de ecclesiasti. dogmatib⁹. cap. 48. a dyabolo cogitatiōes hoīum motibus corporis et affectationū indicijs colligi experimento didicimus. Sz quia signa non sunt semper expressa. sed plurium significationi apta: ideo iudicando de cogitationibus hominis p signa frequenter decipitur.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppoᵐ dōm. q forte ille mag⁹ nesciuit q tarquinus cogitauerat. sed coniecturauit q aliqd cogitasset pté magicā fieri possibile vel appēter: et forte sensus spectāciū ludificati fuerāt: Ad 2ᵐ cū eis videbaſ q nouacula scinderet cotez. ¶ Ad 2ᵐ cū dicitur. q naturale est: vt similitudo rei opposite speculo appareat in ipso etc. Dico q veruz est de re que naturaliter multiplicat sui similitudinē. Sed volūtarie cogitationes in anima: nō multiplicāt naturalr sui similitudinē: sed ad impium volūtatis. ¶ Ad 3ᵐ dicēduz. q aut Ad 3ᵐ dyabolus non cognoscat pfecte et inspeciali intimuz anime. eo q talis cognitio sibi nō est indita a sua creatione. aut si cognoscit intimum ale q̄ztum ad naturalia: nō tamen q̄ztum ad volūtaria. q: voluntaria spūalia non sunt proportionata alicui creato intellectui exteriori: ad ea naturaliter intuēduz. Unde ad h q ipsaz cognoscat: oportet q ab anima in qua sunt pportiōalia: inq̄ztum sunt p ipsam et in ipsa illi volūtarie pportionētur: per similitudines aliquas. vel per aliquē alium modum. ¶ Ad 4ᵐ Ad 4ᵐ dōz. q trāsmutatio sensualis et corpalis que cōicatur hominis cogitatiōem: quandoq̄z est ita exilis et parum hñs de esse. quādoq̄z ita in determiata: q dyabolus p eam in creatā cogitationem cogitatiōis venire nō potest. Quādoq̄z autem trāsmutatio est ita fortis et determinata q p illā potest cognoscere cogitationē q̄ztum ad speciem vtpote: q: cogitat de inuidia: de luxuria. Non credo tñ q per illam posset acqrere certaz cognitiōem de cogitatione. q̄ztum ad oēs circūstātias singullares. Q̄ō. V.

Q̄ō. V.

Ar. pᵒ **Quinto queritur** vtrum demones possint imittere malas cogitatiōes in intellectu. Et videtur q sic. Joan. 13. dicitur: cum dyabolus iam misisset in cor. vt traderet euz iudas symonis Secūdo. scariothis. ¶ Item Dama. li. 2. capi. 4. dicit de demonibus. q ois malicia et in mūde passiones ex ipsis excogitate sunt. et imittere se hōi cōcessi sunt. Si ergo possunt imitteř se ipos: multo forti⁹ malas cogitatiōes: vt videſ. Tertio. ¶ Item corpora superiora imprimunt incorporibus inferioribus. Ergo a simili specie supiores p naturā possunt imprimere in spiritibus iferiorib⁹ p naturā. Sed natura aie est iferior q̄z natura dyaboli. ergo dyabolus potest in animas malas cogitationes imprimere: vt videſ. ¶ Item Quarto. Grego. 14. li. Mora. paruz vltra medium. maligni spūs viam sibi in afflictorum cordibus faciūt: quādo inter aduersa que exterius tollerat: cogitationes prauas immittere non desistunt.

In oppᵐ **Contra** Super illud Mat. 7. [de corde hoīum male cogitationes pcedūt] dicit glosa Bede. dyabolus icentor et adiutor malaz cogitationū esse pōt: auctor esse non potest. ¶ Item maius est in itellectu cogitationem imittere: q̄z in ipso speciez intelligibilē imprimere. Sed dyabolus in nostro intellectu non potest speciem intelligibilez imprimere. q: tunc similitudinem sui ipsius imprimēdo: posset facere vt eēntia eius a nobis intellectualr videreſ. q falsum est. Ergo multo minus potest in nostro intellectu cogitationes imittere.

Respondeo q dyabolus non potest proprie loquēdo de imissione in nostro intellectu malas cogitationes imittere. quia imittere est: intus mittere. Nec n. in nostro intellectu potest speciem intelligibilem imprimere. Nec potest imediate intentionem intellectus per speciem iam receptam ad rem per illam speciem representataz corrigere: vel conuertere. ¶ Cuius ratio ppria intellectui coniuncto est h. angelus enīz malus cum sit limitate virtutis: nihil potest agere nisi in re disposita ad suscipiēdum suam actionem. q: sm phm. 2. de anima. actus actiuoz sunt imp atiente et disposito. Sed noster intellectus dum est corpori corruptibili coniunctus nō est dispositus ad suscipiēdum imediate actionē create intelligentie. quia modus paciendi correspōdet modo essendi. Modus autem essendi nostri intellectus in corpore: est in essendo formam materie sensibilis. Ergo q̄zdiu habet istum essendi modū: non est natus imediate recipere actionem intelligentie create: cū sit a materia sensibili separata. Operando tamē circa organa virium sensitiuaz fantasmata trāsmutando per transmutationē hūanorum vel spirituuz deferētiū: vel fantasmata sicut disponēdo: vt fortius moueat potētiam sensitiuā: potest intellectum vnitum: ad aliquas cogitationes inclinare. propter naturalem colligātiam potentie intellectiue ad sensitiuas. Et quia in cogitādo indiget de lege comuni ministerio virium sensitiuaz. Non tamē per istum modum potest nostrum intellectum ad malas cogitationes cogere quia q̄zuis potentia volūtatis in dyabolo sit simpliciter potentior p naturam q̄z in hoīe: tamē voluntas hominis potētior est super intellectū suum: q̄z voluntas intelligentie create sup hominis intellectū. Et ideo q̄zcūq̄z dyabolus fantasmata fortiter moueat et diuersimode potest: voluntas hominis intellectum suum ad aliam cogitationem conuertere. et hoc faciliter: si anima fuerit bonis cogitationibus assueta.

Rñº Diabolus ñ pōt malas cogitatōes nr̄o itellectui imittere.

T. 2. 24.

Due prime auctoritates ad oppositum loquuntur de immissionibus factis: per excitationem et dispositionē et inclinationē. ¶ Ad 3ᵐ dicēdum. q non sicut anima intellectiua corpori coniuncta est disposita ad recipiēdū ipssionē ab itelligētia creata: sicut corpora inferiora sunt disposita: ad recipēdum a corporibus superioribus ratio aūt in dispositiōis anime coniūcte ad predictā impressionē recipiēdam dicta sunt in corpore questionis. Si aūt per naturam non possunt imprimere in aiam separatam: huius ratio inferius ostēdetur. ¶ Ad auctoritatē Grego. soluendum est sicut ad duas primas auctoritates. solutū est. Q̄ō. VI.

Ad pᵐᵃˢ ac secūdā rationes. Ad 3ᵐ

Ad 4ᵐ Q̄ō. VI.

Ar. pᵒ **Sexto queritur** vtrum demones possint imprimere malas affectiones in voluntario appetitu. Et videtur q sic. Glosa super illud Osee. 7. [omnes adulterantes quasi clibanus succensus a coquente.] cor peccatoris comparat clibano. et coquentem cōparat dyabolo. ergo sicut coquens ponit ignem in clibano ita dyabolus vt videtur ponit malas affectiōes in corde. ¶ Item sup illud actuū. 5. [cur temptauit sathanas cor tuū.] dicit glo. Bede. q dyabolus callida et fraudulenta deceptione aiam in affectus malicie trahit. h autem non potest facere nisi malas affectiones imprimēdo vt videtur. ¶ Itez callidū potest imprimere calliditatē in alio. Ergo similiter voluntas malo desiderio inflamata: potest imprimere flāmam male affectiōis in voluntate alia. ¶ Item dyabolus appetitū sensitiuuz: cum sit potētia passiua et alligata organo: pōt mouere motu concupiscentie.

Secūdo

Tertio.

Quarto.

cupiscētie. Sed per motū ꝯcupiscētie in appetitu sensitiuo accēdit mala affectio in voluntate. ergo dyabolus mediante appetitu sensitiuo: potest iprimere malas affectiones in hominis voluntate.

In oppm

Contra cum male affectiones in volūtate sint culpabiles si dyabolus eas posset iprimere in hominis volūtate: ꝯtinue posset facere hoiem de peccato ruere in peccatū ꝑ sua volūtate. qđ falsum est. ¶ Itez liberior est voluntas q̄ȝ intellectus ⁊ ēt potētior. Sed vt habituȝ est in precedēti questione: dyabolus nō pōt imprimere malas cogitatiōes in hoīs intellectu. Ergo multo min⁹ pōt iprimere malas affectiōes in hoīs volūtate.

Rñº Demōes ñ possūt malas affectiōes i volūtar⁹ appetitu iprimē bñ tñ dispo nere.

Respondeo qđ demones nō possunt malas affectiones in voluntario appetitu imprimere. Nec ipsum mediate seu imediate ad malam affectionē necessitare. Tñ quandoqȝ excitādo mediante ymaginatiōe vel aliqua corpali trāsmutatiōe in appetitu sensitiuo: aliquā inmoderatā passionē faciunt quo factor voluntas hominis ꝓnior est ad malam affectionē. Inmoderata enim passio in appetitu sensitiuo quādoqȝ ita obnubilat hominis intellectū vt sibi aliud videat agendum vel fugiēdum quā dum erat extra passionem. Unde talem phs. 7. ethy. capi. 5. comparat dormiēti ⁊ vinolento. Cum aūt intellectus dictat aliqd qđ est malum diligēdum: voluntas ceteris paribus ꝓnior est ad diligēdum illud: q̄ȝuis ꝯtrium eligere possint. vt inferius ostēdetur. Si autem ꝯtingat qđ per imoderatam passionem in appetitu sensitiuo non illa obnubiletur intellectus vt dictet aliqd qđ est malum diligēdum: adhuc ꝑꝑ colligantiam naturalem volūtatis humane ad appetitum sensitiuum est voluntas pronior ad mouendum se imoderate propter passionem predictam.

Ad pam ac scdam rationes.

Ad duas primas auctoritates in oppm dicēduȝ. qđ glosa sup Osee. intēdit dicere dyabolum esse cordis in cētroȝ disponēdo ⁊ inclinādo mediante appetitu sensitiuo. Et glo. allegata Actuū. 5. intēdit dicere dyabolum trahere aiam. in affectum malitie p modum iam dictum.

Ad 3m

¶ Ad 3m dōm qđ non est simile de caliditate in corpe ⁊ in volūtate. prima caliditas est qualitas naturalr agēs i aliō sbm. nō sicut aut spūalis caliditas in volūtate.

Ad 4m

¶ Ad 4 dōm. qđ per motū ꝯcupisentie in appetitu sensitiuo: non attēdit mala affectio in volūtate nisi dispositiue ⁊ inclinatiue. Quia q̄ȝtecūqȝ passioni in appetitu sensitiuo potest volūtas contraire: nisi sit passio tanta: qđ ex toto vsum auferat rationeȝ. qđ ideo dico q: sm phm. 7. eth. ca. 5. ire ⁊ ꝯcupisentie venereoꝝ ⁊ quedam talium quibusdā insanias faciūt. ¶ Preterea dyabolus non potest pro volnutate sua mouere appetitum sensitiuum in homine. q: q̄ȝuis sit potentia organo alligata: tñ propter sui naturalē colligātiam cum voluntate est aliquo modo ductibilis ⁊ suasibilis a ratione mediante motu voluntatis. Unde phs. 1. eth. capitulo penul. dicit qđ aliqualr suadet a ratione. Unde ratio tantuȝ potest appetitū sensitiuuȝ: ad moderatū motum assuefacere qđ multo potentior est volūtas ad moderādum passionem: q̄ȝ dyabolus ad contrarium.

Circa litteram. ad paciēdum humor ⁊ humus. ad faciēdum aer ⁊ ignis aptitudinem prebent.

In oppm C. 2. 16. c. 25.

Contra a pho. 2. de generatione: assignatur aeri humiditas. a que frigiditas. ⁊ sm ipsuȝ ibidē. frigiditas est qualitas actiua. ⁊ humiditas passiua.

Rñº Aer ē magis acti⁹ q̄ȝ aq̄.

Respondeo qđ q̄ȝuis q̄ȝtum ad qualitatē accidentalem: aqua sit magis actiua q̄ȝ aer: econuerso tamen est quātuȝ ad sbam. quia in hac re plus est de actualitate q̄ȝ in aqua. ⁊ minus de possibilitate. aer etiam pro sui subtilitatē aptior est. ad agendum in mixto eo qđ magis potest penetrare. Ð eum alij dixisse astruunt. non infra sentiēdo: sm opinioneȝ alioꝝ referendo. ⁊ isti verū dicunt. q: vbicunqȝ Augu. dicit demones habere corpora sibi naturaliter vnita: sm opinōem quorundam platonicoꝝ Ð refert. visibile quicq̄ȝ nō est: qđ nō sit mutabile. Ð intelligēdum est de uisibili occulis corporalibus. extendēdo mutationē non tātum ad substantialem vel accidētalem intrinsecā: que est sm qualitatem ⁊ q̄ȝtitateȝ: sed etiam extrinsecā: que est sm situm. [per angelos tamē esse facta dicimus]. ibi loquit de apptionib⁹ corporalibus factis in veteri testamento. Utrum aūt ille species colūbe in qua apparuit spiritus. s. ⁊ illius ignis formate fuerint ministerio angelico. Apud aliquos dubiū est. Mihi tamē ꝓbabilius videt qđ sic. sic in primo. li. disti. 16. ostensum est per in ergiam idest interiorem operationem. dicitur enim ab in: ⁊ erge: qđ est opus vel labor. volūtatis instinctū. i. affectū. cor ananie idest ananiā.

¶ De ordinū distinctiōe q ⁊ quot sint. Di. IX.　Di. IX.

Post predicta superest cognoscere de ordinibus angelorum quid scriptura tradat. Que i pluribus locis nouē esse ordines angelorum promulgat. s. angelos: archangelos: principat⁹: potestates: virtutes: dominatiōes. thronos: cherubin: ⁊ seraphin. Et inueniunt in istis ordinibus tria terna eē: ⁊ i singulis tres ordīes: vt trinitatis similitudo in eis insinuet impressa. Unde Dionysi⁹ tres ordines angeloꝝ esse tradit: ternos in singulis ponens. Sunt enim tres supiores: tres iferiores: tres medij. Supiores Seraphin: cherubin: thrōi. Medij doīatiōes: pricipat⁹: potestates. Inferiores: virtutes: archāgeli: angeli. Dyoni.

¶ Quid appelletur ordo: ⁊ que sit ratio nominis cuiusqȝ.

Hic cōsiderādum est quid appelletur ordo. Deinde vtrum ab ipsa creatione fuerit distinctio illoꝝ ordinum. Ordo angelorum dicitur multitudo celestium spirituū qui inter se in aliquo munere gratie similātur sicut ⁊ in naturalium datorum munere cōueniunt. Ut verbi gratia. Seraphin dicunt qui pre alijs ardent charitate. Seraphin enim interpretat ardens vel succendens. Cherubin q pre alijs in sciētia eminēt. Cherubin. n. iterpretat plenitudo sciētie. Thronus dicit sedes. Throni auteȝ vocātur: vt beatus Gregorius ait: q tāta diuinitatis gratia replent: vt in eis sedeat deus ⁊ per eos iudicia decernat atqȝ iformet. Dominationes vocant qui pricipatus ⁊ ptātes trāscendūt. Principat⁹ dicunt: qui sibi subiectis que sunt agēda disponūt: eisqȝ ad explēda diuina mysteria principant. Potestates nominant hi q hoc ceteris potētius in suo ordine acceperunt vt virtutes aduerse eis subiecte corū refrenentur potestate: ne homines tantū tēptare valeant quātum desiderāt. Uirtutes vocant illi p quos si-

Octauo queritur vtruz corporuz corruptibiliũ ⁊ incorruptibilium sit materia vnigenea. Et videtur ꝙ sic. q᷑ Glo. super illud Geñ. 2. iste sunt generationes celi ⁊ terre: per terram dicit intelligi omniuz visibiliuz materiã: ergo de cõi materia facta sunt omnia visibilia. Sed tam corpora celestia q̃z elemẽtaria visibilia sunt. ergo eoruz mã est vnigenea. ¶ Item que sunt in eodẽ genere vnigenea sunt in principijs illi⁹ generis. Sed corpora corruptibilia ⁊ incorruptibilia sũt in genere substãtie corporee: g̃ vnigenea sunt in principijs ipsius. Sed vnũz de principijs substãtie corporee est materia: ergo corporũ corruptibiliũ ⁊ incorruptibilium est materia vnigenea. ¶ Itez quorũ ꝓpria passio est vnigenea ⁊ illorum materia est vnigenea. Sed dimẽsio que est in corporibus per naturã materie est vnigenea in corporibus corruptibilibus ⁊ incorruptibilibus: ergo similiter ⁊ illorum materia est vnigenea. ¶ Itez si corporum corruptibilium ⁊ incorruptibiliũ nõ esset vnigenea materia: eo ꝙ nõ possunt trãsmutari adinuicem: pari ratione solis ⁊ lune ⁊ aliaz stellaz nõ esset materia vnigenea cũ nõ possint trãsmutari adinuicez qd̃ tamẽ falsũz est vt videtur: aliter in eodẽ predicamẽto nõ essent. Ar. p̃o Secũdo Tertio. Quarto.

Contra pho. x. meta. necesse est diuersum esse genere corruptibile ⁊ incorruptibile: nec intelligit de genere primo: sed de genere quãtũcũqz remoto: ergo corpora corruptibilia ⁊ incorruptibilia non sunt in eodẽ p̃nto nãli. Sed si illoz eẽt vnigenea mãli essent in eodez predicamẽto: ergo videtur ꝙ illorũ nõ est vnigenea materia. ¶ Item ꝯmen. super. 8. meta. dicit sic. dicit Themistius ꝙ sol ⁊ luna ⁊ stelle aut sunt forme sine materijs: aut habẽt materias per equiuocationez. ¶ Item ꝯmẽ. alibi super eundẽ librũ sic ait. nõ inuẽitur materia In op^m C. 2. 26. C. 2. 12. C. 6. 13.

vna

vna cõis vnicuiqȝ rerꝫ naturaliuȝ nisi ex rebus habẽtib⁹ generationeȝ ⁊ corruptionẽ:ergo in solis generabilibus ⁊ corruptibilibus videtur esse vnigenea materia. ℭ Itẽ Raby moyses.ca.67.materia corporis huius gnñ vniuersaliter qđ mouet motu circulari nõ est materia qua tuor elementorꝫ que sunt infra ipsum.

Rñ⁹ Cõrupti biliũ ⁊ i[n]corrupti biliũ nõ ẽ mã vnigenea.

Respondeo sine preiuditio ⁊ assertiõe prĩnacī: ꝙ corporꝫ corruptibiliũ ⁊ icorruptibiliũ non est vnigenea materia:qꝛ materia se habȝ ad formã ad similitudinem qua potentia passiua se habȝ ad actum:vnde sicut potentias passiuas nõ iudicamus vnigeneas que ita sunt diuersis actibus proportionate:⁊ ad illos determinate:ꝙ vna nõ põt recipere actum similez actui alteriuȝ:nec ecõuerso:ita materias iudicamus non vnigeneas:que ita diuersis formis sunt proportionate:⁊ ad illas determinate:ꝙ naturaliter vna nõ potest recipere formã alterius nec econuerso. Cum ergo materia corporum corruptibilium nõ possit recipere naturaliter formas corporum incorruptibiliuȝ nec ecõuerso: sequitur ꝙ istorum ⁊ illorũ nõ est vnigenea materia. ℭ Et pro hac

T.c.6.p. opinione facit verbum phi primo de generatione.dicentis ꝙ vna tantũ materia est habentium ad seinuicẽ trãsmutationẽ. Cum ergo corpora corruptibilia nõ possint transmutari in incorruptibilia naturaliter nec ecõuerso: sequitur ꝙ nõ habeant materiam vnigeneã. ℭ Ad h᷑ etiam

T.c.10. est auctoritas phi.12.metaph.satis expressa: vbi sic dicit: omnia materiaȝ habent quecũqȝ trãsmutantur: Sȝ alia sempiternorũ quecũqȝ nõ generabilia:mobilia autẽ latione. ℭ Pro hac etiam opinione multũ faciũt auctes in opponẽdo ad hãc ptẽ allegate.

Ad pm Ad primum in oppositum dicendum:ꝙ q̃uis nomine terre intelligat omniuȝ visibilium materia cum dicitur Geñ.2.iste sunt generationes celi ⁊ terre:nõ tamen ex h᷑ sequitur ꝙ omnium visibiliũ sit vnigenea materia:qꝛ nomine terre significatur materia vtraqȝ.

Ad 2m ℭ Ad secundũ dicendũ:ꝙ q̃uis corpora corruptibilia ⁊ corpa incorruptibilia supernaturaliter:sicut humana corpora glorificata:sint in eodẽ genere ⁊ in eadẽ specie:⁊ illorꝫ sit vnigenea materia:tñ corpora icorruptibilia naturaliter sicut sunt corpora celestia ⁊ corpora corruptibilia nõ sunt in eodem genere phycor: sicut expresse sentire videtur pħs.x.metaph.in auctoritate superius allegata:q̃uis ſm aliquos sint in eodẽ genere ſm logicaȝ consideratiõnẽ:sȝ cum genus sit vnũ de quinqȝ vlib⁹:⁊ nullũ vle sit phycuȝ:qꝛ res sub rõne qua vlis nõ hȝ eẽ nisi itellꝫ:vt p̃dcã solis satꝫ clara.

Corruptibilia ⁊ incorruptibilia dñr gñe ẽt logico. ℭ Põt ğ dici ꝙ corpa naturalr icorruptibilia ⁊ corpa nãlr corruptibilia nõ sũt in eodẽ gñe:nisi extẽdas gen⁹ ad illđ qđ de diuersis spẽb⁹ p̃dicat nõ plene ⁊ pure vniuoce sȝ analogice:sba n.nõ dĩ de p̃dcis corpib⁹ plene ⁊ pure vniuoce.

Ad 3m ℭ Ad 3m cũ dr:ꝙ quorꝫ p̃pria passio materie ẽ vnigenea:⁊ illorꝫ materia ẽ vnigenea ⁊c̃. Dico ꝙ h᷑ itelligẽdũ est de p̃pa passiõe ſm suũ esse nãle qđ hȝ p̃siderata vt in sbo. Ego aũt dico ꝙ dimẽsio in corpib⁹ celestib⁹ nõ habȝ suũ eẽ naturale vnigeneũ cũ eẽ naturali dimẽsionũ corporꝫ corruptibiliũ:q̃uis taȝ iste dimẽsiões q̃ȝ ille vnigenee sint q̃ttũ ad eẽ earꝫ mathematicũ.

Ad 4m ℭ Ad 4m forte dicerẽt aliq ꝙ solis ⁊ lune ⁊ stellarꝫ materia ẽ vnigenea. Sȝ ꝙ nõ trãsmutent̃ adiuicẽ h᷑ ẽ:qꝛ sũt eiusdẽ spẽi:sic videmus ꝙ vna pa aq̃ nõ trãsmutat aliaȝ a sua sbali for⁹.

Planete q̃re nõ se transmutãt adinuicẽ. ℭ Sȝ h᷑ solũ ſm suppõit:qꝛ sol ⁊ luna ⁊ stelle eiusdẽ spẽi nõ sunt: qꝛ q̃uis luna ⁊ oẽs stelle lumẽ quo irradiãt recipiãt a sole: tñ p suos radios cãnt effectus p̃rios effectib⁹ solis:sol enĩ desiccat:luna humectat:sol calefacit saturn⁹ infrigidat:ergo oportet ꝙ sit p̃pter diuersaȝ virtutem formarꝫ substãtialiũ que immittit̃ cũ radijs luminosis. ℭ Ideo videtur mihi dõȝ:ꝙ rõ quare sol ⁊ luna ⁊ stelle nõ trãsmutant se adinuicẽ est aut qꝛ corꝫ materia nõ est vnigenea:⁊ ita nec sunt in eodem gñe phycor: aut qꝛ forma celestis totalr terminat appetitũ sue materie: ita ꝙ materia corporꝫ celestiũ nõ ẽ sbta p̃uatiõi: q̃ est vnũ de p̃ncipijs trãsmutatiõis naturalis ſm pħȝ.1.phy.

T.c.79. ⁊ 80. ℭ Nec per hãc viã possent euadere illi q ponũt materiã vnigeneaȝ in corporib⁹ celestibus ⁊ elementarib⁹:qꝛ q̃uis per predictam viam possent reddere rationeȝ: quare corpora elementaria nõ possunt transmutare materiã corporum celestium ad formaȝ elementarẽ:nõ tamen per istam viam possent reddere rationẽ quare corpora celestia nõ possũt transmutare materiã elementorum ad formaȝ celestem: qꝛ forma elẽtis non terminat perfecte totuȝ appetitum sue materie:⁊ est subiecta p̃uationi.

Q6.IX.

Qõ.ix.

Ar.pº Nono queritur vtrũ omniũ corporum corruptibilium sit materia numero vna. Et videtur ꝙ sic. Quia omnis distinctio est per actuȝ:sed materia de se nullã habet actum:quia est omnino ens in potẽtia:ergo nulla est distinctio in materia omnium que transmutantur adinuicẽ. Sed omnis numerus importat aliquã distinctionẽ.ergo materia corporuȝ corruptibiliuȝ nõ est numerata.

Scdo ℭ Item materia corporuȝ corruptibiliuȝ:aut est vna genere:aut specie: aut numero:nõ genere:neqȝ specie:quia que sunt vnuȝ genere vel specie cõponũtur ex actu ⁊ potẽtia:materia autẽ nõ est nisi ens in potẽtia tantuȝ. Restat ergo ꝙ omniuȝ corruptibiliuȝ sit materia numero vna.

Tertio. ℭ Iteȝ cum materia sit in potẽtia ad formas infinitas:videtur ꝙ sit infinita: ergo sicut deus qui habet actualitateȝ infinitam est vbiqȝ totus per sue actualitatis perfectionẽ.videtur similiter ꝙ materia p̃pter suam possibilitateȝ infinitã in quolibet materiato sit tota propter sue possibilitatis imperfectionẽ.

Quarto. ℭ Itẽ maioris amplitudinis videtur esse possibilitas materie q̃ȝ vniuersalitas alicuius speciei. Sȝ video ꝙ vniuersale alicuius speciei totuȝ est in quolibet illius speciei indiuiduo:ergo multo fortius videtur ꝙ materia p̃pter suaȝ possibilitatẽ tota sit in quolibȝ materiato.

Quinto. ℭ Iteȝ cum ex aere generatur ignis manet ideȝ trãsmutationis subiectuȝ. Cuȝ ergo subiectũ naturalis trãsmutationis sit materia eadem est materia in numero omniuȝ ad se inuicẽ transmutationem habentiuȝ.

Sexto. T.c.iiii. ℭ Item omniuȝ temporaliũ est tempus numero vnum ſm pħm 4.physicorũ. Ergo videtur ꝙ h᷑ sit per eius reductionẽ in vnuȝ subiectum. Hoc autẽ non videtur esse nisi materia:ergo videtur ꝙ omniuȝ corruptibilium sit materia numero vna:per cuius vicissitudinẽ est tempus numero vnum.

Septio T.c.17. ℭ Item Cõmen.super illud primi metaphy. Quoniam autem in fundamentis:dicit de materia ꝙ est vna numero ſm ꝙ est subiectum formarũ indiuidualiũ: ⁊ paruȝ post dicit ꝙ in hoc differt a genere:quia est vna numero in multis.

In oppm Contra materia est de essentia compositi ex materia ⁊ forma. Sed deus totam essentiã vnius corporis corruptibilis posset adnihilare eẽntijs aliorum manẽtibus saluis. Ergo si omniũ corporum corruptibilium esset materia numero vna:posset deus facere ꝙ idem numero simul esset manens ⁊ adnihilatum qđ impossibile est quia contradictoria sunt. ℭ Item deus posset creare vnuȝ corruptibile corpus: ergo si omnium corruptibiliuȝ esset vna materia in numero:deus posset creare qđ iam creatuȝ est nulla interueniente corruptiõe quod falsum est. ℭ Iteȝ idem numero creatuȝ nõ potest per naturã simul esse in diuersis locis. Sed materia est quid creatũ:ergo eadem in numero simul esse nõ potest in diuersis locis. ℭ Iteȝ opposita nõ possunt simul esse in eodem:sed opposite dispositiones materie: scȝ raritas ⁊ densitas inueniuntur in diuersis compositis:ergo in illis nõ est materia numero vna.

ar.ᵐ Non est vna mā nuō diuꝫ corrupti biliū.

Respondeo ꝙ siue mā gn̄abiliuꝫ ⁊ corruptibiliū dicat purꝫ ens in poᵃ siue īfimū actualitatis gradū:ꝙ semꝑ ꝯsiderata vt est sub formis est nuō alia ⁊ alia sb̄ formis diuersis. Q̄ꝺ planū ē ꝫ opionē dicentiū:ꝙ mā importat infimū actualitatis gradum:q̄ꝛ sic mǣ diuersoꝝ cōpositoꝝ:seipsis distinguunt incōplete. Si etiā mā de se diceret purum ens in potētia:q̄uis in ipsa formis cir cūscriptis nulla possꝫ intelligi distictio in actu:posset tamē in ea intelligi distinctio in potentia: quaꝫ per distinctas formas reduceret ad actū:⁊ sic adhuc mā in diuersis cōpositis esset numerata per formas ⁊ forme numerate formaliter seipsis. Sic ergo ꝯcedēdū ꝙ in diuersis corporib⁹ generabilib⁹ ⁊ corruptibilibus non est materia numero vna:sed alia ⁊ alia:sicut bene ostendūt argumenta pro hac parte facta.

Ad pᵐ **Ad primuꝫ** in oppositū dōm:ꝙ fallit in duob⁹ pmo in h ꝙ suppōit ꝙ mā de se nullaꝫ importat actualitatē:q̄ꝛ importat infimū actualitatis graduꝫ:vnde ⁊ mǣ diuersoꝝ cōpositoꝝ seipsis distincte sunt:infimo tamē distinctionis gradu. Fallit etiā in alio q̄ꝛ ⁊ si mā de se nullā importaret actualitatē quantūcūqꝫ completā:nec in ipsa per se esset aliqua distinctio in actu quātūcūqꝫ incōpleta:tamē esset ibi distinctio in potētia que per formas reduceretur ad actuꝫ.

Ad 2ᵐ ❡ Ad scdm dōm ꝙ mā nō est in genere nec in spē nisi per reductioneꝫ: scꝫ inquātū est pars reruꝫ que sunt in genere ⁊ in spē:vnde eo modo quo sibi cōuenit esse in genere oīum existentiū in genere:est genere vna:⁊ exn̄tium in eadem spē:est spē vna:minus tñ cōuenit sibi esse in spē q̄ꝫ in genere:q̄ꝛ mā est indeterminata ex se diuersimode determinabilis p diuersas formas:⁊ genus illā eandem essentiā q̄ꝫ spēs dicit modo determinato:dicit modo indeterminato:⁊ vt determinabilē per diuersas differētias.

Ad 3ᵐ ❡ Ad tertiū dōm ꝙ mā nō est in potētia ad recipiēduꝫ infinitas formas sil. Sed bene est in potētia ad recipiendū successiue formas infinitas loquēdo de infinito in actu permixto potētie. Ex hac aūt nō pōt cōcludi in essentia mǣ infinitas nisi ꝫm qd. In essentia autē habēte actualitatē infinitā:sicut est diuina essentia:est infinitas simplr̄: ⁊ ideo nō valet h ꝯn̄tia si deus pōt esse vbiqꝫ ꝑpter suā infinitatem:ꝙ simr ipsa mā possit esse vbiqꝫ tota.

Ad 4ᵐ ❡ Ad quartū dōm ꝙ vl̄e nō est aliqua res tota realr̄ existēs in quolibet indiuiduo Sed realiter multiplicat̄ in idiuiduis. Unde ꝑter actionē intellect⁹ nulla res est nisi singularis. Et h satis declaratū est in lib. i. dist. 19. q̄ōne penult.

Ad 5ᵐ ❡ Ad quintū dōm: ꝙ nō plus ꝯcludit nisi ꝙ diuersoꝝ corpoꝝ corruptibiliū est vna mā numero per successionē:⁊ h est verū. Sꝫ non sic intēdimus h querere de vnitate mǣ: querēdo vtruꝫ omniū corpoꝝ corruptibiliuꝫ sit mā vna numero. Sed vtrū oīa corruptibilia simul existētia vnā nūero habeāt māꝫ.

Ad 6ᵐ ❡ Ad sextū dōm:ꝙ oīum tēporaliū vnum est tpˢ in nūero ꝑprie loquēdo de tēpore:⁊ dico ꝙ hꝫ vnū ꝫm scꝫ morā pmi mobilis manifeste nobis noti:⁊ h superi⁹ magis diffuse tractatū est dist. 2.

Ad 7ᵐ ❡ Ad septimū dōm:ꝙ mēs Cōmēta. fuit in verbo pdicto ꝙ mā tūc pmo debꝫ dici vna nūero cū intelligit̄ sub forma indiuiduali: quia sicut nō est in genere nec in spē nisi p reductionē: ita nō est vna numero nisi per reductionē. s. inquātū est in composito qd est vnū numero:vnde nō itēdebat dicere ipaꝫ esse vnā numero positiue in diuersis:ꝙ pꝫ per lr̄am suā: dicit eniꝫ ꝙ mā pmo recipit formā vlem:⁊ post mediante forma vl'i recipit formas alias vsqꝫ ad idiuiduales:⁊ ē vna numero ꝫm ꝙ est sb̄m formarū indiuidualiū:⁊ multa ꝫm formas:q̄ꝛ diuidit̄ per eas:ꝙ ēt dixit ipsam differre a genere:q̄ꝛ est vna in numero in multis sic exponendū est:q̄ꝛ intellecta ꝑter formā intelligit̄ vt carēs nūero: ⁊ tñ cuꝫ hoc:vt res de qua possunt multa fieri:vñ inverbo suo esse vnū numero dꝫ intelligi p negationē. estimavit eniꝫ māꝫ esse nām pure possibilē:⁊ certum est ꝙ in nā pure posi nō pōt de p se intelligi neqꝫ vnitas nūeralis in actu:neqꝫ multitudo:sꝫ in poᵃ tm̄.

Q̄ō. X. Q̄ō. x.



Decimo queritur vtruꝫ mā realiter ideꝫ sit cum sua potētia. Et vr̄ ꝙ sic. q̄ꝛ alique forme realr̄ idē sunt cum sua potētia: forme eniꝫ accidētales seipsis agūt: vt pꝫ in sacramēto altaris:ergo a simili mā est idē cuꝫ sua potētia. Ar. pᵒ

❡ Itē corpus humanū se ipso est in potētia passiua ad recipiēdū aīaꝫ:ergo a simili queliꝫ mā seipsa est in potētia ad recipiēdū formā. Secūdo

❡ Itē si mā non posset recipere formā nisi per aliqd aliud a se:tunc illud etiaꝫ non posset recipere nisi per aliud a se:⁊ sic in infinitū. Restat ergo ꝙ se ipsa pōt recipere formā:⁊ sic ideꝫ est realiter ꝙ sua potētia. Tertio.

❡ Itē potētia mǣ debetur ei nō mediante aliqua substātiali forma:sed imediate. Sed mā nulli accidēti subycitur nisi mediāte aliqua substātiali forma. Restat ergo ꝙ potētia mǣ nō sit accidēs:⁊ cōstat ꝙ non sit substātialis forma. Uidet̄ ergo ꝙ nō sit aliud q̄ꝫ ipsa mā Quarto.


❡ Itē ꝫm phm. 1. phy. ꝑter efficiēs ⁊ fineꝫ extrinsecum sunt tria pncipia trāsmutationis nālis ⁊ nō plura. s. mā forma puatio. Sꝫ puatio nullā rē ponit supra nām. Cuꝫ ergo nomine puationis videat̄ ibi intelligi mǣ potētia: q̄ꝛ opꝫ ꝙ potētia mǣ sit vnū de pncipijs nǣ. Ur̄ ꝙ potentia mǣ nō dicat aliquā reꝫ nisi māꝫ. Quinto. T. c. 64.

❡ Itē potentia mǣ nō est aliqd nobilius mā:q̄ꝛ qcquid est nobilius mā est forma nec est aliqd inferius mā:q̄ꝛ materia tenet infimuꝫ actualitatis gradū:nec est res differens a mā par ei: q̄ꝛ tūc eēt vna alia mā. Restat ḡ ꝙ realr̄ idē sit ꝙ ipa mā. Sexto.




Contra cum ex materia generatur compositū potentia materie trāsit in actualitateꝫ forme: quia aliter forma gn̄abilis ⁊ corruptibilis fieret de nihilo:sꝫ materia manet:ergo mā nō est sua potētia. In opᵐ

❡ Iteꝫ cū mā dicat īfimū actualitatis gradū:ꝯposita ē ex actuali ⁊ potētiali. Sꝫ possibilitas nō est res ꝯposita ex actuali ⁊ potētiali. ergo possibilitas mǣ non est ipsa mā. Sed possibilitas materie videt̄ esse ipsa potentia mǣ. ḡ vr̄ ꝙ potētia materie nō sit ideꝫ realiter ꝙ materia.



Respondeo ꝙ potētia materie duplr̄ pōt accipi. ❡ Uno mō ꝑ eo quo materia pōt recipere formā:⁊ sic realr̄ idē est ꝙ ipsa mā sola rōne differēs ab ea:mā eniꝫ per seipsaꝫ pōt recipere formā vl̄ dispōneꝫ ad formā. ❡ Alio modo ꝑ eo quo de ipsa educi pōt forma educibilis de potētia materie. Et sic non est realr̄ idē ꝙ ipsa materia. Sed est qddaꝫ pncipiū purum pole trāsmutabile in formā educibilē de potētia materie per actionē naturalis agentis. Q̄ꝛ aliqui antiq equocato nole materie māꝫ vocauerūt oēm actualitatē quātūcūqꝫ imperfectā:cōprehēdens sub nole forme. Sed illi necesse habebant dicere ꝙ mā fiebat ipsa forma: q̄ꝛ illud pnᵐ purū pole trāsmutat̄ in actualitatē forme:q̄ꝛ alr̄ vt inferius declarabit̄:aut essentia ꝯpositi nō gn̄aret̄: aut oporteret formā creari in cuiuscūqꝫ ꝯpositi gn̄ōne. Et siue accipiat̄ poᵃ mǣ pmo mō:siue 2ᵒ poᵃ pure passiua est. Rn̄ᵒ Pō mǣ duplex. Mā q̄uo est idē cū poᵃ sua ⁊ q̄uo nō.



Tria prima argumēta ꝯcedunt de potētia primo modo dicta. Ad pᵐ 2ᵐ ⁊ 3ᵐ

❡ Ad 4ᵐ dōꝫ:ꝙ poᵃ pᵒ ⁊ 2ᵒ mō dicta nō debet̄ mǣ mediāte aliq̄ sbali forma:nec tñ ex h seqt̄ ꝙ poᵃ mǣ 2ᵒ mō dicta sit realr̄ ideꝫ ꝙ mā ipsa:nec tñ ē in actu aliq̄ sbalis vl̄ accn̄talis for⁹:sꝫ est qddā pnᵐ pure pole qd eē nō pōt nisi p actualitatem alienā ꝯcreatā fundamēto nālis trāsmutatiōis trāsmutabile in ipsaꝫ formā educibilē de poᵃ mǣ p actionē nālis agētis:nec ē idē reᵘ foꝛe sbalis ⁊ accn̄talis. Ad 4ᵐ.

❡ Ad 5ᵐ cuꝫ di:ꝙ puatio nullā rē ponit vltra māꝫ ⁊c̄. Dico ꝙ verꝫ ē in actu ⁊ in recto:tñ illud pnᵐ pure pole de quo iā dcꝫ ē in obliquo. Est. n. puatio de q̄ ibi loqt̄ phs carētia forᵉ in mā cū nāli potitate ad eādē:vñ pōꝫ mǣ 2ᵒ mō dcā sb̄ puatōe q̄ ē vnū ꝺ pncipijs trāsmutatōis nāl̄ estis ꝯphēdi. Ad 5ᵐ.

❡ Ad 6ᵐ

Ad 6m ¶ Ad 6m dicēdū q̄ po⁹ mãe p⁹ mō dcā realr idē q̄ ipsa mã: potētia vero scdo mō dicta est inferior q̄ mã: q̄ purum possibile inferius est infimo actualitatis gradu quo mãz intelligim⁹: q̄ per mãz gñabiliū z incorruptibiliū intelli go fundamētū nālis transmutationis ad sb̄alem formā. ¶ Argumēta ad partē aliā pcedunt de potētia materie secundo modo dicta.

Circa litteram eādem etiā vocat abyssum. Nota q̄ mã pro statu sue creationis dicta est terra: ibi in pncipio creauit deus celū z terrā: dicta est etiaz abyssus ibi in tenebre erāt sup faciē abyssi. Dcā est etiā aque ibi z spūs dñi ferebat super aquas. Nomine terre nominat: q̄ in ipsa stabiliter forma vt in fundamēto. Nomine abyssi: quia mã de se dicit qd in completissimū: z forma dicit qd magis cōpletum z actuale: z ideo forma cōparatur luci per quādā similitudinē: z materia abysso tenebrose. Nominatur autem nomine aque quia sicut aqua per se est male terminabilis complete per se: z bene per aliud: sic mã nō est terminabilis per se sed p formaz: nō eniz tenebre aliqd sunt: sz ipsa lucis essentia. Verū est formaliter z in recto: q̄ tamē absentia lucis nō est tenebra nisi in subiecto illuminabili: ideo ex cōsequenti z in obliquo importat aliqd positiuū: ratiōe cuius dicū tur benedicere domino. Sic eniz accipiūtur pro illuminabili nō illuminato: nōdum lucis grā deus opus suum venustauerat. Unde nota q̄ cū dicit tenebre erāt sup faciē abyssi ibi accipiūt tenebre pro lucis negatiōe. Cū aūt dicitur z diuisit deus lucem a tenebris ibi accipiūtur tenebre pro lucis priuatione: quatuor modis operatur de⁹. ¶ Contra in his non continetur opus iustificationis z glorificationis. ¶ Respondeo loquitur h de operib⁹ generalibus respectu totius creature: primo operatur in vbo omnia disponēdo: h accipit operari large z improprie sz pro inferiori actione ipsius dei.

Di. xiii. ¶ Que fuerit pria distictiōis opatio. Di. XIII.

Prima autem distinctionis operatio fuit formatio lucis: sicut ostendit scriptura Gen. que cōmemorata reruz informitate: earuz dispositionez a luce inchoauit subdens. Dixit deus: fiat lux: z facta est lux: z diuisit lucem a tenebris. Appellauitq̄ lucem diez: z tenebras noctē. Et factum est vespere z mane dies vn⁹. Cōgrue mūdi ornatus a luce cepit: vnde cetera que creāda erāt viderentur.

¶ Qualis fuerit lux illa corporalis an spūalis.

Si queritur qualis illa lux fuerit corporalis. s. an spiritualis? Id respondemus qd legimus traditū.

Aug⁹. de spūali luce. Dicit enim Augu. quia lux illa corporalis vl spiritualis intelligi potest. Si spiritualis accipitur: angelica natura intelligitur: que prius informis fuit: sed postea formata est cū ad creatorez conuersa ei charitate adhesit. Cuius informitatis creatio superius significata est: vbi dictum est. In principio deus creauit celuz z terram. Hic vero eiusdem formatio ostenditur cum ait: fiat lux z facta est lux. Hec ergo angelica natura prius tenebre: z postea lux fuit: qa prius habuit informitatem z imperfectionem deinde formationis perfectionem: z ita diuisit deus lucem a tenebris. Nam vt ait Augu. super Gen. Huius creature informitas z imperfectio fuit anteq̄ formaret in amore conditoris. Formata vero est quando conuersa est ad incōmutabile lumen verbi. Si vero corporalis fuit lux illa: quod vtiq̄ probabile est: corp⁹ lucidū fuisse intelligitur: velut lucida nubes: qd non de nihilo: sed de preiacēti materia formaliter factuz est vt lux esset: z vim lucendi haberet: cū qua dies prima exorta est: q̄ añ lucē nec dies fuit nec lux: licz tēpus fuerit.

Augu.

Hic de corporali luce.

¶ Q̄ lux illa facta est vbi sol apparet q̄ in aquas lucere poterat.

Si autem queritur vbi est facta lux illa: cum abyssus omnem terre altitudinem tegeret? Dici potest in illis partibus facta: quas nunc illustrat solis diurna lux. Nec mirum lucem in aquis posse lucere: cum etiaz nautarum operatione sepius illustrentur. Qui in profunduz mersi: misso ex ore oleo aquas sibi illustrant: que multo rariores fuerunt in principio q̄ modo sunt: quia nōduz cōgregate fuerāt in vno loco. Facta ergo lux illa vicez z locum solis tenebat: que motu suo circūagitata noctem diemq̄ discernebat. Ibi ergo primum lucem apparuisse verisimile est: vbi sol quotidiano cursu circūuectus apparet: vt eodem tramite lux circumcurrens: ac primo ad occasum descendens vesperam faceret: deinde reuocata ad ortum aurora: idest mane illustraret: z ita diuisit deus lucem z tenebras: z appellauit lucem diez: z tenebras noctem.

¶ Q̄ dies diuersis modis accipitur.

Hic notandum est q̄ dies diuersis modis accipitur in scriptura. Dicitur enim dies lux illa que illo triduo tenebras illuminabat: z dicitur dies illuminatio ipsa aeris. Dicitur etiam dies spatium vigintiquattuor horarum: qualiter accipitur cum dicitur. Factuz est vespere z mane dies vnus. Qd ita distinguendū est: factum est vespere prius: z postea mane: et ita fuit dies vnus expletus vigintiquatuor horaruz. Dies scilicet naturalis: qui habuit vesperam sed non mane. Mane enim dicitur finis precedentis z initium sequētis diei: qd est aurora: que nec plenam lucem: nec omnino tenebras habet. Mane ergo primus dies non habuit: quia nec dies precesserat qui sequētis diei initio terminaretur: z eo precipue: quia luce apparente: mox super terrā plenus atq̄ preclarus dies extitit: qui nō ab aurora: sed a plena luce inchoauit: z mane seqñtis diei ɔsumat⁹ est. Vñ Beda sup Gen. Decebat vt dies a luce inciperet: z in mane sequētis diei tenderet: vt

Beda

opera dei a luce incboasse: ⁊ in lucem completa esse significarentur. Reliqui autē dies mane babuerunt ⁊ vesperam. Quorum quisq̄ a suo mane incipiens vsq̄ ad alterius diei mane tendebatur.

¶ De naturali ordine computationis dierū: ⁊ de illo qui pro mysterio introductus est.

Hic est naturalis ordo distinctionis dierū vt distinguantur atq̄ computentur dies a mane vsq̄ ad mane. Postea vero in mysterio factum est dies computentur a vespera in vesperam: ⁊ adiungatur dies precedenti nocti in computatione: cū iuxta naturalem ordinem precedens dies sequenti nocti adiungi debeat: quia homo a luce per peccatū corruit in tenebras ignorantie ⁊ peccatorū: deinde per christū a tenebris ad lucē rediit. Unde apostolus. Eramus aliquādo tenebre: nūc autem lux a domino. Primus itaq̄ dies non ab aurora sed a plena luce incipiens: ⁊ post vesperam paulatim occidente luce excipiens mane sequentis diei expletus est. Unde Beda. Occidente luce paulatim ⁊ post spatiū diurne longitudinis inferiores partes subeunte: factum est vespere: sicut nunc vsitato cursu solis fieri solet. Factus est autem mane cadē super terrā redeunte: ⁊ alium diē incboante: ⁊ dies expletus est vnus vigintiquatuor horarū. Fuitq̄ nox illo triduo omnino tenebrosa: que post creata sydera aliqua luce claruit.

Beda

¶ Cur sol factus est si lux illa sufficiebat.

Solet autem queri: quare fact⁹ est sol: si lux illa faciende diei sufficiebat? Ad quod dici pōt: quoniam lux illa forte superiores partes illustrabat: ⁊ ad illuminationē inferiorū solem fieri oportebat. Uel poti⁹ ideo: quia facto sole diei fulgur auctus est. Ampliori enim multo luce radiauit dies postea q̄ ante. Si autem queritur quid de luce illa factum sit cum modo nō appeat? Pōt dici aut de ea corp⁹ solis formatū: aut in ea pte celi eē in qua sol est nō ꝙ ipsa sit sol: sed sic est ei vnita vt discerni non valeat.

¶ Quomodo accipiendum sit illud: dixit deus: an sono vocis id deus dixerit an aliter.

Preterea inuestigandū est quomodo accipiendum sit qđ ait: dixit deus. Utrū temporaliter vel sono vocis illud dixerit: an alio modo? Aug. super Gen. tradit nec temporaliter, nec sono vocis deum locutum fuisse: quia si temporaliter: ⁊ mutabiliter: ⁊ si corporaliter dicatur sonuisse vox dei: nec lingua erat qua loqueretur: nec erat quē oporteret audire ⁊ intelligere. Bene ergo vox dei ad naturam verbi per qđ omnia facta sunt refertur. Dixit ergo deus fiat: ⁊c̄. nō temporaliter: nō sono vocis: sed in verbo sibi coeterno. i. verbū genuit intēpaliter i quo erat: ⁊ disposuit ab eterno vt fieret in tpe ⁊ in eo factū est.

Aug⁹

¶ Quomodo accipiēdū sit qđ dicitur pater operari in filio vel per filiū: vel in spū sancto.

Hic queri solet quomodo accipiendum sit qđ dicitur pater operari in filio: vel per filium: vl' in spiritu sancto? Hoc enī scriptura frequēter nobis ꝓponit: vt omnia in sapientia fecisti dn̄e. i. in filio: ⁊ in pricipio. i. in filio creauit de⁹ celū ⁊ terrā. Et illud. Per quē fecit ⁊ secula. Super illū quoq̄ psalmi locū. Uerbo domini celi firmati sunt ⁊c̄. dicit Augu. ꝙ pater operatur per verbum suum ⁊ spūm sanctum. Quomodo ergo hoc accipiendū est? Putauerunt quidā heretici ꝙ pater velut auctor ⁊ artifex filio ⁊ spū sancto in rerū operatione quasi instrumento vteretur. Ex predictis verbis errandi occasionē sumentes: qđ velut blasphemum atq̄ sane doctrine aduersum abiicit pia fides. Nō est itaq̄ intelligendum ideo scripturam frequēter cōmemorare patrē operari in filio vel per filiū: tāq̄ filius nō posset facere: si ei nō porrexisset pater dexterā: vel tanq̄ aliquod instrumentū fuerit patris operantis: sed potius illis verbis patrē intelligi voluit cū filio ⁊ spū sancto operari ⁊ sine eis nihil facere.

¶ Contra hanc expositionē surgit hereticus.

Sed dicit heretic⁹ hac ratione hoc posse dixisse filium operari per patrē vel in patre ⁊ spiritum sanctū cū vtroq̄ vel per vtrūq̄: quia filius cum patre ⁊ spiritus sanctus cū vtroq̄ operatur. Cui breuiter respondetur. Ideo illud dictū esse ⁊ nō istud: vt in patre monstraretur auctoritas. Nō enim pater a filio: sed filius a patre operatur: ⁊ spiritus sanctus ab vtroq̄. Ideoq̄ etiam filius per spiritum sanctū legitur operari: quia cum spiritu sancto operatur hoc ipsum a filio habente vt operetur.

¶ Alia predictorum expositio.

Potest ⁊ aliter illud accipi: vt dicaē pater in filio vel per filium operari: quia eū genuit omnium opificem: sicut dicitur pater per eum iudicare: quia genuit iudicem: ita ⁊ per spiritum sanctum dicitur operari siue pater siue filius: quia ab vtroq̄ procedit spirit⁹ sanctus factor omniū. Unde Joā. Chryso. in expositiōe epistole ad Hebr̄. sic ait. Non vt heretic⁹ inaniter suspicatur tanq̄ aliquod instrumentū patris extiterit filius neq̄ per eū pater dicitur fecisse tanq̄ ipse facere non posset: sed sicut dicitur pater iudicare per filium: quia iudicem genuit: sic etiam dicitur operari per filium: quia

Joan. Chry.

cum

eum cõstat opificẽ genuisse. Si eniʒ causa eius pater est: ſm ꝙ pater est: multo amplius eoruʒ causa est que per filiuʒ facta sunt. Hec de opere prime diei dicta sunt.

Di.XIII Dist. XIII.

Cũ duo/ b⁹ ſeq̃nti/ b⁹ in. vij. diuidit. **P**Rima autẽ distinctiõis operatio ẽ. Su peri⁹ determinauit magr̃ de mãe pductiõe. h determinat de creatoꝝ distinctiõe ⁊ ornatu. ¶ Et diuidit in. vij. ſʒ opa. vi. dieruʒ ⁊ requiẽ diei septie. ¶ 2⁹ in pn⁹ dist. i4. ibi. [dixit quoqʒ de⁹.] ¶ 3⁹ eadẽ dist. infra. ibi. [Seqt dixit de⁹ ꝯgregent.] ¶ 4⁹ infra eadẽ dist ibi. [Seqt d. xit de⁹ fiãt.] ¶ 5⁹ i pn⁹ 15. dist. ibi. [Dixit ẽt de⁹.] ¶ 6⁹ 2⁹ ca. eiusdẽ di. ibi. [Seqtur dixit pducat.] ¶ 7⁹ infra eadẽ di. ibi. [Jã de. 7. diei rege.] ¶ In pñti ḡ di. agit de lucis pductiõe q̃ fuit op⁹ pme diei. ¶ Et diuidit in ptes tres. ¶ Pmo agit de cõditionib⁹ lucis pducte: siue de luce: q̃tũ ad ei⁹ exitũ inez. ¶ 2⁹ de ei⁹ effectu. ibi [h nõnduʒ est.] ¶ 3⁹ de ei⁹ cã efficiente. ibi. [pterea inuestigãdũ ẽ.] ¶ Pria in tres. ¶ Primo ostẽdit q̃ñ illa lux creata fuerit. ¶ 2⁹ qlis creata fuerit. ibi. [h q̃rit.] ¶ 3⁹ vbi creata fuerit ibi. [h aũt.] Pars illa q̃ ibi icipit. [h nõndũ.] Diuidit in tres. ¶ Pmo oñdit qũo lux illa fecit pmã diẽ. ¶ 2⁹ oñdit dieꝝ ⁊ motuuʒ nãlẽ ordinẽ. ibi. [⁊ h est.] ¶ 3⁹ ingrit q̃re sol fact⁹ ẽ: ⁊ q̃d de illa luce factũ ẽ. ibi. [Solet aũt] Illa pars q̃ ibi icipit. [inuestigãdũ pterea] diuidit in ptes duas. ¶ Pmo ingrit qũo debeat accipi dicẽ dei: cũ dixit fiat lux. ¶ 2⁹ ingrit qũo itelligi debeat pr̃ p filiũ opari. ibi. [h q̃ri solet.]

Pñs di. (margin) · 1⁹ subdi. in tres. · 2⁹ in tres · 3⁹ i duas

CIrca hãc dist. q̃runt duo. ¶ Pmo de luce ¶ Scdo de luce. ¶ De vbo aũt quo de⁹ dixit fiat lux nõ oʒ h mouere q̃ões cũ eterno vbo suo h dixerit. de quo multa in p⁹ lib. q̃sita sunt. ¶ Circa pm̃ q̃runt q̃tuor. ¶ Pmo q̃r illa lux faciebat diẽ ⁊ noctẽ. ¶ 2⁹ vtꝝ forma sbalis corporis lucidi vl̃ cuiuscũqʒ alteri⁹ corpis sit aliquo sensu pceptibilis. ¶ 3⁹ vtꝝ lux sit forma sbalis vel accñtal. ¶ 4⁹ vtꝝ q̃lʒ lux cũ alia luce sit eiusdẽ spẽi.

Q̃ó. I. Q̃ó. I.

Ar. p⁹ **P**Rimo ostendo ꝙ illa lux q̃ pmo die dĩ creata: nõ cãbat diẽ ⁊ noctẽ p localẽ circuitũ: qꝛ illa lux fuit sba ãgelica ad creatorẽ ꝯuersa ſʒ Aug. xi. de ciui. ca. x. Sʒ talis lux
Scdo nõ facit diem ⁊ noctẽ p localẽ circuitum. ¶ Itẽ Dam. lib. 2. c. 6. in trib⁹ q̃deʒ dieb⁹ refuso ⁊ ꝯtracto lumie diuo p̃cepto ⁊ dies ⁊ nox fiebat. ḡ faciebat diẽ ⁊ noctẽ p radioruʒ
Tertio. emissionẽ ⁊ ꝯtractionẽ: nõ p circularẽ motionẽ. ¶ Itẽ si faciebat p circularẽ motionẽ: aut icepit moueri ab oriente aut ab alio loco. Nõ ab oriẽte qꝛ tunc pm⁹ dies habuisset mãe: qđ falsũ vĩ cũ mãe sit tps inter noctẽ pcedẽtẽ ⁊ clarũ diẽ sequẽtem: nulla aũt nox pcesserat primã diẽ. Si autẽ incepisset moueri ab alio loco: tunc prima dies nõ fuisset equalis sequenti diei.

In op⁹ **Contra** Magr̃ in pñti di. facta ḡ lux illa locũ ⁊ lucẽ solis tenebat: que motu suo circũ agitata noctem diẽqʒ discernebat.

Rñ⁹ · Lux pmo die creata diez ⁊ noctez p localẽ circuitũ cãbat. **Respondeo** ꝙ illa lux que p⁹ die dĩ creata per localẽ circuitũ: diẽ noctẽqʒ discernebat ⁊ p ei⁹ exñtiaʒ in vno hemisperio dies in illo erat ⁊ nox in hemisperio opposito: pp vmbrã ptis mãe grossioris create: vbi mõ est terra: de q̃ pte mãe: terra postmodũ fcã ẽ. Et ista opio ẽ pbabilior: ⁊ apud latinos cõior.

Ad p⁹ **Ad primuʒ** in op⁹ dõʒ: ꝙ illa lux q̃ pmo die dĩ creata lux fuit corpalis: vñ magr̃ in pñti di. dicit ꝙ pbabile ẽ: ꝙ fuit corp⁹ lucidũ velut nubes lucidi. Aug. tñ sensisse vĩ ꝙ fuerit lux spũalis. s. illustratio sbe ãgelice p sui ꝯuersionẽ ad creatorẽ: q̃ʒ sbaʒ angelicã dicit itellectã noie celi. Cũ dĩ Geñ. i. In pri⁹ creauit de⁹ celũ ⁊ terrã. Quia videbaĩ sibi icõueniẽs ꝙ i creatiõe reꝝ nõ fieret mẽtio de creatiõe sbe ãgelice: cũ sit nobilioꝛ q̃ʒ corpalis creatura: ⁊ nisi noie celi intelligeret: ⁊ sua formatio noie lucis: nec de suba ãgelica: nec d formatiõe sua fcã: eẽt mentio in opib⁹ sex dieꝝ. ¶ Põt tñ dici ꝙ illa expõ Aug. est allegorica: q̃uis. n. ad lr̃am noie celi ibi itelligaĩ celũ ẽpyreũ: ⁊ noie lucis corpalis lux: tñ ſm aliũ sensuʒ noie celi figrã est suba ãgelica: ⁊ noie lucis ei⁹ illustratio p sui ꝯuersionẽ ad creatorẽ. Nec fuit ꝯueniẽs ꝙ tũc tpis Moyses illi pplo rudi ⁊ ad idolatriam pno ad lraʒ mãifeste ista exprimeret: ne ide occasionẽ erradi acciperẽt volẽdo forte colere ptes angelos tãq̃ ptes deos.

¶ Ad 2m dõʒ: ꝙ illa opio quã tãgit Dam. fuit opio grecoꝝ: ſʒ opio latinoꝝ ẽ pbabilior. ¶ Ad. 3. dõʒ: ꝙ illa lux icepit moueri a pũcto oriẽt: vl̃ ab illa pte v̄sus oriẽtẽ ad quã iã deuenisset p motũ: si ab istãti creatiõis mãe creata fuissʒ: ⁊ moueri icepisset: ita ꝙ ꝯphẽdẽdo illud tps ꝙ fluxit ab istãti creatiõis mãe: vsqʒ ad creationẽ lucis sub pma die. Prima dies equalis fuit sequẽti: ⁊ tñ mãe non habuit: quia nulla nox precesserat: vnde argumẽtũ ipli cat sui ipsius solutionẽ. Ad 2m Ad 3m

¶ Q̃ó. II. Q̃ó. II.

SEcundo q̃rit vtꝝ forma subalis corporis lucidi vel cuiuscunqʒ alteri⁹ corpis sit aliquo sensu pceptibilis. Et vĩ ꝙ sic. Aug. xi. de ci. c. 26. dicit de substãtijs corporalib⁹: ꝙ formas suas q̃b⁹ mũdi hui⁹ visibilis structura formosa est sentiẽdas sensib⁹ pbẽt. ¶ Itẽ subaʒ hñtẽ formã intelligibilẽ nõ cõsequunĩ sensibilia accidẽtia: vt pʒ in substãtijs spũalibus. Cũ ergo substãtias corporales cõsequãtur sensibilia accidẽtia: videtur ꝙ eoꝝ forme substantiales sint sensibiles. ¶ Itẽ nihil est in nostro intellectu nãliter nisi prius fuerit in nostro sensu. Unde ſʒ phʒ pmo poster. Deficiente vno sensu: necesse est scientiã per illuʒ sensum deficere. Sʒ forme substãtiales substãtiaruʒ corpaliũ a nobis nãlr̃ itelligunĩ: ḡ ⁊ a nobis ẽt sentiunĩ. Ar. p⁹ · Secũdo · Tertio. T. c. 33.

Contra in lib. de ortu sciẽtiaꝝ: expresse dĩ ꝙ forma substãtialis a solo intellectu apprehẽditur. ¶ Itẽ phs scdo de anima. ſm accidens dĩ sensibile: vt si albũ sit diarci filius: ⁊ ibi expresse vult ꝙ visus nõ patiĩ a substãtia illius: sed ab accidẽte ei⁹ qđ est albedo. Si igĩ visus cuʒ sit spũalior inter alios sensus: nõ potest formã substãtialẽ cognoscere multo min⁹ q̃cũqʒ alij sensus. In op⁹ · T. c. 65.

Rñs · Nulla sba pt p se pcipi aliquo sẽsu. **Respondeo** ꝙ nulla forma substãtialis põt aliquo sensu nostro apprehendi: nisi per accidẽs: inquãtũ sensus nostri apprehẽdunt aliquarum substãtiaꝝ accidẽtia. ¶ Et h pmo declaro per vnũ principioꝝ fidei: qđ est ꝙ in sacramento altaris nõ remanet substãtia ipsius panis: sed trãsubstantiatur in corpus christi: ⁊ tamẽ ibi remanet quicquid sensu per se erat apprehensibile: ex quo sequitur ꝙ forma substãtialis panis per se nõ apprehẽditur ab aliquo sensu. ¶ Ad h sunt ẽt experientie: videmus enim quãdoqʒ aliquã substãtiã habere virtutẽ: que sibi nõ cõuenit per aliqua que possint ab aliquo sensu nostro apprehẽdi in ipsa: sicut pʒ in substantijs que dicũtur operari a tota specie. Uidemus etiã quãdoqʒ aliquã substãtiã actu recedere a sensibili: q̃ magis est sibi cõsona: ⁊ tamẽ substãtiã remanere q̃uis forte minus cõpletam. Ut patʒ in calefactione aque. ¶ Pro h etiam facit etymologia huius verbi intelligere: ꝙ ideʒ est ꝙ intus legere. Si eniʒ forma substãtialis: sicut ⁊ forme accidẽtales exterius pateret sensib⁹ corporis: cognoscere substãtiaʒ nũq̃ posset dici intus legere: sicut modo potest. ¶ Hoc idẽ ad h declaro p rõnẽ. Si forma subalis possʒ apphẽdi p aliquẽ sensuʒ: ita facilr̃ possem⁹ venire p se in cognẽ ipsi⁹: sicut in cognẽ accñtiuʒ: nec indigerem⁹ cognitione accidentiũ ad eius cognitionẽ. h autẽ falsum est: qꝛ ſm ꝙ dicit phs. i. de aia. accidẽtia maximã parteʒ ꝯferunt ad cognoscendũ ꝙ quid est: per qđ quid est: intelligens quiditatẽ essentie. ¶ Preterea intellectu concludimus oẽs formas sensibiles per se nõ posse dare ma/

terie primā actualitatem determinati esse: h autē forme
substantiali conuenit: ergo intellectu concludimus nul/
laz formā substātialez posse sentiri per se.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositū dōm: q̄ illa auctori/
tas Aug. intelligit de formis ac/
cidētalib⁹: vel q̄ nomē sensus extēdit ad intellectū quez
vocat interiorē sensum: q̄ pz per lrām: q̄ cito post sequitur
vbi dī nos ea sensu corpis ita capim⁹: vt de his nō sensu
corpis iudicem⁹. habem⁹. n. alium interiorē hois sensuz:
Ad 2ᵐ. isto p̄stātiorē quo iusta z iniusta sentim⁹. ¶ Ad 2ᵐ cū dīt
q̄ subaz hn̄tē formā intelligibilē nō ꝯsequunt sensibilia
essentia zc̄. Dico q̄ h intelligēdū est qn̄ illa sba caret to/
taliter mā. Uel illa mā q̄ est in po⁹ ad sensibilia accn̄tia:
qꝛ talis sba est itelligibilis ex se. Forma aūt sbalis corpo/
rū est in mā exn̄te in po⁹ ad sensibilia accn̄tia. Un̄ nō sic
est intelligibilis ex se: q̄ꝫtū est ex pte sua: sicut forme sba/
ruz spūaliū. Sz est a nobis itelligibilis p abstractionē vl
Ad 3ᵐ reflexionē. ¶ Ad 3ᵐ dōz: q̄ q̄ꝫuis for⁹ sbalis nō apphē/
daf a sensu: tn̄ sensus apphēdit aliq̄ sbe corpalis accn̄tia:
p quoꝝ cognitionē itellect⁹ nr̄ argumētādo deuenire pt
in aliquā forme sbalis cognitionē: z ita q̄ꝫuis for⁹ sbalis
per se nō cadat sub sensu: tn̄ sub sensu cadit aliqd ducens
Qō. III. intellectū in aliquā eius cognitionē. ¶ Qō. III.

Tertio q̄rif vtruz lux sit forma accn̄talis.
Ar. pᵒ Et vī q̄ nō. Dam. li. 2. c. 6. nō ali/
qd est ignis nisi lumē. Sz ignis nō est forma ac
cidētalis: sz sba q̄dā. ḡ lumē nō est for⁹ accn̄tal:
Secūdo sz sba: z accipit ibi lumē p luce. ¶ Itē phs. 5. Top. dicit
T. ꝯ. 15. q̄ carbo flāma z lux vnūqdqꝫ eoꝝ est ignis. Sz ignis nō
est for⁹ accn̄talis sz est sba: ḡ lux non est forma accn̄talis.
Tertio. ¶ Itē iter formas nāles nobilior ē sbal' q̄ꝫ accn̄tal'. Sz iter
formas corpales lux ē nobilior: vn̄ Aug. 2. li. de li. ar. lōge
vltra mediū dicit: q̄ lux lōge nobilior ē auro. Et. 3. li. in/
ter pnᵐ z mediū dicit: q̄ in corpib⁹ lux tenet pᵐ locū. ḡ
Quarto. lux nō est for⁹ accn̄talis sz sbalis. ¶ Itē nullū accn̄s ē cā
sbeiqꝫ sz Aui. 6. meta. c. 3. cā dignior ē cāto. Sz corpa ce/
lestia p suos radios lumiosos cānt aiaz vegetabilē: vt pz
in gn̄one plātaꝝ: z aiaz sensibilē: vt pz in gn̄one brutoꝝ
p viā putrefactiōis: ḡ lux nō ē for⁹ accn̄talis sz sbalis.

In opᵐ **Contra** nulla forma sbalis ē de ꝯpōne alic⁹ accn̄tis.
Sz sz Aui. 6. nāliū. li. 3. c. 3. lux ē ps ꝯpōis
hui⁹ visibilis q̄ vocam⁹ colorē. ḡ lux nō est forma sbalis.
¶ Itē Isa. 30. erit lux lune sicut lux solis: z lux solis erit
septēplr. Sz forma substātialis solis nō augebif: qꝛ hz eā
in ꝯplemēto. ḡ lux nō est forma sbalis corpis solis.

Rn̄ᵒ **Respondeo** q̄ lux ē forma accn̄talis: q̄ pbari
Lumē eē pōt ex qōne p̄cedēti: vbi pbatū ē
formā ac q̄ nulla for⁹ sbalis cadit p se sub sensu: lux aūt p se visibil'
cidētalē. est. ḡ nō ē forma sbalis. Et pari rōe pbari pt: q̄ nō ē sba
qꝛ nulla sba p se apphēdif sensu. Sz si nō ē sba nec forma
sbalis: cū nō sit mā seqf q̄ sit forma accn̄talis. ¶ Prete/
T. ꝯ. 27. rea aliq sic arguūt sz phz. 1. phy. forma sbalis alicui⁹ sbe
nulli alij pt eē accn̄s. Sz certuz ē q̄ lux: q̄ luna irradiat:
est ei⁹ accn̄s: qꝛ saluata sbe lune p̄uaf ea: cū patitur eclyp/
siz. ḡ seqf q̄ lux corpalis nulli sbe est sbalis forma. ¶ Si
aūt dicas q̄ lux in luna nō est eiusdē spēi cū luce solis: h
stare nō pt: qꝛ ē effect⁹ ipsi⁹ p se vniuoce cāt⁹: luna enī reci
pit ipsaz a sole: effect⁹ aūt p se z vniuoce cāt⁹ ad eādē spēz
Rn̄ᵒ ali/ reducif cū sua cā. ¶ Sz huic rōni rn̄dēt q̄daz sacīr: di/
quorum. cēdo q̄ lux solis: z lumē qd luna recipit a sole: nō sūt q̄li
Lux sol' tates eiusdē spēi: cū pᵃ sit nālr incorruptibilis z 2ᵃ corru
z lune an ptibilis Et hi dicerēt gn̄ōni luis a luce: nō eē vniuocaz.
sint eius/ ¶ Alij dīt q̄ nō trāsit in aliā spēz: vn̄ nō est in spē nisi p
dē spēi. reductiōez sz q̄ isti dīt: z reducif ad illā eādē spēz in q̄ ē
lux in suo fonte: q̄ꝫuis plene ad illā spēz nō attingat.

Ad pᵐ. **Ad primum** in opᵐ cū dī: q̄ nō aliud ē ignis
nisi lumē zc̄. Dico q̄ h dīc dam.
sz opionē quoꝝdā: vn̄ postq̄ꝫ dixit illō verbuz imediate
subiūxit: sicut q̄dā aiunt. Quidā n. estimauerūt lucē esse
ignē puꝝ: z ita estimauerūt ipaz eē sbaz corpeā. Alij estia
uerūt lucē eē sbaz mediā iter corpales sbas z spūales. Di
cētes q̄ lux nō extēsibilis p se: sic sba corpalis: est tn̄ extē
sibilis p accn̄s: q̄ non ꝯuenit sbe spūali: qꝛ nec p se nec p
accn̄s extēdif. Sz ille due opiones in h iprobate sunt: q̄
iprobatū ē lucē eē sbaz. ¶ Ad 2ᵐ dōz: q̄ phs ibi accepit Ad 2ᵐ
lucē p igne in sua sphera: vn̄ ibi nō accepit ppe nomen.
¶ Ad. 3. cū dī: q̄ iter formas corpales: lux ē nobilior zc̄. Ad 3ᵐ
Dico q̄ vez ē iter formas corpales accn̄tales: vn̄ cū Aug.
2. li. d li. ar. dicit q̄ lux ē nobilior auro: h itelligēdū ē nō in
sui nā: sz p ꝯparatiōnē ad holuz vsū: sm̄ quē modū dicere/
mus: q̄ nobili⁹ ē auꝝ q̄ꝫ musca. Cū dicit ēt. 3. li. q̄ in cor
porib⁹ lux tenet pᵐ locū: lucē accepit p igne i sua sphera.
¶ Ad. 4. dōz: q̄ corpa celestia nō cārēt p suos radios lu Ad 4ᵐ
minosos in istis iferiorib⁹ vitā nisi adeēt vi⁹ sue forme sba
lis: z ēt itelligētie mouētis: vi⁹ aūt sbalis corpis lumiosi
trāsmittif ad iferiora cū suis radijs lūinosis. Qō. IIII. Qō. IIII

Quarto q̄rif vtz q̄lz lux cū alia luce sit Ar. pᵒ
eiusdē spēi. Et vī q̄ sic phs. 2. d T. ꝯ. 68.
aia. dīc q̄ aq̄ nō sz q̄ aq̄: neqꝫ aer sz q̄ aer luci
dū ē: sz q̄m ē nā eadē in vtrisqꝫ z in ppetuo su
pi⁹ corpe. Sz sic dicit phs ibidē: lumē ē act⁹ lucidi: sz q̄ T. ꝯ. 69.
lucidū. ḡ oē lumē cū oī luie ē eiusdē nāe: q̄ vez nō esset
nisi q̄lz lux eēt eiusdē spēi cū alia luce: lumē. n. ē q̄dā silr/
tudo z isluētia lucis. ¶ Itē passiōes q̄ isūt plib⁹ p vnaz Secūdo
nāz cōez: sunt eiusdē spēi. Sz sicut dicit Cōmē. sup. 2. de T. cō. 68.
aia. diaphonitas ē in celo z aq̄ sz nāz cōez exn̄tē in oīb⁹:
lz nō hēat nomē. Cū sicut dicit phs sm̄ aliā trāslationē:
lux sit actus diaphani: sm̄ q̄ est diaphanuz: ois lux cum
omni luce eiusdē speciei est. ¶ Itē ille qualitates eiusdē Tertio.
sūt spēi q̄ꝝ act⁹ nāles q eis debenf p se z pᵒ sūt eiusdē spēi
Sz nālis act⁹ q p se z pᵒ debef lucīē mouere visuz. Cū ḡ
videre nō diuersificef sz spēz pp diuersitatē lucis mouē/
tis: q̄lz lux cū alia luce est eiusdē spēi.

Contra magis vr̄ ꝯuenire ignis in carbōe z in flā In opᵐ
ma z in sphera ppa: q̄ꝫ lux elītaris z celesti
cū vna sit in corpe corruptibili alia in icorruptibili. Sed
sicut dicit phs. 5. Top. diuersū ē carbo flāma z lux in spē T. c. 13.
vnūqdqꝫ. n. hoꝝ ē ignis: p lucē itelligēs ignē in mā ppa
ḡ lux elītaris z celestis: nō sūt eiusdē spēi: sūt tn̄ sub eodē
gn̄e. s. sub gn̄e lucis. ¶ Itē diuersi sūt nāles effect⁹ lucis
lune z solis. Cū sol p suos radios nālr calefaciat: z luna
ifrigidet z hūectet: ḡ lux lūe nō ē eiusdē spēi cū luce sol.

Respondeo q̄ nō ois lux cū alia luce ē eiusdē Rn̄ᵒ
spēi: lux. n. elītaris z celestis spē Lux elīta/
differūt: nāles. n. q̄litates coꝛpoꝝ nō ꝯueniētiū vniuoce rie z cele
in p̄ncipijs itrīsecis sbe q̄ sūt mā z for⁹ eiusdē spēi nō sūt stis nō sūt
Ut aūt supi⁹ oñsū ē corpoꝝ nālr incorruptibiliū z corru eiusdez
ptibiliū nō ē vnigenea mā: nec ēt for⁹: vt oñsum ē: lux ē spēi.
nālis q̄litas corpis lucidi. Qꝛ tn̄ pn⁹ itrīseca sbe nō sūt
in corpib⁹ corruptibilib⁹ z icorruptibilib⁹ mō pure equo
coꝛz sz quādā analogiā. Subalitas. n. corpoꝝ corrupti/
biliū imitaf sbalitatē icorruptibiliū: q̄ꝫuis ab ea multuz
deficiat. Iō dici nō dz q̄ lux dicaf de luce celesti z elītari
equoce: sz analogice: lux. n. elītaris ē q̄si q̄daz pticipatio
lucis celestis seu imitatio ei⁹: vn̄ z effect⁹ lucis q sūt lucē
z illumiare reducē colores i actū mouēdi visū defectiue
ꝯueniūt luci elītari reᵘ lucis celestis: vn̄ sunt q̄dā pticipa/
tiōes seu imitatiōes illoꝝ actuū: sz q̄ sūt a luce celesti.

Ad duo pᵃ in opᵐ dōz: q̄ phs z ꝯn̄. ibi loquunf Ad pᵐ
de cōitate analogie: q̄ q̄si me⁹ ē iter cōita/ z 2ᵐ
tē equocā z vniuocā. ¶ Ad. 3. dōz q̄ i luie nō ē act⁹ nāl' Ad 3ᵐ.
lucis: p se z pᵒ ꝯueniēs ei: sz ē act⁹ virtute pōe. Un̄ eiusdez
spēi ē siue sit in luie cādele: siue in luie sol. Sz lucē illūina
re reducē colores i actū: vt possint mouē visū: sūt act⁹ nā/
les lucis sibi p ordinē ꝯueniētes: z qo se hēant iq̄ꝫtū sūt a
luce celesti z a luce corpis corruptibil' dcz ē i corpe q̄lis.

Ad pmū

Ad p^m **Ad primuz** ad partem secundaz dicendū ꝙ bene concludit ꝙ nō omnis lux cum alia luce sit eiusdem spēi. Sed nō ꝑpter hoc sequitur ꝙ lux sit genus ꝑprie: loquēdo ad lucem celestez ⁊ elementarez: quia genus ꝑprie loquēdo vniuoce conuenit speciebus. Ignis autez nō dicitur pure vniuoce de igne in sphera sua: ⁊ de igne qui est in carbone. Ignis enim qui est in carbone ⁊ ignis flāma: sunt quedaz participatiōes ignis qui est in sphera sua cui ꝑmo principaliter ⁊ plene cōuenit ratio ignis. Secūdario autez ⁊ nō pure cōuenit flāme. Sed tertio ⁊ diminute cōuenit igni qui est in carbone. Nec est intelligendū ꝙ ignis in carbone sit corp⁹ aliud a corpore terrestri in quo est: quia duo corpora non possunt nāliter simul esse. Nec ꝙ sit aliqua forma substātialis completa: q: due forme substātiales complete: non possunt simul esse in eadē parte materie. Sed sicut dicit Dam. lib. 3. ca. 15. in gladio ignito seruātur nature ignis ⁊ ferri: ⁊ actiones ⁊ effectus. Et ideo oportet ponere ꝙ illa igneitas que est in carbone: aut est quedā forma substantialis ignis incōpleta: ita ꝙ nec forma ligni seu ferri est ibi cōpleta. Due enim forme substātiales incōplete sil' possunt esse in eadez parte materie: vt multi dicunt. Et ꝑm istos igneitas que est in carbone nō differret a forma ignis in sphera sua nisi sicut forma incōpleta a forma cōpleta in eadez spē: ⁊ pro tāto potest dici igneitatē nō conuenire equaliter vtriqꝫ. Et hi dicunt qui pro tanto dicit phs eas eē diuersas spēs. Aut oportet dicere ꝙ illa igneitas que est in carbone nō est aliqua substātialis forma: sꝫ accidentalis participās aliquā virtutez forme ignis multo magis ꝙ̄ caliditas in aqua bulliēte: vnde ⁊ magis disponit materiā ad formam ignis.

Igneitas in carbone an sit for^a subal' vł accidētalis.

¶ Ad scd̄m dicenduz: ꝙ in luna ⁊ in q̄libet alia stella a sole: duplex est lux. vna sibi naturalis que debilis est ⁊ tenuis: alia non sibi naturalis quā a sole recipit. Prima nō est eiusdē spēi cum luce solis. Secūda tamē ad eandē spēm reducitur cum luce solis. Est enim quedā influentia eius nō equiuoce ab ea causata: nec tamē plene vniuoce. Unde luna per illaz lucem per se nō infrigidat ⁊ humectat: sed per virtutez sue forme substātialis: ⁊ sue naturalis qualitatis: que vi⁹ ab ea imittit' cū radijs luminosis: luci. n. p se nō cōuenit nisi lucē: ⁊ reducē colores in actū vt possint visū mouē.

Consequēter queritur de secūdo principali. Et circa hoc queruntur quattuor. ¶ Primo vtruz lumen educatur de potentia medij. ¶ Secundo vtruz mediū illuminetur in tempore vel in instanti. ¶ Tertio vtruz lux continue producat lumen respectu eiusdez partis medij. ¶ Quarto vtruz lumen sit de essentia coloris.

Qō. I. ¶ Questio. I.

Ar. p^o **Primo ostendo** ꝙ lumē nō educitur de potētia medij: quia omnis forma educta de potētia medij est forma realis. Sed lumen in medio nō est

Secūdo forma realis sed intentionalis. ergo videtur ꝙ nō sit educta de potentia medij. ¶ Item omnis forma educta de potentia medij vel alterius corporis per accidens potest curuari per curuationē illius corporis de cuius potētia educta est. Sed radium luminosum rectuz impossibile est curuari: sicut docet experientia quomodocūqꝫ medium localiter mutetur: ergo nō educitur de potētia me

Tertio. dij. ¶ Item si educeretur de potētia medij: primo educeretur de superficie medij corpori luminoso coniuncta. Primo ergo illuminatū esset superficies. Ergo ⁊ secundo illuminatuz esset superficies: ⁊ sic deinceps. Sed infinite superficies nūqꝫ constituerent aliquam spissitudinē ⁊ sic nūqꝫ mediū illuminaretur in ꝓfundo: qd̄ falsuz est.

Quarto. ¶ Item qua ratione lumen educeretur de potentia medij: pari ratione quacūqꝫ virtus corporū celestiuz ad inferiora trāsmissa. Sed virtus per quā corpora celestia infrigidant inferiora non educitur de potentia medij: quia cuz sphera ignis sit inter nos ⁊ corpora celestia virt⁹ infrigidatiua educeretur de potētia ignis: qd̄ falsum videtur. Cum dicat Augu. 3. super Gen. nō multū post principium: ꝙ cuz possint feruescere cetera elemēta ignis frigescere non potest: ergo vī ꝙ nec de po^a medij educat'.

In op^m. **Contra** lumen in medio forma realis est: cum realē habeat operationē. Sꝫ ois forma realis generabilis ⁊ corruptibilis educitur de potentia subiecti in quo est. ¶ Item Hug. in lib. de sacra. par. 6. ca. 27. dicit: ꝙ opus creationis ⁊ multiplicationis ⁊ adnihilationis soli deo possibilia sunt: ergo productio luminis a luce nō est per viā multiplicationis: ergo videtur ꝙ lux ꝓducat lumē in medio educēdo ipz de potētia eius.

Rn̄o **Responsio** multorū ⁊ magnoruz ad istam questionem est: ꝙ lux producit lumē in medio nō educendo ipsum de potentia medij. Sed multiplicando se ipsam: ita ꝙ lux dicit quandā formam accidentalem existentez in corpore luminoso: lumen autē dicit quandaz formā a luce per multiplicationez causatam existentē in corpore diaphano. Radius nominat lumen directe oppositu3 luci. Splendor dicit lumen reflexum a superficie corporis opaci: maxime politi ⁊ tersi. Et dn̄t ꝙ h positio expressius ponit gignitionez luminis representare gignitionez verbi a patre: ꝙ̄ illa que dicit lumē educi de potentia medij: eo ꝙ sicut pater generat filium de substātia sua: aliqualiter a simili: lux ꝑm istam opinionem generat lumen de essentia sua.

Quid lux lumē radi⁹ splēdor.

¶ Alijs autem videtur quibus magis cōsentio: ꝙ lux producit lumē in medio ipsum educendo de potentia medij: ⁊ quecūqꝫ creatura suam similitudinez producens in medio ipsam educit de potētia medij: quia aliter produceretur non de aliquo. ¶ Qui enim dicūt ipsum lumen produci per primaz viam: non possunt dare de quo fiat nisi originaliter ⁊ ita nō possunt dare nisi principiuz a quo fiat. Nō enim fit de tota essentia lucis: quia eadez essentia creata nō potest tota simul esse in duobus: nec de parte essentie lucis: quia per productionē luminis: lux in corpore lucido nō minoratur. Cuz ergo creatura nō possit aliquid producere non de aliquo. Restat ꝙ lux lumen de potentia medij educit: reducendo vnam partem medij ad actum luminis alia mediāte. ¶ Qui vult tenere hāc secūdaz opinionez potest respōdere ad argumēta in oppositū.

Q. lumē educit' de potentia medij.

pleta siue incōpleta nō possunt naturaliꝭ simul esse: ergo
si esset mixtio ita nō remanerēt ibi elemēta ẜm essentias
Secūdo suas: quelibet pars mixti nō posset mixta esse. ℄ Item
ita sunt cōposita corpora animaliū ex elemētis sicut me-
dij colores ex extremis. Sed in medio colore nō sūt me-
dij colores ẜm eēntias suas nec cōpletas nec incomple-
tas: quia ita simplex qualitas est medi⁹ color: sicut extre-
mus: ergo siliꝭ in corporib⁹ aīaliū nō manēt forme elemē
tares ẜm essentias suas: nec cōpletas nec incompletas.
Tertio. ℄ Itē corpora animaliū nāliter generantur. Sed ignis
de spera sua ad inferiora nāliter nō descendit. ergo in cor
poribus animaliū nō est essentia ignis neqꝫ cōpleta neqꝫ
Quarto. incōpleta. ℄ Itē caliditas ignea adurit: caliditas que ē
in corporib⁹ animaliū naturaliꝭ digerit: ergo caliditas q̄
est in corporib⁹ animaliū nō est ignea.

In opᵐ T.2.90. # Contra
phs in fine primi de generatiōe. mixtio est
miscibiliū alteratoꝝ vnio. ergo videtur ꝙ
in mixtione elemēta alterantur ꝛ vniunꝭ: ꝛ sic in mixto
T.2.37. remanēt ẜm suas essentias incōpletas. ℄ Itē phs. 2. celi
ꝛ mūdi. loquēs de animalib⁹ dicit: ꝙ ipsa generanꝭ ex re
bus cōtrarijs diuersoꝝ locoꝝ: ꝛ nō est aliqua pars ani-
lis in loco suo: quapropter fit: ꝙ animal veterascit ꝛ fini
tur velociter. Hec aūt vera nō essent nisi elemēta ẜm su
as eēntias incōpletas remanerēt in mixto. ℄ Itē Aui.
Cōplō quid ẜm Auicē. lib. 4. de animalib⁹. cap. de ꝯplexione in vii. Complexio
est res accidēs ex cōtrariaꝝ qualitatū operatione in par
ticulis minimis: ꝛ diuidētibus se adinuicē ꝛ tunc in eis
accidit vna qualitas que dicitꝭ cōplexio. Sed ille qualita
tes nō separanꝭ a substātialib⁹ formis: ergo in corporibus
animaliū: cū sint cōplexionata sunt essentie elemētorū
incōplete: in qbus radicanꝭ ille cōtrarie qualitates: que
Aū me- dietatē libri. sunt caliditas: frigiditas: humiditas: ꝛ siccitas. ℄ Item
phs lib. de sensu ꝛ sensato. vltra ꝙ color sit in extremita-
te perspicui terminati. ergo omne corpus coloratum est
cōpositū ex corpore perspicuo ꝛ opaco: ꝙ terminatio p-
spicui est per opacum.

Ad qōnē nō ē ne- cessitatē ppriam pᵃ opi. q̄ pbabiliꝭ sustētat. # Ad istā qōnem
dicūt quidā ꝙ in corpo-
ribus animaliū sunt for-
me substātiales elementoꝝ ẜm suas essentias incōpletas
ꝛ hec opinio multas auctes habet pro se: quarū aliqūe sūt
in opponēdo allegate. Dicit etiā Damas. lib. 3. cap. 16. ꝙ
necesse est dic hominē ex qnqꝫ ad minus compositū esse
naturis. s. quatuor elemētis ꝛ anima. Phs etiā. 2. de ge T.2.49.
neratione. pbat oīa corpora mixta esse cōposita ex qua-
tuor elemētis. Dico. n. sic. Omnia mixta corpora quecū-
qꝫ circa mediū locū sunt: sunt ex omnib⁹ composita sim-
plicib⁹: terra quidē inest omnib⁹: quia vnūquodqꝫ ma-
xime est ꝛ multū in pprio loco: aqua autē inest: qꝛ oꝫ ter
minari cōpositū. Sola autē est simplicium bene termina-
bile aqua. Amplius ꝛ terra sine humido nō pōt cōmora-
ri. Sed hoc est ꝙ cōtinet terrā. s. si auferatur ex ipsa oīo hu A.l.s.n.
midū decidit vndiqꝫ terra. s. in pulueres. igiꝭ ꝛ aqua p-
pter has inest causas: ꝛ postea statī pbat: ꝙ insunt ignis
ꝛ aer: ꝛ postea ꝯcludēdo dicit ꝙ in omni composito sim
plicia inerūt. Cōmen. etiā super. 12. meta. dicit: ꝙ mate- Com. ii
ria pma habet habilitates ad recipiendū primas cōtra-
rietates. s. formas quatuor elemētoꝝ. Secūdo vero habz
potētias cōsimiliū partium mediantib⁹ formis quatuor
elemētorū: ꝛ ille potentie diuersanꝭ ẜm mixtiones diuer
sorū quatuor elemētorū: ꝛ ratiōe hui⁹ diuersantur forme gene
rabiliū. ℄ Preterea ad hoc est ratio. In animalib⁹ enim
est principiū corruptionis intrinsecū. Unde ẜm doctri-
nam medicoꝝ calidū naturale: qđ fundatur in humido
radicali cōtinue depascit ipsum humidū: ꝛ ipso humido
radicali cōsumpto destruiꝭ calidū ꝙ in ipo radicabatur:
et sic causatur mors. s. per destructionē naturalis humi- Cā mor- tis.
di: ꝛ naturalis calidi: vnde corpora mortuoꝝ efficiuntur
frigida ꝛ sicca. Si autē in corporib⁹ mortuoꝝ non essent
forme elemētorū ẜm suas essentias incōpletas videꝭ ratio
ꝙ in eis nō esset principiū actiuū corruptionis intrinse-
cū. ℄ Preterea ẜm phm. 2. de generatione. ex eisdē nu T.c.50.
triuntur oīa ex qbus sunt. nos autē videmus: ꝙ ad nu-
trimentū plante ministratur aqua ꝛ terra: ergo videtur
ꝙ incōpleta forma terre ꝛ aque in plāta sunt: ꝛ pari rōe
in corporib⁹ animaliū: ꝛ si ibi est forma terre ꝛ forma aq
ibi est forma aeris ꝛ ignis: ꝛ sic videtur arguere phs scḋo
de generatiōe. ℄ Alij dicūt ꝙ forme elemētares ẜm suas 2ᵃ opi.
essentias nullo modo sunt ī mixto: quia cū quelibꝫ pars T.2.49.
mixti sit mixta: ẜm phm. pmo de generatione. oporteret T.cō.86.
ꝙ ille forme essent simul in qualibet parte māe corporis
animalis. Cū ergo forma aque maiores reqrat dimēsio-
nes ī mā sua q̄ꝫ forma terre: ꝛ forma aeris q̄ꝫ forma aque:
ꝛ forma ignis q̄ꝫ forma aeris. sequereꝭ ꝙ eadē pars ma-
terie simul esset sub maiori quātitate ꝛ minori qđ est im-
possibile. Et preterea dicūt ipsi forme elemētares nō re- A.l. sba- les.
cipiūt magis ꝛ min⁹: ꝛ cōstat ꝙ ẜm suas essentias com-
pletas forme elemētoꝝ nō possunt ī mixto esse: ergo nul
lo mō. Dicūt ergo isti ꝙ pro tāto dicunꝭ corpora aīaliū
esse cōposita ex quatuor elementis: qꝛ in eis est forma q̄
media inter formas elemētares aliquā ꝯueniētiā habēs
cū forma cuiuslibet elementi: vnde ꝛ qualitates actiue ꝛ
passiue que sunt in corporib⁹ animaliū aliquā cōuenien
tiā habēt cū qualitatibus actiuis ꝛ passiuis: que sunt in
elemētis: sunt tn̄ tēperatiores: nec mirū est si vnā formā
in corporib⁹: que mixta dicūtur cōsequūtur iste quatuor
virtutes: cū tamē nō cōsequanꝭ formā elemēti vnius: qꝛ
bn̄ videm⁹ ꝙ virtutes q̄ ab inferiorib⁹ p plura pticipanꝭ
ꝛ nā sublimiori pticipanꝭ p vnum.

Qui vult tenere
opinionē primā potest di- Sustētat pᵃᵐ opi.
cere. Ad primū in opposi- ideo dī
tum ꝙ q̄uis forme elemētares ẜm suas essentias incom Ad pᵐ.
pletas sint in corporib⁹ animaliū: tamē quelibet pars il-
lius corporis est mixta: quia forme elemētares incōplete
simul sunt in qualibꝫ parte māe corporis mixti: q̄uis. n.
due forme substātiales cōplete nō possint simul eē in ea-
dē parte māe: tn̄ ẜꝫ suas essentias incōpletas simul pos-
sunt esse: sicut pꝫ in ferro ignito. Dicendū ergo ꝙ ele- Qūo fit mixtio.
menta in mixtione diuidunt se vsqꝫ ad partes minimas
ẜm sensum: ꝛ ille partes trāsmutant se: ita ꝙ vna corrū-
pit in alia ꝯplemētū forme substātialis illius: ꝛ ecōuerso.

Et vna etiã educit de materia alterius aliquam inchoationem sue forme ⁊ ecõuerso: ita ꝙ in qualibet illarũ particularium sunt forme substãtiales quatuor elementorum quantũ ad aliquas inchoationes earũ: licet sit sᷣm suas incõpletas essentias: ⁊ sic per virtutẽ conciliantẽ elemẽta ad mixtionẽ vniuntur: ⁊ fit ex illis vnũ corpus: in cuius qlibet parte sunt oẽs quatuor forme modo predicto q̃uis non sᷣm eandem ꝓportionem in qualibet parte: quia in aliqua parte plus accedũt ad cõplemẽtũ sua forma elemẽtorum acti[uo]rũ q̃ passiuorũ in alia parte ⁊ econuerso: ⁊ per illã diuersam ⁊ diuersam ꝓportionẽ diuersificantur

Fit alio⁹ mixtio.

mixta: ⁊ partes in heterogeneis mixtis. ¶ Uel põt dici ⁊ ꝓbabilr: ꝙ etiam ꝯtingit fieri mixtionẽ: per hoc ꝙ tria elemẽta agunt in quartũ de materia eius educendo formas suas citra cõplementũ: ⁊ remittẽdo formam quarti destruẽdo eius complementũ.

Ad 2ᵐ

¶ Ad scd̃z dicunt forte quidã: ꝙ in coloribus medijs sunt extremi colores sᷣm suas essentias incõpletas: ⁊ sᷣz ꝙ sunt in alia proportione cõstituunt diuerse spẽs colorũ mediorũ: ⁊ sᷣm h̄ colores medij in eẽntia nõ sunt ita simplices sicut extremi. ¶ Uel põt argumentũ solui per interemptionẽ maioris: q2 nõ est talis necessitas ponẽdi incõpletas essentias extremorũ colorũ in cõstitutiõe coloris medij: sicut in cõpletas essentias formarũ elemẽtariũ in cõpositione corporis animalis ⁊ cuiuslibet mixti.

Ad 3ᵐ

¶ Ad tertium dicũt ꝙ nihil de essentia ignis descẽdit inferius ad ꝯpõnẽ mixti Sed per actionẽ virtutis cõciliãtis elemẽta ad mixtionẽ cooperãte aliquo modo alia influẽtia spere ignis educitur forma ignis de m̃a alterius elemẽti: de cuius materia alia duo elemẽta educũt formas suas sᷣm aliquẽ gradũ incõpletũ in illa ꝓportiõe quã exigit forma cõpletiua illius mixti ad quã disponit illa mixtio elemẽtorum.

Ad 4ᵐ

¶ Ad quartũ dõm: ꝙ caliditas ignea in humano corpore nõ adurit nec in corpore brutorũ: q2 est ibi temperata ꝓpter hoc ꝙ nõ est ibi ꝯpleta: sed corporis illius nature ꝓportionata: ⁊ agit in virtute ipsius anime multo magis q̃z in virtute ꝓpria.

Ad rões scd̃e opi.

¶ Ad rationes autem adductas in corpore questiõis pro alia opinione respondent dicendo

Ad pᵐ

ad primã ꝙ generãs mixtũ: q2 nõ intendit eductionem formarũ elemẽtariũ in ꝓportione supradicta nisi ꝓpter formã cõpletiuã illius mixti: ideo non educit de materia dimensiones ꝓportionatas forme illius elemẽti vel istius: sed ꝓportionatas completiue forme ipsius mixti.

Ad 2ᵐ

¶ Ad aliã rationẽ respondent per interemptionẽ huius ꝙ dicebat formas elemẽtares nõ recipere magis ⁊ min⁹. Recipiunt enim magis ⁊ minus sᷣm ꝙ superius ostensũ ẽ.

T. ꝯ. 84.

¶ Qz etiã dicit ph̄s p̄mo de generatiõe de elementis in mixto: ꝙ nec corrũpuntur nec alterũ nec ambo. Saluatur eniz virtus eorũ. Dicũt isti esse intelligendũ modo supradicto .s. ꝓpter manẽtes incõpletos gradus eorũ in quibus saluatur virtus eorũ incompleta.

Sustẽtat sᷣm opi. ideo dẽ Ad pᵐ

Qui vult tenere opinionẽ aliã potest dicere ad primũ in oppositũ ꝙ illa alteratio de qua ibi loquitur ph̄s nõ est alteratio ꝓprie dicta: que est qualitates sensibiles tantũ. Sed extẽdit ibi nomẽ alterationis ad corruptionem formarũ elementariũ sᷣz se totas: ⁊ generationẽ forme mixti in materia etiã eorũ.

Ad alia duo ⁊ ad oẽs ar⁹ ꝓ pᵃ op. dicẽ insil.

¶ Ad alia duo ⁊ ad alias oẽs auctoritates allegatas pro p̄ma opinione in corpore questiõis dicunt illas debere ita intelligi ꝙ in corporib⁹ mixtorũ sunt forme elemẽtares: nõ quãtũ ad essentiã vllo modo: sed q̃ntũ ad aliquã virtutẽ earũ: eo modo quo dictũ fuit in declaratione istius opinionis. Dicũt etiã ꝙ per istam viã bene potest poni principiũ actiuũ corruptionis intrinsecũ in corporib⁹ animaliũ inquãtũ vna pars magis habens virtutẽ calidi q̃z frigidi trãsmutat aliã: que nõ tãtũ debet habere de virtute calidi ad caliditatis excessũ Et sic potest dici de virtutib⁹: ⁊ per istã viam per actionẽ intrinsecã potest corrũpi armonica ꝓportio illarum virtutũ: que necessaria est ad naturã illius mixti.

¶ Ad quartũ dõm: ꝙ nõ sic debet intelligi verbũ ph̃i: ꝙ illa perspicuitas fit in corpore colorato per naturã vnius corporis: ⁊ eius creatio per naturã alterius. Sz ꝙ sunt in corpore per talem formã per quã corpus partiz participat perspicuitatẽ ⁊ partim opacitatẽ. ¶ Q. ö. II. Ad 4ᵐ

Q. ö. II.

Secundo queritur vtrũ in corporib⁹ animaliũ elemẽta actiua predominẽtur passiuis quãtũ ad virtutẽ: ⁊ videtur ꝙ nõ. Ph̄s p̄mo celi ⁊ mũdi. sunt motus corporũ compositorũ diuersi: verũtamẽ motio illorũ est per motũ corporis simplicis vincẽtis sup ipsũ: sed corpora animaliũ naturalr mouent ad locũ terre ⁊ aque nõ ad locum aeris ⁊ ignis: ergo terra ⁊ aqua vincũt aerẽ ⁊ ignẽ in corporibus animaliũ: ergo predominant quãtũ ad virtutẽ.

Ar. pᵒ

T. ꝯ. 7. li. I. sᷣz tñ.

Secũdo

¶ Itẽ magis debẽt denominari corpora ab elemẽtis dominãtibus sᷣz quãtitatẽ virtutis q̃z sᷣz quantitatẽ molis. Sed Geñ. i. Omnia animalia dicũtur facta ex terra ⁊ aqua. Ergo terra vel aqua p̄dominãtur quantũ ad virtutẽ in corporib⁹ animaliũ.

Tertio.

¶ Itẽ illud quãtũ ad virtutẽ predominat in corporib⁹ animaliũ in quo est radix vite. Sed vita radicatur in humido radicali: ergo humiditas maxime dominat quãtum ad virtutẽ in corporibus animaliũ. Cũ ergo humiditas sit qualitas passiua sᷣm ph̄m. 2. de generatione videtur ꝙ elemẽta passiua p̄dominentur in corporib⁹ animaliũ.

T. cõ. 8.

Contra Aug. 3. super Geñ. bene post principiũ dicit ꝙ aĩa cui vis sentiẽdi inest: cũ corpora nõ sit per subtilius corp⁹ agitat vigorẽ sentiẽdi. Sz subtiliora elemẽta sunt elemẽta actiua: ergo in corporib⁹ animaliũ elemẽta actiua quãtum ad virtutẽ predominãtur passiuis.

In opᵐ.

Secũdo

¶ Itẽ sᷣm ꝙ põt trahi ex sñia ph̃i. lib. de morte ⁊ vita. Uita cõsistit in calido ⁊ humido de difficili exiccabili. Sed caliditas nõ inuenit nisi in aere ⁊ in igne humiditas: de difficili exiccabilis est humiditas aerea: ergo in corporib⁹ animaliũ maxĩe p̄dominãtur quãtũ ad virtutẽ ignis ⁊ aeris que sunt elemẽta actiua.

In qb⁹ ꝯsistit vita

Respondeo ꝙ omnib⁹ pensatis in corporibus animaliũ elemẽta actiua: que sũt ignis ⁊ aer: predominãtur quãtũ ad virtutẽ elementis passiuis: que sunt terra ⁊ aqua: passiua vero p̄dominantur quãtũ ad quantitatẽ molis. Si eniz elemẽta passiua p̄dominarẽtur quãtũ ad virtutẽ: nõ essent apta corpora ad suscipiendũ influentiã sensus ⁊ motus: per animã: sic nec corpora mineralia. Si autẽ elemẽta actiua p̄dominarent quãtũ ad quãtitatẽ molis: tũc nõ esset in corporib⁹ sufficiẽs soliditas ꝓpter raritatẽ ignis ⁊ aeris: ⁊ etiã elementa passiua ꝓpter debilitatẽ virtutis nimis cito corrũperẽtur ab elemẽtis actiuis ꝓpter iꝓportionẽ superabundãtie virtutis elemẽtorũ actiuorũ supra virtutẽ passiuorũ. Est autẽ gradus determinatus vltra quẽ virt⁹ elemẽtorũ actiuorũ nõ põt excedere virtutẽ elementorũ passiuorũ salua illa ꝓportione: que necessaria est in corporib⁹ animaliũ: ad operatiões vite ⁊ sensus ⁊ bonã corporis ꝯsistẽtiã. Et gradus vltra quẽ opz virtutem elementorũ actiuorũ excedere v̄tutẽ elẽtorũ passiuorũ: ad h̄ vt corpus sit aptũ ad recipiendũ animalẽ vitam.

Ad q̃onẽ ⁊ ẽ bimẽbris ꝯcl̃o

Gradus existẽtis elẽtorũ vltra q̃z actiua sit excedit passiuã.

Ad primum in oppositũ dicũt qdã ꝙ cũ graue ⁊ leue cõsequãtur raritatem ⁊ densitatẽ: que sunt in cõposito rõne m̃ae: ⁊ motus nãlis fit in corporib⁹ generabilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹ per naturã grauitatis ⁊ leuitatis: ꝙ corpora mixta mouent sᷣm exigentiã illius elemẽti: qd̃ predñatur in eis quantũ ad materiã: ⁊ sic dominãtur in corporib⁹ mixtis corpora passiua. Sed cõtra h̄ est: quia nõ semper corp⁹ densius est grauius: quia plũbũ grauius est ferro: ⁊ tamẽ rari⁹. ¶ Preterea q̃uis corpora mixta moueant rõne materie ⁊ tamẽ

Ad pᵐ

Ꝯtrium.

moueñt

movent se rõne forme: ergo predominatio alicuius ele/
Scdʒmẽ tẽ ꝓpriã. menti ꝯm materiã nõ videtur ratio vt illud mixtuʒ ꝯm
exigentiam illius elementi moueat se. ¶ Uidetur ergo
mihi dõm ꝙ illud verbũ phi intelligit de victoria quã/
tuʒ ad predominãtiã quãtitatis molis:inquãtuʒ mixtio
in qua est talis predominãtia:disponit ad talem formaʒ
mixti cõpletiuã que determinatur ad mouẽduʒ mixtuʒ
ad illam partẽ:ad quaʒ moueretur per suã formã elemẽ/
Ad 2m tuʒ ibi predominãs quantũ ad molem. ¶ Ad secunduʒ
dicendũ ꝙ magis denominãtur corpora animaliũ ab ele
mentis predominãtibus ꝯʒ quãtitatẽ molis q̃ʒ ab elemẽ
tis predominãtibꝰ quantũ ad quantitateʒ virtutis:quia
quãtitas molis nobis est sensibilior:ꝛ quia mixtũ dicitur
fieri de elemẽtis ꝓportionatis modo supradicto in pre/
cedẽnti tã q̃ʒ de materia ꝓxima. Ideo denominãtur ab
elemẽtis que plus habẽt de rõe materie:cuiusmodi sunt
elemẽta passiua. Et etiã q: naturalis motus omniũ mix
toruʒ est ad illã partẽ ad quã mouẽtur elementa passiua.
Ad 3m ¶ Ad tertiuʒ dõm:ꝙ vita radicatur in humido aereo:
Uita ra/ quãtũ ad predominãtiã sicut in ꝑncipio magis passiuo:
dicat in ꝛ est per calidũ aereuʒ ꝛ igneũ tanq̃ʒ actualiori ꝑncipio
humido vnde patet ꝙ ad actiones vite aialis plus cõfert virtus
aereo. aeris ꝛ ignis:q̃ʒ terre ꝛ aque.

Consequẽter queritur de secũdo principali. Et circa
hoc querũtur duo. ¶ Primo vtruʒ sit aliqd
in materia de quo fiant brutoruʒ anime: ꝛ alie
corruptibiles forme. ¶ Secundo vtrum anime bruto/
Q̃õ.1. rum sint extense. ¶ Questio. I.

Ar.ꝑo # Primo ostendo ꝙ i materia nõ sit aliqd de quo
fiant brutorũ anime ꝛ alie corruptibiles forme:
Quia illud non est tota essentia forme:q: sic for
me nõ generarẽtur:sed essent materie cõcreate nec pars
essentie forme:q: ita difficile est vnã parteʒ forme fieri de
nihilo:sicut totã nec aliquid purum possibile:q: aliquid
purũ possibile esse videtur includere cõtradictionẽ: cuʒ
Secũdo esse sit actus. ¶ Iteʒ si est aliquid in mã de quo fiat cor/
ruptibilis forma:aut illud est trãsmutabile in formã:aut
nõ si sic.desinit esse ꝙ erat:ꝛ ita in ꝓductione forme fie/
ret alicuiꝰ rei adnihilatio ꝙ incõueniẽs videtur. Si nõ
Tertio. ergo de illo nõ fierẽt forme. ¶ Itẽ phus.7.meta.probat
T.c.22.ꝛ ꝙ forma nõ generatur: nisi q: cõpositũ generatur: ergo
27. illud de quo fit forma.nõ est aliud:q̃ʒ illud de quo fit cõ
positũ. Cũ materia ergo sit de quo fit cõpositũ:nõ opor
Quarto. tet vltra h̄ ponere aliquid de quo fiat forma. ¶ Item si
esset aliquid in materia transmutabile in formã: tunc cũ
forma per naturã corrũperetur:resolueret in illud: quia
T.c.45. sic dicit phs.3.phy. Omne resoluitur in hoc ex quo est:
ꝛ tunc pari rõne illud idẽ iterũ posset trãsmutari in for/
maʒ:ꝛ sic forma corrupta posset reduci eadẽ numero per
T.c.70. naturã:qḋ est ꝯtra phʒ.2.de generatiõe.
In opm

Contra forme respectu quaruʒ materia est in pura
potẽtia receptiua:nõ fiunt per naturã:sed
per creationẽ. Unde nõ obstante ꝙ corpus sit in potẽtia
receptiua ad animã intellectiuã:tamẽ quia nõ est corpo
re aliquid de quo fiat anima intellectiua:ipsa nõ genera/
tur:sed creatur:ergo cũ anime brutoꝝ ꝛ alie generabiles
ꝛ corruptibiles forme:nõ ꝓducãtur per creationem.sed
per naturã videtur ꝙ mã sit aliquid de quo fiant ille for
Secũdo me. ¶ Item Aug.lib.3.de trini.cap.7. Omniuʒ rerum
que corporaliter visibiliterq; nascũtur: occulta quedam
sciẽtia in istis corporeis mũdi huius elemẽti latent: alia
iam sunt cõspicua oculis nostris ex fructibꝰ animantibꝰ:
Alia vero illa occulta istorũ seminũ semina:vnde iuben
te creatore ꝓduxit aqua prima natatilia ꝛ volatilia:terra
sui generis germina ꝑma:ergo videt ꝙ forme brutoꝝ ꝛ
herbarũ,a ꝑncipio facte fuerũt de aliquo mãe ꝯcreato.

Responsio aliquorum ad hanc questionẽ est: ꝙ Ad rõnẽ
non opʒ ponere aliquid in materia ꝯʒ mẽteʒ
de quo fiat forma:eo ꝙ nõ generatur forma: nisi q: gene/ aliorũ ꝑo
ratur cõpositum ꝯm doctrinã phi.7.meta. ¶ Sed h̄ re/ oõi.
sponsio non videtur sufficiens:q: q̃uis perfectio prius T.c.22.
ordine nature attingat totuʒ q̃ʒ partes: tñ in via genera ꝛ.27.
tionis:que est ꝓcessus de imperfecto ad perfectuʒ prius ꝯ opi.ista
est ordine nature ꝓductio partiuʒ:q̃ʒ totius inquantuʒ tur ꝓ.
partes sunt quedaʒ ꝑncipia totius:ꝛ ꝑncipia sunt prio/
ra naturalr ꝑncipiato. Cuʒ ergo forma sit ꝑncipalior pa
cõpositi prius ordine nature est ꝓductio forme q̃ʒ cõpo/
siti:ergo cõpositũ ꝓducitur:quia forma in mã ꝓducitur
opʒ ergo dare aliquid in fundamẽto transmutatiõis: de
quo forma:que per naturã ꝓducitur fiat:verbũ aũt phi
in respõsione argumentoꝝ soluetur. ¶ Preterea q̃uis Secũdo
in iustificatione peccatoris de non grato fiat gratus per
gratie infusionẽ:tamẽ quia anima nõ est aliquid de quo
fiat gratia:sed est in sola potẽtia receptiua ad eam gratia
nõ fit in ipsa:nisi per creationẽ:ergo similr q̃uis de non
animali fiat animalis:ꝛ de nõ plãta fiat plãta: tamẽ si nõ
esset dare aliquid in fundamento mãe:de quo fierent ille
forme:nõ possent fieri nisi per creationem:qḋ falsum est.
¶ Si dicas ꝙ nõ valet:q: per h̄ de materia fit cõpositũ Rñº
ꝙ ipsa substãtialiter trãsmutatur. ¶ Cõtra h̄ arguo sic. Instãtia
Ipsuʒ substãtialiter trãsmutari nõ põt nisi quadrupliciter Mãm
ter intelligi. s. aut q: recipit formã:aut q: trãsmutatur in trãsmuta
eaʒ ꝯm aliquid sui:aut ꝯm se totã:aut q: ꝯm se totã in cõ ri ꝯtigit
positũ trãsmutatur. Si ꝑmo modo tunc restat eadẽ dif q̃drupĺr.
ficultas:que prius.s. vnde fit illa forma. Si secũdo modo
habeo ꝓpositũ:q: illud mãe qḋ trãsmutatur in formam
quicquid sit illḋ est illud:de quo fit forma. Si tertio mõ
adhuc fieret forma de tota mã nõ remaneret mã pars cõ
positi:qḋ ipsi negãt:ꝙ eniʒ ꝯm se totũ in aliud trãsmuta
tur:nõ remanet id qḋ erat. Si quarto modo eẽ h̄ nõ põt
nisi trãsmutetur in formã:q: ꝙ trãsmutatur in cõpositũ
trãsmutatur in ipsuʒ:aut rõne materie:aut ratõe forme:
aut ratione vtriusq;:sed mã nõ potest nãliter trãsmuta/
ri in cõpositũ rõne materie ꝛ forme simul:quia mã non
potest trãsmutari in seipsam. ¶ Aly dicũt ad questionẽ 2a opi.
ꝙ in fundamẽto mãe est aliquid de quo fit forma corru/ ꝯ opionẽ
ptibilis:ꝛ h̄ est aliquis gradus essentie illius forme. Sed
hec etiã rñº nõ videtur sufficiẽs:q: aut ille gradus trãs/
mutatur in aliuʒ gradũ:aut nõ. Si nõ:nõ video quomo
do de illo fiat alius gradus. Si sic iam ille prior gradus
nõ remanet:q: impossibile videtur ꝙ vna res trãsmute
tur in aliã:ꝛ remaneat idẽ ꝙ erat ante. Sed forma gene/
rata manet:ꝛ quelibʒ portio sua ꝓportio sue essentie sit
forma resolubilis in plures partes actualitatis. Restat 3a opi.
ergo ꝙ ille gradus predictus nõ fuisset aliqua portio for ꝯ opionẽ
me generande. ¶ Aly dicunt ꝙ de quo fit corruptibilis
forma per naturã:est tota essentia forme:que est cõcreata
materie sub aliquo esse actuali incõpleto. ¶ Sʒ h̄ respõ
sio nõ videtur sufficiens:q: quantũ est de essentia forme
in materia:tãtuʒ est ibi de actuali existentia illius forme:
si materie essent cõcreate tote essentie formarũ generabi/
lium ꝛ corruptibiliũ:fuissent illi ꝯcreate in pleno actua
li esse. Unde predicta opinio ponere videtur latitatiõeʒ
formarũ in materia:que opinio a phis magis autenticis
reprobatur. ¶ Preterea cũ diffinitio indicet quiditatẽ
rei posset dici ꝙ in aere essʒ illud qḋ indicatur per diffi/
nitionẽ ignis:q: essentia forme ignis materie coniuncta
sub quacũq; actualitate essentiã ꝛ quiditatẽ ignis consti
tuit. ¶ Preterea ꝯm illã viam nõ euaderetur h̄ incõue
niens.s. quin per naturã fieret aliquid de nihilo:quia illa
opinio nõ potest dare de quo fiat graduʒ essendi comple
tus. ¶ Uidetur ergo mihi dicenduʒ:ꝙ in materia: per Ad q̃õnẽ
quã intelligo fundamentũ nature est aliquid purũ possi ꝯʒ mẽteʒ
bile:qḋ per naturã est transmutabile in formã generabi/ ꝓpriã.

lem ⁊ corruptibilem ratiōe cuius essentia talis forme: to
ta est in materia sub esse incōpleto vocando esse incōple
tum nō esse actuale imperfectuꝫ: sed esse purū possibile.
Instātia. ¶ Et si dicatur materia est quid compositum ex actuali
actione infima ⁊ possibili nō tantum possibilitate: que
dicit solā relationeꝫ vel negationē actualitatis perfectio
nis potest dici ꝙ predictuꝫ principiū purū possibile: est
ipsa possibilitas positiua: que est de ratione materie: tāꝗ̄
Rñº pars eius infimior. Cui opinioni videtur cōcordare Cō
Coñ.3. mētator super .8. meta. dicēs ꝙ illud quod fuit in poten
tia est in actu: h̄ est ꝙ illa possibilitas trāsmutatur in ac
tualitatem que est forma: ⁊ forte aliqui antiquorum qui
Op. anti sub forma omnē actualitateꝫ comprehendebāt materiā
quoꝝ. vocabant istud principiū purū possibile: ⁊ ideo aliqui il
lorū dicebant: māꝫ nō esse de essentia cōpositi: sed tran
sire in actualitatē que ꝑducitur per naturā. Melius tñ
est vt per naturaꝫ intelligamus infimū actualitatis gra
duꝫ: quē in generabilibus ⁊ corruptibilibꝰ natura potest
ad cōplementū reducere vel disponere: ⁊ per predictum
principiū purū possibile intelligamus passiuā potentiaꝫ
materie: nō illaꝫ qua materia potest ipsaꝫ recipere formā
quia illa sola ratione differt a mā: sꝫ per quā mā ita se hꝫ
ad formā: ꝙ de ipsa est educibilis per naturaꝫ. Et de ista
duplici potētia passiua in mā superius dictū est. dist. 12.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositū dōm: ꝙ illud in mā
de quo fit forma: dicitur puꝝ pos
sibile: quia nō habet actualitatē ꝓpriam: est tamē per ac
tualitatē alienā: vnde illud principiū purū possibile po
nere esse per se: includeret cōtradictionē nō enim potest
dici esse in actu: nisi quia concretū est alicui actualitati:
nō est autē nobis cognoscibile nisi per argumentationeꝫ
vel priuatiue .s. remouēdo omnē actualitatē: vel per cō
Ad 2ᵐ parationeꝫ ad formā. ¶ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ illud principiuꝫ
possibile est transmutabile in formaꝫ: nec tamē adnihila
tur: q2 ꝗ̄uis non maneat purū possibile: sicut ante erat:
manet tamē actualitas forme: in quā trāsmutatur: ꝗ̄uis
Vid̄ i 4º enīꝫ substātia panis trāsubstātietur in corpus xp̄i nō tñ
sn̄iaꝝ. adnihilatur: q2 ꝗ̄uis nō remaneat panis substātia: manet
Differt tamē corpus xp̄i: in qd̄ transmutatur: ꝗ̄uis autem inter
trāsmuta istas trāsmutationes multa sit dissimilitudo: q2 in sacra
tio panis mento altaris trāsmutatur substātia cōposita in substan
in corpꝰ tiam compositā nullo cōi manēte: h̄ autē transmutatur
xp̄i a trās possibibile in formā fundamēto nature cōi manēte. In
mutatiōe sacramēto etiā altaris transmutatur vna essentia actua
mãe i for lis in aliaꝫ essentiā actualem: h̄ auteꝫ transmutatur pura
maꝫ. possibilitas in actualitatē. In sacramēto etiā altaris trās
mutatur panis in aliquid actu preexistens: hic aūt possi
bilitas nō transmutatur in aliquid actu preexistēs: quia
forma in quā trāsmutatur actu nō preexistit: ⁊ multe alie
sunt dissimilitudines: tamē h̄ exemplū in h̄ facit ad ꝓpo
situm meū ꝙ per ipsuꝫ manifeste declaratur illud nō ad
nihilari: qd̄ in aliud trāsmutatur: ⁊ nō maneat ꝙ erat añ.
Ad 3ᵐ ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ illud verbum ph̄i. 7. meta .s. ꝙ for
T.c. 22. ma nō fit sed compositū: restringi debet ad factioneꝫ rei
⁊. 27. complete per se stantis naliter cuiusmodi est substantia
Ad 4ᵐ composita: ⁊ nō corruptibilis forma. ¶ Ad quartū dōꝫ
ꝙ cuꝫ forma generabilis corrūpitur per naturā resoluit
in ꝑncipiuꝫ pure possibile: sed nō illud idem in numero
ꝙ fuit transmutatuꝫ in ipsam: sed in aliud sꝫ ꝙ vna res
pure possibilis potest dici aliud ab vna re possibili: q̄ nō
est ipsa: ⁊ est alietas potētialis: ⁊ etiaꝫ si illud principium
puruꝫ possibile transmutatur in formeꝫ nō trāsmutabi
tur in eadeꝫ numero: que resoluta fuit in ipm: sed in aliū
Et ideo ex predicta positione nō sequitur eandē formaꝫ
in numero posse reduci per naturā. ¶ Auctoritas Aug.
A. I. redu exposita est dist. precedenti in illa questiōe. vtrum in mā
ci. vnius elemēti sit potētia actiua ad formā alterius elemē
ti in solutione pmi argumenti. ¶ Qō. II.

Secundo queritur vtruꝫ anime bruto Qō. 13.
ruꝫ sint extense. Et videtur
ꝙ nō. Autor de spū ⁊ anima. cap. 8. sic ait. Dici Ar. pᵒ
tur spūs anima siue hois siue peccatoris: sꝫ spi
ritus nō sunt extensi: ergo anime brutorū nō sunt extēse.
¶ Item forma extensa nō est principiuꝫ actiuū motus: Secūdo
nisi ad alterā partem determinate: vt patet in forma gra
uiuꝫ ⁊ leuiū. Sed bruta per suam animaꝫ possunt se mo
uere ad oppositas partes pōnis: ergo aie brutoꝝ nō sunt
extense. ¶ Iteꝫ sola quātitas est extensa per se sola: quali Tertio.
tas per accidēs. Sed anima brutorū neqꝫ est quātitas ne
qꝫ est qualitas: sed substātialis forma: ergo nō est extensa
neqꝫ per se: neqꝫ per accidēs. ¶ Iteꝫ anima sensitiua cō Quarto.
tinet partes corporis bruti ꝺm ph̄m. 1. de anima. Sed sꝫ T.c. 90.
ꝙ videtur ibidē velle ph̄s nō posset continere corpus si T.c. 91.
ipsa esset partibilis: ergo videtur ꝙ ipsa partibilis nō sit ⁊ infra.
Sed si esset extēsa: esset partibilis: ergo nō est extensa.

Contra cuꝫ partes anguille diuiduntur: partes re In opᵐ
manent viuētes ⁊ sentiētes: ꝙ nō esset ni Vide sn̄
si eius anima per diuisionē corporis diuideret. diuidi aūt aia. t. cō.
nō posset nisi esset extēsa. ¶ Iteꝫ cum anima bruti edu 93. T. 2. L.
catur de potētia materie: nō per creationē: sꝫ ꝙ videtur c. 20.
velle Aug. 13. de ciui. ca. vlt. Sed si nō est extensa: pari ra
tione nec alie substātiales formeque educūtur de poten
tia materie. Sed alie que educūtur de potentia materie
extenduntur: ergo ⁊ iste.

Ad istaꝫ qōnem dicunt aliqui ꝙ aīe bru Ad qōnē
toruꝫ sunt extense: nō per sꝫ mēteꝫ
se: sed per extensioneꝫ materie innitentes experientie in aliorꝫ quā
opponēdo allegate ad hanc partem de diuisione anguil ista mā
le. ¶ Rationi etiaꝫ innituntur sic. anima enim sensitiua tenet ꝓ
bruti de potētia materie educitur. Unde de ecclesiasticis babilr.
dogmatibus. ca. 16. pecudū anime cuꝫ carne ipsa carnis
viuacitate nascuntur: ⁊ cum carnis morte finiuntur. In
qualibet auteꝫ parte materie ipsius bruti: que animatur
anima sensitiua: prefuit ꝑncipiuꝫ purū possibile trāsmu
tabile in ipsaꝫ: nec ꝓbabile vꝫ: ꝙ in q̄lꝫ pte mãe fuit totū
q̄ de q̄lꝫ pte mãe bruti aīati aīa sensitiua educta est aliq̄
pars ipsius anime sensitiue: ꝺm ergo vnam sui parteꝫ est
in vna parte materie: ⁊ ꝺm aliaꝫ in alia parte qd̄ nō esset
verū si nō esset extensa ꝺm extēsionē sue materie. ¶ Alij Op. 2ᵃ q̄
dicunt ꝙ nō est extensa. Sed est in qualibet parte corpo etiā ꝓba
ris tota: quia vt videtur eis: aliter nō posset corpus mo bilr sustē
uere localiter ꝺm oppositas partes positionis. ¶ Et pre tat infra.
terea nō dicunt: aliter nō sentiret tota in qualibet parte
corporis. Cuius cōtrariuꝫ videtur velle Aug. in epistola
ad Dioscho: ⁊ in pluribꝰ alijs locis. ¶ Preterea vt vi
detur eis si esset extensa discōtinuaretur per discōtinua
tionem membrorū: que videtur discōtinuari in ūcturis
⁊ sic nō posset mēbra corporis cōtinere.

Qui vult tenere primaꝫ opinionē: que mi Sustētat
hi est intelligibilior: potest pᵃᵐ opi.
dicere ad primuꝫ in oppositū: ꝙ ille auctor vocat aiam iō dic ad
peccatoris spūm: ꝓpter maioreꝫ eius actualitateꝫ: q̄ꝫ ha pᵐ pnci
beant alie forme que educūtur de potentia materie: ⁊ q2 pale.
minus habet māles operationes. Sed habet operatiōes
magis accidētes ad spūalitatem: vnde dicit ph̄s. 2. de ani T.c. ixi.
ma. ꝙ sensus est susceptiuus spēꝝ sine materia. ¶ Ad se Ad 2ᵐ
cunduꝫ cum dicitur: ꝙ forma extensa est principium ac
tiuum motus ad diuersas partes positionis ⁊c̄. Dico ꝙ
instantiaꝫ habet in forma extensa que mouet post appre
hensionem propter illius forme actualitatem maiorem:
que ꝺm vnam sui parteꝫ sigi potest in vna parte sui cor Ad 3ᵐ
poris: ⁊ sic mouere corporis partem aliam cuiusmodi est For̄ sba
sensitiua brutoꝝ. ¶ Ad tertiuꝫ cum dicitur. ꝙ sola qua les edu
litas est extensa per accidens. Dico ꝙ falsum est. omnes cte d poᵃ
enim forme substātiales que educuntur per naturam de mãe sur
potentiꝫ materie extendūtur per accidens .s. per exten extense
sionem accñs.

T.c.49. sionem sue materie. Unde cum dicit phs.6.physicoꝝ. ꝙ
quantū diuisibile est per se: ipsum quale autem per acci
dens aut non intendebat ibi loqui de omni forma diuisi
bili per accidens aut qualitatē extendebat nō tantū ad
formas accidētales: sed etiā ad formas substātiales: que
Ad 4m de potentia materie naturaliter educūtur. ¶ Ad quar/
tū dōm: ꝙ ibi loquitur phs de partibilitate ad actū re/
ducta: ⁊ de partibilitate ẜm potentias: volens dicere ꝙ
si pars anime esset in vna parte corporis: per quā anima
tantū moueret ẜm locū: ⁊ alia pars in alia parte corpo
ris: per quā tantū sentiret: ita ꝙ ille partes anime nō es/
sent cōtinuate adinuicem: tunc nō posset corpus conti/
nere. Et aliter etiā probat talem diuisionē nō esse in ani/
ma sensitiua: per hoc ꝙ partes aliquorū animaliū inci/
Ad rōes sorum habent simul sensum ⁊ motū ẜm locum. ¶ Ad
P. 2e opi. rationem primo adductam pro alia opinione in corpore
q̄stionis soluta est in solutione secūdi argumenti. ¶ Ad
illud quod ibidē dicitur. s. ꝙ tota sentit in qualibet cor/
poris parte: dicunt ꝙ verū est: sed non per se totam: ⁊ si
inueniatur Aug. dixisse ꝙ tota ⁊ per se totam sentit sen
sitiua in qualibet corporis parte: exponendū est de sensi/
tiua in homine. Uel dicendū ipsum inuestigando h' di/
xisse: nō tanq̃ opinionē ꝓpriam asserendo. ¶ Qd autē
dicebatur ibidē ꝙ tunc esset in animalibus diuisio per
membrorū discontinuationē nō multum valet: quia vt
inferius ostendetur membra corporū animalium conti/
nua sunt non contigua.

Sustētat 2ā op. dic ꝙ ad pm **Qui vult tenere** aliam opinionē potest di
in opm cere ad primū in opposi/
Nō ima/ tum ꝙ in incisione animaliū: quorū partes post incisio
giātidem nem mouētur ⁊ sentiunt: prima sensitiua corrūpitur ꝓ/
de aialib' pter corruptionem corporis cuius erat forma. Sed quia
änulosis. ꝓpter magnā vniformitatē partium quelibet pars est
3a. opi. sufficiēter disposita ad hoc vt animetur: Ideo dicunt ꝙ
per virtutē corporū celestium de qualibet illarum par/
tium potētia subito educitur anima sensitiua. ¶ Alij di
cunt ꝙ q̄uis sensitiua nō sit extensa: tamen est plures in
potētia: que potentia reducitur ad actum per corporis
diuisionem. Sicut dicunt ipsi videmus ꝙ q̄uis partes
linee continuētur ad punctū vnum: tamē cum diuidi/
tur de vno puncto fiunt duo puncta. ¶ Sed quicquid
sit de solutione. Exemplū falsum est. nunq̃ enim vnus
punctus diuiditur in duo puncta: nec in linea continua
inter puncta terminātia lineam est aliquis punct' realr
in actu: Uñ si linea diuiditur: nō diuidit punctū in duo
puncta. Sed per diuisionem reducuntur ad actum duo
puncta: que ibi ante erant in potentia: vnde cum partes
linee dicitur continuari ad punctū: intelligendum est
de puncto signato in linea imaginabiliter vel intelligibili/
ter tantū: aut de puncto in potentia: qui dicitur pūctus
vnus propter simultatem: ꝙ sicut illa duo puncta: que p
diuisionem linee reducuntur ad actum actualiter simul
sunt manentia: tamē distincta si est linea naturalis: ita an
Ad 2m te diuisionem simul erant in potentia. ¶ Ad secundum
forte dicerent aliqui istorum ꝙ nulla forma substantialis
extensa est. Alij forte dicerēt ꝙ non est simile de aliis for/
mis eductis de potētia materie: ⁊ de ista propter maiorē
huius forme actualitē: ⁊ quia ista est spiritualis magis
q̃ alie ⁊ minus materialiter.

Consequenter queritur de tertio principali. Et cir/
ca hoc queruntur duo. ¶ Primo vtrū ordine
nature prius sit aia bruti: q̃ animal. ¶ Secun
do vtrum nobilior sit anima q̃ animal.

Q. 1. ¶ Questio. I.

Ar. pº **Primo ostendo** ꝙ anima bru/
ti non est pri' ordine nature: q̃ animal: phus ẜmo Politi/
corū. capi. 2. Dicit ꝙ necessarium est totum esse prius
parte. Sed animal est totū ⁊ anima est eius pars: ergo
prius ordine nature est animal q̃ anima. ¶ Item illud Secūdo.
qd prius producitur ordine nature prius est. Sed ordine
nature prior est animalis ꝓductio q̃ anime: quia forma
producitur per hoc qd compositū ꝓducitur. Unde di/ T.c. 22.
cit phus. 7. metaph. ꝙ forma non generatur sed compo ⁊ 27. ⁊ in
situm. Cum ergo anima sit forma ⁊ animal sit composi/ 8º. t.c.3.
tum ex materia ⁊ anima: prius ordine nature est animal
q̃ anima ¶ Item prius ordine nature est animal q̃ ani Tertio.
ma sit pars eius. Sed animā bruti esse nihil aliud est: q̃
ipsam esse partem animalis: quia formam corruptibilem
esse est ipsam esse partē compositi: ergo prius ordine na
ture est animal q̃ anima.

Contra ẜm phm. 5. metaph. Accidens est prius to/ In opm
to: vt musicū homine musico. Forma er/ T.c. 16.
go compositi ex substātia ⁊ accidente prior est ipso toto:
ergo a simili forma compositi ex materia ⁊ forma substan
tiali prior est ordine nature q̃ ipsum totum. ¶ Itē pri Secūdo.
us est ordine nature: formā esse q̃ ipsam esse in materia
quia prius ordine nature est ipsum esse absolutū q̃ esse
in relatione. Sed prius ordine nature est formā esse in
materia q̃ ex ipsa ⁊ materia esse per essentiā vnum to/
tū: ergo prius ordine nature est anima q̃ animal: qd est
vnū totum per essentiā constitutum ex materia ⁊ aia.

Respondeo ꝙ ordine nature pri' est anima q̃ Ad qōnē
animal aliquo mō. Et aliquo mo/ dic doc.
do econuerso. Esse enim prius ordine nature est esse pri' duplr.
causalitate: extenso nomine causalitatis. Unde pro tāto Ad qōnē
dicitur vna res esse alia prior ordine nature: quia aliquā dic doc.
rationē causalitatis habet respectu illius. Anima autē duplr eē
bruti aliquā rationē causalitatis habet respectu anima/ pri' ordie
lis ⁊ animal respectu eius. Cū enim materia ⁊ forma sint nāe qd.
essentialia ⁊ intrinseca principia cōpositi: ⁊ principia ha
beāt aliq̃ rōnem cāitatis respectu ꝑncipiati oportet ꝙ mā ⁊
forma habeāt aliquā rationē cāitatis respectu cōpositi.
Cū anima sit forma cōpositi: ꝙ est animal hʒ respectu ei'
aliquā rationem causalitatis: ⁊ ex cōsequenti est ẜm ali/
quē modū ipso prior ordine nature. Quia tamē forma
⁊ materia: vt per se cōsiderata sunt essentie īperfecte: nec
sic eis conuenire potest per naturā essendi perfectio. Cō
positum autē quid perfectum est in genere suo. Per cu
ius perfectionē materia ⁊ forma participant perfectionē
essendi prout eis conuenire potest. Ideo perfectio toti'
habet aliquā rationem causalitatis respectu perfectiōis
essendi que potest cōuenire forme tali: ⁊ ex consequenti
animal cū sit totum prius est ordine nature ẜm aliquē
modum: q̃ anima ipsa: inquantū perfectio essendi: que
partibus conuenire potest eis cōuenit mediante toto: q̃
prius ordine nature attingit totū.

Ad primum in oppositum dicendum ꝙ illud Ad pm
verbum phi intelligendum est de
prioritate perfectionis. Et verū est ꝙ perfectio prius or
dine nature attingit totum q̃ partes vt visū est. ¶ Ad Ad 2m
secundū soluendum est per interemptionem minoris:
q̄uis enim perfectio prius ordine attingat totum: q̃
partes: tamen in via generationis: que est processus de
imperfecto ad perfectum prius est ordine nature produ/
ctio forme in materia q̃ productio compositi vel ẜm rē
si realiter differunt: vel ẜm rationem. Si ita est ꝙ pro/
ductio forme in materia sit realiter idem: ꝙ productio
compositi: vt quidam dicunt. Unde cum dicit philoso/
phus: formam non generari: sed compositum loquitur
de generatione rei complete per se stantis naturaliter:
quia tale ens est illud quod proprie dicitur esse eo mo/
do quo dici potest de ente creato. Materia autem et
forma magis proprie dicuntur partes entis quā entia:
Unde nec sunt in predicamento nisi per reductionem.

Ad 3ᵐ ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ formam esse proprie lo-
quendo est ipsam esse in materia loquendo de corrupti-
bili forma: ⁊ de suo naturali esse prius autem ordine na-
ture vel ſm rationem intelligendi est formam esse in ma
teria q̃z ex ipsis duobus vnum totum constitui. Et pri-
us vnum totuz constitui ex ipsis q̃z sint partes illius to
tius. Animam ergo bruti esse est ipsam esse in materia: ⁊
ex consequēti ex ipsa ⁊ materia cōstituitur animal: ⁊ ex
consequenti est pars animalis.

Ad argᵐ ad pᵐ in opᵐ q: ꝯ- riāſ 2ᵉ p- ti rōnis **Primum** argumentuz ad partē secundā ꝓcedit
de prioritate ordine nature que attēdi-
tur de imperfecto ad perfectū. ¶ Ad secūdū dōm ꝙ ma
ior est falsa: quia nāle ⁊ reale eē corruptibilis forme nihil
aliud est: q̃z esse in mā: sicut naturale ⁊ reale esse acciden-
tis nihil aliud q̃z esse ipm in subiecto: ⁊ reale esse creatu
re nihil aliud est: q̃z esse nō de aliquo ab alio. Vñ sicut
nō possum dic̄ ꝙ prius sit ordine nature creaturā esse in
reali existentia: q̃z ipsam esse ab alio. Sic non possum dic̄
ꝙ prius sit ab alio q̃z sit ab alio. Et sicut non possum dic̄
ꝙ prius est accidens in reali existentia: q̃z ipsum esse in
subiecto cū suum realiter ⁊ naturalr existere idem sit ꝙ
in subiecto esse. Sic nō possum dic̄ ꝙ prius ordine natu
re sit corruptibilis forma in sua nāli ⁊ actuali existētia: q̃z
sit in materia cum ipsam esse realiter actualiter ⁊ nālīter
Qō. II. idē sit re: ꝙ ipsaz in mā esse. Qō. II

Ar. pᵒ T. c. 7. **Secundo** queritur vtruz anima sit no-
bilior: q̃z animal. Et videtur
ꝙ sic Cōmē. in expōne verbi Ar. 7. meta. Si
species mā est por: ⁊ magis ens: ⁊ in ꝯpoꝫ qō ex
vtrisq̃z prior erit: ꝓpter eandē rationē dicit ꝙ forma est
magis substātia q̃z ꝯpositū: sed anima est forma ⁊ aial est
cōpositū: ergo anima est magis substātia: q̃z aial: ⁊ ex cō
Secūdo. T. c. 2. Cō. 7. sequēti nobilior. ¶ Item ſm phm. 2. de anima. forma est
actus: ⁊ mā est potētia. Unde ſm Cōmē. super. 7. meta.
Compositū ex ambobꝰ nō est in actu: nisi ꝓpter formaz.
Sed cōpositū ex actu ⁊ potētia minus est actu q̃z actus
per se: ergo cū aial sit ꝯpositū ex mā ⁊ forma: ⁊ aia sit actꝰ
cū sit forma: minus est actu animal: q̃z sit aia: ⁊ ex ꝯsequē
Tertio. ti minus est nobile. ¶ Itez cōpositū ex re magis nobi-
li: ⁊ minꝰ nobili: que diminuit de bonitate magis nobilis
minus est nobile q̃z pars nobilis per se. Unde ꝯpositum
ex vino ⁊ aqua minus est nobile q̃z vinū per se. Sed for-
ma est nobilior q̃z mā: ⁊ diminuit eius nobilitaᵗ per māz
Dicit enim Rabi moyses cap. 127. ꝙ cōtingit forme cor
ruptio per accidēs. s. q: est cōiuncta māe: ergo cōpositū
ex mā ⁊ forma minus est nobile q̃z forma per se. ¶ Itez
Quarto. Vide. 7. meta. t. c. 20. ⁊. 21. ⁊ in 2. 35. ⁊ 8. phys. T. c. 35. nomē principalius sigt illud quod prenobilius est in re.
Sed nomen principalius sigt formam q̃z compositum:
quia principalius significat illud quod principalius ca-
dit in cognitione. Cōpositū autem nō cognoscitur nisi
per formā. Sicut eniz dicit Auic. 8. meta. cap. 3. mā phi-
bet rez intelligi: ergo nobilior est forma q̃z ꝯpositū.

In opᵐ instat pᵒ T. 2. 22. ⁊ 27. ⁊ 18ᵒ T. c. 3. **Contra** illud est nobilius ad qō principalius gene-
ratio terminatur. Sed ſz phz. 7. meta. Ge
neratio principalius terminatur ad cōpositum: q̃z ad for
mā: ergo cuz animal sit cōpositū ⁊ anima sit forma nobi-
lius est animal q̃z anima. ¶ Item nobilius est ens quod
natuz est per se existere: q̃z ens qō nō est natuz per se exi-
stere. Anima bruti de qua loquimur nō est nata per se exi
stere ergo nobilius est animal q̃z talis aia.

Ad qōnē ſz mētez aliorū. op. pᵒ. **Ad istaz questionem** dixerūt quidaz
ꝙ anima nobi-
lior est q̃z sit animal: q: ſm eos forma nobilior est q̃z com
positum ex mā ⁊ forma: quorū ratio est: q: ſm istos nihil
est de essentia animalis vel cuiuscūq̃z alterius rei que di-
citur cōposita nisi actualitas: ⁊ ſm eos: nō est aliq̃ differē
tia realis inter actualitatē ⁊ formā: vnde nihil est de eēn-
tia cōpositi nisi forma. Materia vero nihil aliud est rea-
liter: q̃z quedaz natura pure possibilis per quam essentia
que dicitur ꝯposita est corruptibilis. Unde si ab essentia
rei esset talis possibilitas circūscripta multo nobilior eēt
q̃z tali possibilitati cōiuncta: ⁊ q̃z cōiunctū ex ipsa ⁊ tali
possibilitate. Et sic multi magni ātiquius de mā loque-
bantur ⁊ de forma. Aristoteles etiā ⁊ suus Cōmētator in Vide 5ᵒ meta. t. c.
terdū dicunt verba que hanc sententiaz sonare vidētur ⁊ 2. 35. ⁊. 7.
interdū verba que sonāt cōtrarium. Unde dubie viden- t. c. 34. 35
tur locuti fuisse de mā ⁊ forma. ¶ Secundū autez cōlo- 20. 21. ⁊ in
rem opinionē: que potest materiaz esse de esse compositi 2. ⁊ alibi
⁊ ipsam importare infimum actualitatis gradū: oportet ⁊ in 8ᵒ.
cōcedere ꝙ cōpositū ex materia ⁊ forma nobilius est q̃z t. c. 9. ⁊. 6
forma tantum: que est altera pars eius: quia sicut possi- Vid hic
bilitas est in materia ad recipienduz formā: ita est possi- q. 7. me.
bilitas in forma: ad hoc vt recipiatur in materia: vñ pos-
sibilitas materie est: ⁊ posse recipere ⁊ possibilitas forme
in posse recipi. Unde talis forma ex se ens imperfectum
est. Compositū autem ex ea ⁊ materia est ens perfectuz
in suo genere. Qꝫ autem perfectius est: nobilius est. No
bilius est ergo animal brutum q̃z eius anima. Qō bene
ostendunt rationes ad partez scōam.

Ad primum in oppositum dicendum: ꝙ for- Ad pᵐ
te Commentator: ⁊ etiam Ari-
stoteles h̄ senserunt loquēdo de materia ⁊ forma ſm opi-
nionem primaz. ¶ Vel sic exponēduz est verbuz ꝙ for-
ma nata habere suum perfectuz existentie modū sine ma
teria nobilior est q̃z compositum ex materia ⁊ forma. De
forma enim que est altera pars compositi verbum istum
nō potest esse verum per se: etiaz de forma que nata est p
se existere: cuiusmodi est anima intellectiva: per se enim
nobilius est compositū ex anima ⁊ corpore qō est homo
q̃z anima intellectiva. Alias enim separata haberet suuz
perfectum existentie moduz: nec anime beate iterum su-
is corporibus vnirentur: quia in corporis resumptione
sua nobilitas minueretur quod falsum est. ¶ Ad secun- Ad 2
duz dicendū: ꝙ q̃uis forma corporis plus habeat de ac-
tualitate q̃z materia: tamen vtraq̃z possibilitatem habet:
q̃uis diversimode: vt iam dictum est. Unde ⁊ phus. 7. T. 2. 49.
metaph. dicit ꝙ si ex duobus fiat vnuz: oportet ꝙ quili-
bet eorum aliquo modo sit in potentia. Per hoc autem
ꝙ forma recipitur in materia aliquo terminatur sua pos-
sibilitas que est in posse recipi: ⁊ possibilitas materie que
est in posse recipere: que tamē possibilitas plene non ter
minatur si est materia existens in potentia ad aliam for-
maz. ¶ Ad tertiuz dicendū: ꝙ q̃uis forma que nata est Ad 3ᵐ
per se habere perfectuz existētie modum: absq̃z omni ma
teria fieret minus nobilis: si fieret possibilitati coniun-
cta tamen forma que est nata perficere materiaz nobilita Nobilita-
tur per suum recipi in materia inquantum per hoc ter- tur forᵉ
minatur eius possibilitas: que naturaliter prohibet per mālis ꝑ
se existere vel habere perfectuz existentie modum: qō di- māe cōiu
co propter animaz rationalem: que per se potest existere: uncta.
non tñ ſm perfectū existentie modū per naturaz. ¶ Ad Ad 4ᵐ.
quartum dicendum ſm aliquos ꝙ maior est falsa: immo
principalius significat illud quod magis intelligimus
de re: quia magis intelligimus formam q̃z compositum:
eo ꝙ est ratio cognoscendi compositum. Ideo principa-
lius significat formaz q̃z compositū: non quia forma sit
nobilior composito. ¶ Vel potest dici ꝙ q̃uis nomen
imponatur ad significanduz a forma: tamē principalius
imponitur ad significanduz compositū: proferens enim
hoc nomen homo vel animal principalius intēdit signi
ficare hominē vel animal q̃z animaz.

Consequenter queritur de quar
to principali. Et
circa hoc querūtur duo. ¶ Primo vtz vol-
tilia ⁊ natatilia debuerūt fieri vna die. ¶ Se
cundo vtruz homo sit finis productionis. Qō. I.
Primo

Q̃o. I. Ar. p°

Primo ostendo ꝙ volatilia ⁊ natatilia non debuerunt fieri vna die: quia volatilia sunt ad ornatum aeris: natatilia ad ornatum aque. Gradientia ad ornatuz terre: ⁊ sicut differt terra ab aqua: ita aqua ab aere: ergo cuz natatilia nõ fuerint eodem die facta cum gradientibus: videtur ꝙ nõ debuerunt eodem
Secũdo. die fieri cum volatilibus. ¶ Item si natatilia ⁊ volatilia eodem die fuerunt facta: quia aqua ⁊ aer eodem die facta fuerunt: pari ratione gradiẽtia eodez die fieri debuissent quia etiã terra cum aqua tertio die fuit facta. Non videt ergo rõ: quare natatilia ⁊ volatilia eodẽ die facta fuerũt.

Jn opp^m **Contra** magis differt homo ab animalib⁹ alijs gradientibus: q̃z natatilia a volatilibus. Sed homo ⁊ animalia gradientia eodẽ die facta fuerunt: sciliz die. 6. Ergo ẽt natatil⁹ ⁊ volatilia debuerũt fieri vno die.

Ad qõnẽ dic̃ doc. **Respondeo** ꝙ natatilia ⁊ volatilia debuerunt fieri vno die: ⁊ facta sunt: sciliz die quinto. Sicut enim eodẽ die factus est totus ornat⁹ trãsparentis nãe luminose. s. die quarto: ita eodez die debuit fieri totus ornatus trãsparentis nature nõ luminose. s. die quinto hoc est aeris ⁊ aque ⁊ vno die debuit fieri totus ornatus nature opace. s. terre. Et ideo homo ⁊ alia animalia gradientia debuerũt fieri vno die. s. die septio. ¶ Preterea alia est congruitas factionis volatiliũ ⁊ natatilium die vno: quia pars aeris: que ornatur volatilib⁹ aqueis vaporibus cõmixta est. Unde Aug. 3. super Geñ. longe post principium. Spiritus dei qui scribẽti aderat ex aquis dicit producta volatilia. Aquarum enim natura bipartitũ locum sortita est. Inferiorem. s. in vnda labili. Superiorem vero in aura flabili. Illum deputatũ natantibus istum volatilibus.

Ad p^m Ad 2^m **Ad primum** patet solutio ex iaz dictis. ¶ Ad secunduz dicendum ꝙ ratio q̃re natatilia ⁊ volatilia vno die facta fuerunt: non est: quia aqua ⁊ aer vno die facta fuerunt: sed quia aqua ⁊ aer conueniunt in transparẽtia nõ luminosa. ⁊ q̃ pars aeris aui
Q̃o. II. bus ornata vaporib⁹ aqueis est cõmixta. Q̃o. II.

Secundo queritur vtrum homo sit finis productionis animaliuz Sed quia h questio superius distin. prima. soluta est in illa questione vtrũ creatura rationalis sit finis creaturarum non rationabilium: Ideo hic repetere esset superfluum.

Consequenter queritur de grto pricipali. Et circa hoc queruntur duo. ¶ Primo vtrum
Q̃o. I. deus die septimo regeuerit. ¶ Secũdo vtrũ illum sanctificauerit. Questio. I.

Ar. p°

Primo ostendo ꝙ de⁹ die septimo nõ requieuerit: quia illo die quo aliquis cõplet suum op⁹ ab operando nõ quiescit. complare eniz opus est operari. Sz Geñ. scdo dicitur ꝙ compleuit deus die
Secũdo. septimo opus suum: ergo die. 7. non requieuit. ¶ Item saluator Jo. 5. pr̃ vsq̃z modo operatur: ⁊ ego operor: ergo
Jn opp^m deus ab opere non requieuit die septimo. ¶ Contrariũ habetur in sacra scriptura Geñ. scdo.

Ad qõnẽ dic̃ doc. Reqes tripl̃r accipi põt. **Respondeo** ꝙ requies ad presens potest accipi tripliciter. ¶ Uno modo pro cessatione ab opere fatigante operantẽ: ⁊ cũ deus in operando fatigari nõ possit nec potuerit: ideo requies talis deo nõ cõuenit. ¶ Alio modo p cessatione ab omni opere simpliciter: quodcũq̃z sit illud: ⁊ sic etiam deus nõ requiescit: quia semper operatur mundũ cõseruando ⁊ gubernando ⁊ ordinando. Est etiã principaliter operari in operatione cuiuslibet creature inquantuz operatio est: h dico ad excludenduz deformitates: que sunt in operibus peccatorũ. Unde cõmentũ super primam ꝓpositionem de causis: causa prima adiuuat causam secũdaz super operationem suam: quoniã omnez operationẽ quã secunda efficit: ⁊ prima efficit: verũtamen efficit eam per moduz altiorez ⁊ sublimiorem. ¶ Tertio modo potest accipi requies pro cessatione a producẽdo nouum genus creature: ⁊ sic intelligendũ est deum requieuisse die septimo ab omni opere: qd patrarat: vñ Aug. 4. super Geñ. ad litteram longe ante mediuz dicit: ꝙ potest intelligi deum requieuisse a cõdendis generib⁹ creature: quia vltra iaz nõ cõdidit alia genera noua. Dicit etiaz ad Oros. 42 questione. ꝙ requiescere deus dicitur a ꝯdendis nouis creaturis: q̃ post editionẽ operuz sex dierz nullam deinceps cõdidit creaturã. Q̃z sic intelligendũ est: quia in illis sex primis diebus: oẽs creature: que producende erant ꝓduxit: aut in suis actualitatibus vt machinã mundialez ⁊ creaturas pertinentes ad eius ornatũ: aut in suis principijs: que poterãt postea naturaliter produci. Qd dico propter aliquas species imperfectorz animaliumi ⁊ quedam alia que in operibus sex dieruz nõ fuerũt producta: nisi in principijs suis: aut in suo simili: qd dico ꝓpter animas intellectiuas: ⁊ gratiam ⁊ virtutes: quas modo frequẽter creat: quibus creature similes in specie producte fuerunt in operib⁹ sex dieruz. Anima enim ade ⁊ anima eue: que create fuerunt in operibus sex dieruz sunt eiusdem speciei cuz animabus aliorz hominuz. Q̃a requieuit die septio de⁹. Q̃ũo oẽs sũt in sex dieb⁹ ꝓducte fuerũt.

Ad primum in oppositũ dico ꝙ duplex est rei completio: vna in dando rei perfectionem in essendo: alia est perfectio rei in operando. ¶ Primo modo loquendo cõpleuit deus opera sua die sexto. vnde alia translatio habz ⁊ compleuit deus die. 6. opus suum qd fecerat. ¶ Secundo modo loquendo cõpleuit deus opus suuz die septimo. In principio eni diei septimi res institute inceperũt exire in suas operatiões debitas: ⁊ h non obstante: eodem die requieuit deus eo modo quo in corpore questionis expositũ est. ¶ Ad 2^m solutũ est per dicta in corpore qõnis. Q̃o. II. Ad p^m Rei cõpletio 2^x. Q̃o. II.

Secundo queritur vtrum deus diem septimuz sanctificauerit. Et videtur ꝙ nõ: q̃ q̃ dnõ potest recipere gratiez sanctificantẽ: non potest sanctificari. Sed dies nõ potest recipere gratiaz sanctificantez: ergo nõ potuit sanctificari. ¶ Itez dies dñica sanctior est q̃z sabbatum: ergo magis debet dici ꝙ diẽ dñicam sanctificauerit: que fuit dies. 8. q̃z illã: que fuit. 7. ¶ Cõtrariũ h̃r Geñ. 2. Ar. p° Secũdo. Jn opp^m

Respondeo ꝙ deus nõ dicitur diez septimuz sanctificasse: quia fecerit eam sanctitatis subiectuz. Sic enim tẽpus sanctificari nõ potest sicut ostendebat primuz argumentum. Sed dicitur eaz sanctificasse: quia instituit eam sanctitatis signuz. Significat enim sanctitatez incompletam: que est per gratiam in via: ⁊ sanctitatem completaz per gloriam in patria: ⁊ quia ipsam sanctis operibus: ⁊ ad sanctitatez disponẽtibus deputauit: ⁊ sic per accidens: illa dies septia ad sanctitatem disponit. Ad qõnẽ dic̃ doc. Q̃ũo diẽ septimaz de⁹ sanctificauit.

Ad primum solutum est in corpore questionis. ¶ Ad secundũ dicendum ꝙ obseruatio diei septime mutata est in diem sequentez: que a nobis dicitur dies dominica: ⁊ est p̃ma dies septi^e apud nos: q̃ septia dies figurabat requiez futurã corpis dñici in sepulchro: hui⁹ aũt figure veritas ipleta est: ⁊ iõ ꝯgrue obseruatio illi⁹ diei: in diez mutata est sequẽtez. Fuit h ẽt factũ ad significãdũ ꝙ dñica resurrectio exp̃ssi⁹ repñtat nostrã pfectã sctatẽ futurã: ⁊ magis nos ad illã sanctitatez disponit q̃z illa cessatio ab opere ratiõe cuius scriptũ est deum die septimo requieuisse. Ad p^m Ad 2^m Cur mutata ẽ obsuatio diei septie in diẽ dominicã.

Reptilium tria genera. 

Circa litteram Iumenta ⁊ reptilia. Nota hic φ reptilium tria sunt genera. Quedam trahunt se vi pennularuꝫ: vt pisces in aqua: Quedaꝫ vi costaruꝫ vt lacerte: Quedã ore vt vermes fuerüt

Venenum ad vitam serpentis spectat.

creata innoxia: qd non est sic intelligendum φ serpens primo factus non habuerit venenum: quia spectat ad eius vitam: vt videtur velle Ambro. in exameron. Sed quia si non fuisset peccatum vsum nocendi hominibus nõ habuissent: nõ potuit simul a deo dici qd a deo simul potuit fieri. Sed hoc non multum valet contra opinionem illam: que dicit deum fecisse operata narrata Gen. primo per interualla sex dierum: quia quãuis Moyses non potuerit simul dicere omnia: potuisset tamẽ dicere oia sic fuisse facta: si oia sic facta fuissent.

¶ De hominis creatione vbi considerandũ est quare creatus sit hõ: ⁊ qualiter sit institutus: que duo supra tractata sunt: ⁊ qualis factus ⁊ qualiter lapsus: postremo quomodo sit reparatus: que discutiẽda sunt. Dis. XVI.

Dis. xvi. 

His excursis que supra de hominis creatione premisimus effectui mancipare atq; ordine explanare nunc suscipimus: vbi hec consideranda videñt: scilicet quare creatus sit homo: ⁊ qualiter institutus: ⁊ qualis ⁊ quomodo factus. Deinde qualiter sit lapsus: postremo qualiter ⁊ per que sit reparatus. Horuꝫ autem primo ⁊ secundo posita: idest causam creationis humane ⁊ modum institutionis superius pro modulo nostre facultatis tractauim⁹. Ideoq; superest vt qualis vl quomodo factus sit discutiamus. In Gene. legitur. Faciamus hominem ad imaginem ⁊ similitudinem nostram ⁊c. In eo φ dicit faciamus vna operatio trium personarum ostenditur. In hoc vero φ dicit ad imaginem ⁊ similitudinem nostram: vna ⁊ equalis substantia trium personarum monstratur. Ex persona enim patris hic dicitur ad filium ⁊ spiritum sanctum. Non vt quidam putant angelis: quia dei ⁊ angeloruꝫ non est vna ⁊ eadẽ imago vel similitudo.

¶ Q imago ⁊ similitudo hic a diuersis accipitur varie: a quibusdam increata: ⁊ ab alijs creata ⁊ increata: vel essentia trinitatis: vel filius ⁊ spiritus sanctus.

Imago autem ⁊ similitudo in hoc loco vel increata intelligitur: idest trinitatis essentia ad quã factus est homo: vel creata in qua factus est homo: ⁊ ipsi homini concreata. Increatam enim imaginem que deus est: intellexisse videtur Beda cum dicit: non esse vnam imaginẽ dei ⁊ angelorum: sed trium personarum: ⁊ ideo personis non angelis sit ibi sermo. Improprie tamen imago dicitur: quia imago relatiue ad aliud dicitur cuius similitudinem gerit et ad quod representandum facta est: sicut imago cesaris que ipsius similitudineꝫ preferebat ipsum quodãmodo representabat. Proprie autem imago dicitur id ad quod aliud fit. Sicut exemplum proprie dicitur quod sumitur ex aliquo: ⁊ exẽplar ex quo sumitur aliquid. Ponitur tamen ⁊ aliquando abusiue alterum pro altero: ita ⁊ minus proprie accipitur imago: essentia trinitatis: si tamen ea nomine imaginis in hoc loco intelligitur.

¶ Opinio eoruꝫ qui putauerunt filiuꝫ per imaginem ⁊ similitudinẽ hic accipi.

Filius vero proprie imago patris dicitur: sicut supra in tractatu de trinitate diximus. Unde fuerunt nonnulli qui ita distinxerunt vt imagineꝫ in hoc loco intelligerẽt filium: hominem vero non imaginem: sed ad imaginem factum dicerent: quos refellit apostolus dicens. Uir quidem est imago ⁊ gloria dei. Hec nãq; imago: idest homo cum dicitur fieri ad imaginem non quasi ad filium dicitur fieri: alioquin non diceretur ad imaginem nostram. Quomodo enim nostram diceretur: cũ filius solius patris imago sit. Fuerunt autem ⁊ alij perspicacius hoc tractantes qui per imaginem filium ⁊ per similitudinem spiritũ sanctum intelligerent: qui similitudo est patris et filij. Et ideo pluraliter putauerunt dici nostrã id referentes ad similitudineꝫ tantuꝫ: ad imaginem vero subintelligenduꝫ esse meam. Hominem vero ⁊ imaginem esse ⁊ ad imaginem ⁊ similitudineꝫ factuꝫ esse tradiderunt: ⁊ imagineꝫ imaginis esse ⁊ similitudinis. Aug. l. 7 li. de tri. Aliorum opinio.

¶ Nec horum scientiam approbat: sed imagineꝫ ⁊ similitudinem dei in homine querendam et considerandam docet vt imago et similitudo creata intelligatur.

Uerumtamen distinctio licꝫ reprobabilis penitus non videatur: quia de medio montis: idest auctoritatibus sanctoruꝫ non manat: congruentius in ipso homine imago ⁊ similitudo querenda est ⁊ consideranda. Factus est ergo homo ad imaginem dei ⁊ similitudineꝫ sm mentẽ: qua irrationabilibus antecellit: sed ad imaginem sm memoriam ⁊ intelligentiam ⁊ dilectionem. Ad similitudinem sm innocentiam et iustitiam: que in mente rationali naturaliter sunt. Uel imago consideratur in cognitione veritatis: similitudo in amore virtutis: vel imago in alijs omnibus: similitudo in essentia: quia ⁊ immortalis ⁊ indiuisibilis est. Unde Augustinus in libro de quantitate anime. In quibus cõsiderat imago et similitudo. Aug. li. de quãtitate aie.

Anima

Anima facta est similis deo: quia immortalem ⁊ indissolubilem fecit eam deus. Imago ergo pertinet ad formam: similitudo ad naturam. Factus est ergo homo scdm animã ad imaginez ⁊ similitudinem non patris vel filij vel spiritussancti: sed totius trinitatis: ita ⁊ scdm animaz dicitur homo esse imago dei: quia imago dei in eo est. Sicut imago dicitur ⁊ tabula ⁊ pictura que in ea est: sed propter picturaz que in ea est simul ⁊ tabula imago appellatur: Ita propter imaginez trinitatis etiaz illud in quo est imago nomine imaginis vocatur.

¶ Q homo dicitur imago ⁊ ad imaginem: filius vero imago non ad imaginez.

Quo circa homo ⁊ imago dicitur ⁊ ad imaginem: filius autem imago non ad imaginem: quia natus: non creatus: equalis ⁊ in nullo dissimilis: homo creatus est a deo non genitus non parilitate equalis: sed quadam similitudine accedens ei. Unde Augu. in lib. vij. de trinitate. In Gen. legitur. Faciamus hominem ad imaginez ⁊ similitudinem nostraz. Faciamus ⁊ nostram pluraliter dixit: ⁊ nisi ex relatiuis accipi non oportet vt facere intelligãtur pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus: ad imaginez patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti: vt subsisteret homo imago dei. Sed quia non omnino equalis fiebat illa imago tanq̃ non ab illo nata: sz ab eo creata. Ideo ita imago dicit q ⁊ ad imaginem: quia non equatur parilitate: sed accedit quadam similitudine. Filius autez est imago: sed non ad imaginem: quia equalis patri. Dictus est ergo homo ad imaginem propter imparem similitudinem. Et ideo nostram: vt imago trinitatis esse homo intelligatur: nõ trinitati equalis: sicut filius patri. Ecce ostensuz est scdm quid homo sit similis deo: scilz scdm animam. Sed ⁊ in corpore quandam proprietatẽ habet que hoc indicat: quia est erecta statura: scdm quã corpus anime rationali congruit: quia in celuz erectuz est. Augu.

Dist. XVI.



His excursis ⁊c. Supra determinauit magister de creatura pure spirituali ⁊ de creatura pure corporali. Hic determinat de creatura composita ex spirituali ⁊ corporali. Et diuidit ps ista i prohemium ⁊ executionẽ. Executio ibi incipit. [In genesi loquitur.] In hac autem executione primo determinat de hominis conditione. Secundo de eius lapsu. 21. dis. ibi. [Videns igitur diabolus.] ¶ Prima in duas. ¶ Prio determinat conditionem hominis. ¶ Secundo statuz hominis conditi. 19. dist. ibi. [Solent queri.] Prima in tres. ¶ Primo de productione hominis in communi. ¶ Secundo de productione viri specialiter dist. sequenti. ibi. [De origine.] ¶ Tertio specialiter de productiõe mulieris dist. 18. ibi. [In eodez quoq; paradiso.] ¶ Prima in duas. ¶ Primo ostendit quomodo homo factus dicitur ad similitudinem ⁊ imaginem. ¶ Secundo inquirit in speciali: quid ibi appellat imago ⁊ similitudo: ibi. [Imago autem.] ¶ Et ista in duas. ¶ Primo procedit scdm q per imaginem intelligitur imago ⁊ increata similitudo. ¶ Secundo scdm q per imaginem intelligitur imago ⁊ similitudo creata. ibi. [Verũtamen h distinctio.] ¶ Et ista in duas. ¶ Primo ostendit quomodo debeat intelligi in anima imago ⁊ similitudo. ¶ Secundo ponit differentiam inter imaginem scdm q dicitur de homine ⁊ de filio. ibi [Quo circa.]

Circa hanc distinct. queruntur. vi. ¶ Primo vtruz in homine sit imago dei veraciter. ¶ Secũdo vtrz imago sit in homine nãliter. ¶ Tertio vtruz sit idem imago ⁊ similitudo. ¶ Quarto vtruz ita expresse sit in homine: sicut in angelo. ¶ Quinto vtrum eiusdem speciei sit in vtroq;. ¶ Sexto vtruz expressius sit imago dei in homine q̃z in muliere. ¶ Sed quia prime questionis veritas satis videtur declarata lib. primo. dis. 3. vbi ponit quomodo imago dei consistit in creatura: in memoria: intelligentia ⁊ volũtate: ⁊ in mente: notitia: ⁊ amore. Ideo hic iterum circa istam questionem immorari superfluum videretur. ¶ Qõ. ii. Qõ. ii.

Secundo ergo queritur vtrum imago sit in hõie naturaliter. Et vr q nõ: quia Aug. in lib. de. x. chordis: parũ ante medium: dicit q sicut differt imago imperatoris in filio: ⁊ in mimo. Sic differt imago dei in homine ⁊ in filio dei: sed imago imperatoris in mimo non est naturaliter: sed artificialiter: ergo nec imago dei in homine. Ar. pº

¶ Item phus. 2. physicorũ. distinguit agens per voluntatem ab agente per naturam. Sed imago dei est in homine per diuinam voluntatem: non ergo est in homine per naturaz vt videtur. ¶ Item imago naturalis conuenit cum eo: cuius est imago in natura: sed homo non conuenit in natura cum deo: ergo non est in ipso imago dei naturaliter: vt videtur. Secũdo T. p. 49. ⁊ infra. Tertio.

Contra qd est in aliquo per suas proprietates naturales: naturaliter est in illo. Sed imago dei est in homine scdm suas potentias naturales: que sunt memoria intelligẽtia ⁊ voluntas: ergo naturaliter est in eo. In opm p

¶ Item asinus artificialis: non est asinus veraciter: ergo a simili imago artificialis nõ est imago veraciter. Sz homo est imago dei veraciter: quãuis nõ imago consubstantialis: ergo est imago dei naturaliter: quãuis non sit imago connaturalis. Secũdo

Respondeo q imaginem dei esse in homine naturaliter: dupliciter potest intelligi. Aut ita q sit effecta a causa que naturaliter ipsam produxerit: ⁊ sic nõ est verum: quia est facta a deo per voluntatem imperantez: Aut ita q sit in eo formaliter per nãlia sua. Et sic dico q imago dei est in homine naturaliter. Attenditur enim imago dei in homine scdm ea que homini sunt naturalia ꝗ in essentia forme sue completiue: que est anima cum trinitate potentiarum: que sunt memoria intelligentia ⁊ voluntas scdm q in primo libro distinct. 3. expositum est. Ad qõnẽ sz mẽtez ppetũ. A. l. eẽ.

Ad primum in oppositum dicendum q intentio Augusti. non fuit dicere: q homo non esset imago dei naturalis: sed q non esset cõnaturalis imago: quia non est eiusdem nature cum deo. Ad pm

¶ Ad secũduz dicendum: q non plus concludit nisi q imago dei in homine nõ fuit naturaliter pducta a sua cã efficiente: ⁊ hoc est verum: quia facta est a deo voluntarie creante. ¶ Ad tertium cum dicitur q imago naturalis conuenit cum eo cuius est imago in natura ⁊c. Dico q verum est. Sed conuenire in natura cum aliquo h Ad 2m 3d 3m

Cōuēire cū aliquo in nā tri pfr. triplíciter potest intelligi. Uno modo ita q̨ habeat eandem naturam in numero cum illo: ⁊ sic imago ſm q̨ dicitur de filio dei: conuenit in natura cū eo: cuius est imago: scilicet cum patre: ⁊ talis imago non tantum dicitur naturalis: sed maxime cōnaturalis. Alio modo ita q̨ aliqua natura vniuoce vtriq; cōueniat: quāuis numeretur in illis: ⁊ sic imago ſm q̨ dicitur de homine respectu patris sui carnalis: dicit conuenientiam in natura cum eo cuius est imago in nā. Et hoc ideo imago nō solū pōt dici nālis: sed etiaȝ aliquo modo ꝯnālis: q̄uis nō maxime. Tertio modo ita q̨ illud qd̄ dicitur imago per naturalia sua imitetur naturam illius: cuius est imago: quāuis nulla natura vniuoce cōueniat ambobus. Sed hoc modo impropriissime accipitur cōuenientia in natura: ⁊ sic dico q̨ imago ſm q̨ dicitur de homine respectu dei: includit conueniētiam in natura: natura enim ipsius hominis est quedam imitatio diuine nature: ⁊ talis imago q̄uis possit dici naturalis: nō tantuȝ dici potest cōnaturalis. ¶ Uel breuiꝰ posset dici. s. q̨ maior est falsa de imagine naturali: nō cōnaturali. ¶ Argumenta ad partem oppositam concludit imagineȝ dei esse in homine naturaliter inquantuȝ attenditur in homine formaliter ſȝ ea que naturalia sunt homini: ⁊ ideo cōcedenda sunt.

Qō. III. ¶ Questio. III.

Tertio queritur

sine argumentis vtrum ideȝ sit imago ⁊ similitudo.

Ad qōnē ſm mētē ppriā. **Respondeo** q̨ in istis corporalibus quandoq; distinguitur similitudo cōtra imaginem: scȝ quādo est imago in formis: sicut cum in ligno vel lapide describitur alicuiꝰ hominis fieri sine coloris illius similitudine. Quādoq; comprehēditur in ratione imaginis. s. quādo est imago formata ⁊ expressa. Sic enīȝ de ratione imaginis sunt tria. s. partium ordinata distinctio debita lineamentoꝝ figuratio: ⁊ coloris assimilatio. A simili de imagine dei in homie: q̨ si loquamur de imagine formata ⁊ expressa: sic de ratione imaginis est similitudo: ⁊ sic de ratiōe imaginis sunt ista tria potentiarum: maxime comparatiōem ad actus or'inata distinctio: et quasi loco figurationis est potētiaruȝ quedam ꝓportionalis adequatio ſm q̨ in primo libro ostensum est: ⁊ quasi loco coloris est cuiusdam transformationis spiritualis assimilatio. Si autem loquamur de imagine informi: sic similitudo distinguitur contra imaginem: quia tunc imago duo prima tantuȝ comprehendit. Dico ergo q̨ similitudo dei in in anima: ſm qd̄ distinguitur supra imaginem est per gratiaȝ gratum facientem: ⁊ imago formaliter per eius naturales potentias: maxime per comparationem ad actus respectu nobilissimi obiecti: ⁊ ex consequenti per comparationem ad ipsius anime naturam.

Qō. IIII ¶ Questio. IIII.

Quarto queritur

vtrum imago di: ita expresse sit in homine sicut in āgelo.

Ad qōnē ſȝ mēteȝ ppriā. **Respondeo** q̨ considerādo deum inquantuȝ regit ⁊ continet totum vniuersuȝ totus existens in qualibet parte vniuersi. Sic expressius est imago dei in anima: q̄ȝ in angelo: inquantum anima continet ⁊ regit corpus suum tanquā suum vniuersum existens in qualibet parte illius. Sed quia hec cōsideratio accidētalis est imagini. Ideo ex hoc nō potest cōcludi: q̨ in anima sit imago dei expressius simpliciter: q̄ȝ in angelo: sed ſm quid ⁊ quantum ad aliqua accidentalia. Cōsiderādo autem deuȝ ſm id qd̄ est. Sic simpliciter expressius est imago dei in angelo q̄ȝ in homine per naturam: ⁊ quia hec cōclusio sequitur ex h̄ q̨ superius distinctione pma. in illa questione vtruȝ nobilior sit in angelorū natura: q̄ȝ animarū: probatū est: q̨ naturᵃ angeli nobilior est: q̄ȝ natura anime: ideo h̄ iterū illi difficultati nolui immorari. Hec enim questio in illa virtualiter continetur.

¶ Questio. V. Qō. V.

Quinto queritur

vtrum imago di: sit eiusdem speciei in angelo ⁊ in homine. Et videt q̨ sic. quia ſȝ Aug. 3. lib. de libero arbitrio. circa mediuȝ. Anime rationales sunt angelis natura pares Ar. pᵒ
Non sunt autem due species diuerse: pares in vniuerso: quia vniuersum totuȝ gradatim est ordinatuȝ: quantum ad species: ergo anima ⁊ angelus sunt eiusdē speciei. Cū ergo tam angelus: q̄ȝ anima sit imago dei per suam naturam: imago est eiusdeȝ speciei in vtroq;. ¶ Item quecū Secūda
q; cōueniunt in vltima differētia: cōueniunt in specie: ſȝ angelus ⁊ anima cōueniunt in vltima differētia: que est rationale: q: ista est nobilissima differētia: ⁊ vltima semper est nobilissima. ergo angelus ⁊ anima cōueniunt in specie. ¶ Item quecūq; cōueniunt in nobilissima natu Tertia.
rali operatione: cōueniunt in specie. Sed angelus ⁊ anima sunt huiusmodi: q: nobilissima nālis operatio ipsius angeli est intelligere: quicquid intelligit sine discursu. h̄ autem potest anima separata facere per naturaȝ: quia tūc intelligendo ad fantasmata nō recurrit: ergo anima ⁊ angelus sunt eiusdem speciei. ¶ Iteȝ si anima differret ab Quarta.
angelo in specie: h̄ esset per h̄: quia anima est vnibilis: angelus nō. Sed hoc nō potest esse ratio differēdi animaȝ ab angelo in specie: quia vnibile nō potest esse anime nobilissima differētia: ⁊ res differt ab alia in specie per nobilissimaȝ differentiaȝ: ergo videtur q̨ angelus ⁊ anima non differunt ſm speciem.

Contra nō est idē in specie: qd̄ nihil intelligit sine fantasmate cum eo qd̄ intelligit sine fantasmate. Sed ſm phm. 3. de anima. Anima nihil intelligit sine fantasmate. planuȝ est autem q̨ angelus intelligit sine fantasmate: ergo videtur q̨ angelus ⁊ anima nō sunt in eadeȝ specie. ¶ Item illud qd̄ est cum eternitate non est eiusdem speciei cuȝ eo: qd̄ est post eternitateȝ. Sed dicitur super secundaȝ propositionē de causis. Intelligentia est cuȝ eternitate ⁊ anima post eternitatem: ergo non sunt eiusdem speciei. In opᵐ instaᵗ pᵒ T. c. 30.

Respondeo q̨ eo modo quo anima est in specie: differt ſm speciem: ab angelo: qd̄ patet ex hoc q̨ anima per essentiam suam naturalem habet aptitudineȝ vt vniatur corpori humano: que etiā aptitudo remanet in ea inseparabiliter non tantuȝ quantum est vnita. Sed etiam quādo est separata. In angelo autem non est aptitudo naturalis ad hanc vnionem. Ad qōnē ſȝ mēteȝ ppriā. Aīa differt ab āgelo i spē
¶ Anima etiam per naturam non potest intelligere cōclusiones nisi ratiocinando: ⁊ ideo dicitur rationalis: angelus autem per naturā intelligit conclusionem in principio simul vno actu intelligendo principium ⁊ conclusionem: quāuis intelligat vnam conclusionem post aliā: quia non simul intelligit omnes conclusiones: que virtualiter in principijs continentur. Et quāuis vnam conclusionem intelligat: ⁊ postea aliam: ⁊ intelligat quid est ratiocinari: nō tamen ratiocinando intelligit: vnde proprie loquendo rationalis dici non debet: sed intellectualis. Hec predicta satis ostēdunt animam differre ab angelo ſm speciem: eo modo quo sibi conuenit esse in specie. Qd̄ ideo dico: quia non ita dici potest animaȝ esse in Aiaȝ sic ē in spē sicut hō.
specie: sicut homo. ¶ Ad cuius intelligentiam scienduȝ q̨ forme que non sunt per se nate stare: non sunt in specie nisi per reductionem: inquantum videlicet sunt partes compositoruȝ in specie existentium. Magis tamē de prope reducitur ad spēm: q̄ȝ mā: forma autē que est nata per se stare: vt est aīa intellectiua: q̄uis nō ita incōplete

sit in

fit in specie:sicut forma:que nõ est nata per se stare:tamẽ videtur ꝙ directe ⁊ complete non sit in specie: inquantum in ea est aptitudo naturalis:vt sit corporis substantialis forma:nec habet separata suum perfectum existentie modum. Sed homo quiuis per animam sit principalius in specie: quaꝫ per residuam partem essentie suet completius est in specie quam anima: quia est directe in specie ⁊ complete.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum cuꝫ dicitur:ꝙ anima ⁊ angelus sunt nõ pares ⁊c̃. Dico ꝙ h̃ intelligitur quantũ ad imediationem recipiẽdi gratiã a deo. Ita enim nata est anima recipere gratiã imediate:sicut ⁊ angelus:q̃uis angelus simpliciter nobilior sit per naturã.
Ad 2^m ¶ Ad scd̃m dicenduꝫ:ꝙ angelus ⁊ anima nõ ꝯueniũt in vltima dr̃ia.anima enim est rationalis:⁊ angelus est intellectualis.
Ad 3^m ¶ Ad tertiuꝫ dicunt: quidã:ꝙ anima separata nõ intelligit per naturã conclusiones in ꝑncipijs vnico ictu sine omni discursu: sicut angeli q̃uis velocius ⁊ subtilius discurrat separata: q̃ cũ est corruptibili corpore aggrauata:q̃uis enĩ separata ad fantasmata nõ recurrat.h̃ enim nõ obstat:quin discurrẽdo intelligat. ¶ Alij dicunt ꝙ q̃uis separata cuꝫ angelis in modo intelligendi cõueniat.s.in intelligendo sine discursu:tamẽ eo ip̃o ꝙ in ea est naturalis aptitudo ad h̃ vt sit pars hominis:qui per naturã sine discursu conclusiones non intelligit:alterius speciei est q̃ ipse angelus
Ad 4^m ¶ Ad quartuꝫ dicendũ ꝙ nobilissima differẽtia in anima nõ est vnibilitas ad corpus sed ratiõale. ¶ Argumẽta ad partem aliam gratia cõclusionis possunt concedi.

¶ Questio. VI.

Q̃o.vi. **Sexto queritur** vtruꝫ expressius sit imago dei in viro:
Ar.p^o q̃ in muliere. Et videtur ꝙ nõ. Aug.12.de trini. cap.4.vult ꝙ imago est in hoĩe quantũ ad superiorẽ portionẽ rationis. Sed quo ad illam portionẽ nulla est distinctio inter virũ ⁊ mulierẽ: ergo nõ est exp̃ssius
Secũdo ⁊ 3.2j. imago dei in viro q̃ in muliere. ¶ Itẽ ẜ p̃hm.10.meta. Masculinitas ⁊ femininitas nõ diuersificant spẽm. Cũ ergo imago dei totã speciẽ nature humane cõsequatur. ⁊ que totaꝫ speciem cõsequũtur equaliter sunt in quolibet indiuiduo illius speciei:quia talia sunt speciei ꝓpria.
Ca.d cõitatibus vsum. Tertio. Et sicut dicit Porphyrius,ꝓpriuꝫ eq̃liter dr̃ de illis que ipso participant:sequitur ꝙ imago dei non magis sit expresse in viro q̃ in muliere. ¶ Itẽ Glo. super illud ps. Signatũ est sup nos:imago creatoris est in q̃ nat^a est homo.s.ratio imago recreationis per quã reformatur imago creata.s.dei gratia:que menti reparãde infunditur: ẜ in imagine recreationis:que est per gratiã: vir ⁊ mulier parificantur:ergo a simili in imagine creationis.

In op^m instaf p^o **Contra** ꝓma ad Cor.xi.vir nõ debet velare caput suũ:quoniã imago ⁊ gloria domini est:mulier autẽ gloria viri est. Hec verba pretendere videntur imaginẽ dei esse expressius in viro q̃ in muliere. ¶ Itẽ Glos.super verbum preallegatum. vir ad imagineꝫ dei factus est non mulier.

Ad q̃one ẜ mẽteꝫ ꝓpriã. **Respondeo** ꝙ quantũ ad quedã accidentalia per que declaratur dignitas ⁊ decor imaginis:expressius est imago dei in viro q̃ in muliere: ⁊ sic intelligitur illa Glo.i.ad Corin.xi. que talis est. Inde igitur vir est imago dei:q: sicut ex deo sunt omnia ita ex adã omnes homines:⁊ sic cõseruat auctoritatẽ ꝑncipij:⁊ aliquib^o interpositis:postea dicitur. Sicut xp̃us preest:⁊ regit ecclesiã:⁊ ecclesia subseruit ei. Ita vir ⁊ preest:⁊ regit mulierẽ. Et huic videtur cõcordare aplus in loco predicto:q: postq̃ dixit virũ esse imaginẽ ⁊ gloriaꝫ dei:⁊ mulierẽ gloriam viri:statim subiunxit:nõ enĩ vir ex muliere est. Sꝫ mulier ex viro. Nõ.n.creat^o est vir pp mulierẽ:ẜ mulier pp viꝝ. ¶ Si ẜ loq̃mur de imagine quantũ ad naturales ꝓprietates partiuꝫ imaginis sic illi qui ponũt omnes animas naturaliter esse equales in ꝓprietatibus naturalibus dicerent equaliter imagineꝫ dei esse in viro ⁊ in muliere. ¶ Sed illi habent fundamẽtũ maluꝫ:quia nõ omnes anime sont in naturalibus ꝓprietatibus equales. Unde videtur ꝙ quantũ ad naturales ꝓprietates partiuꝫ imaginis expressius est imago dei in habente nobiliorem animaꝫ. Et quia q̃uis alique mulieres nobiliores animas habeant in naturalibus:q̃ habeant aliqui viri:tamẽ de cõi lege:⁊ in pluribus nobilioreꝫ in naturalibus ꝓprietatibus sunt anime viroꝝ q̃ mulierum. Unde vt in pluribus ⁊ de lege cõmuni expressius est imago dei in viris q̃ in mulieribus. Huic concordat quedam Glos.super illud prima ad Cor.xi.mulier autẽ gloria viri est:dicẽs ex quo ipsa est:⁊ cui subseruit: vel dicitur esse vir imago dei:quia principaliter creatus est ad imagineꝫ dei:in quo nãrr ãplius q̃ in muliere viget ⁊c̃. — *right margin:* Non oẽs alaꝫ eq̃les in nãlib^o esse. · Exp̃ssi^o imago dĩ in viris q̃ in mulierib^o.

Ad primum dicenduꝫ:ꝙ quantum ad superiorem portionẽ rationis bene est distinctio inter viruꝫ ⁊ mulierem:quia vt in pluribus naturaliter est in viris nobilior: q̃ in mulieribus: quãuis aliquando in aliqua muliere signata comparata alicui viro signato:viuacior sit in muliere ratio q̃ i viro. Beata etiam virgo pie creditur nobiliorem animam habere:etiaꝫ naturaliter quam quilibet purus homo. Ad p^m · Uirginẽ gl̃iosã nobiliorem aĩaꝫ hr̃e q̃ aliq̃s pur^o hõ.
Ad 2^m ¶ Ad secũdum cum dicitur ꝙ que cõsequũtur totaꝫ speciem: equaliter sunt in quolibꝫ indiuiduo illius speciei ⁊c̃. Dico ꝙ non est verum:quando species participatur ab indiuiduis ẜm magis ⁊ minus. Sed aliqui dicunt ꝙ species anime participatur a suis indiuiduis ẜ magis ⁊ minus. ¶ Sed quia h̃ dicere duruꝫ videtur cum quelibet anima videatur esse complete in specie anime:quantum ad illud q̃d est de eẽntia speciei:potest aliter dici ad argumentum:sciliꝫ ꝙ indiuiduis equaliter participantibus essentiam speciei possunt esse proprietates inequales per actionem agentis. Unde dico ꝙ deus vni anime dedit maiorem intellectus claritatem:q̃ alij.
Ad 3^m ¶ Ad tertiuꝫ dicendum ꝙ est simile de imagine creationis ⁊ recreationis quia contingit habentes minus nobilem naturam:quandoq; habere maiorem gratiam. ¶ Argumenta ad partem oppositum procedũt de imagine:quantuꝫ ad aliqua accñtalia:per que declarat̃ dignitas imaginis atq; decor.

Circa litteram In h̃ ꝙ dicit faciamus:vna operatio trium personarũ ostenditur. opera eniꝫ trinitatis in producendo creaturas indiuisa sunt. Pater enim ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus sunt creaturarum vnus creator: dei ⁊ angelorum non est vna ⁊ eadem imago:quia imago dicit ordinem immediatum tãtum ad illud:cuius est imago.impossibile est autem aliquid immediate ordinari ad angelum ⁊ ad deum immediate tantuꝫ. Non ab illo nata:sed ab illo creata: ⁊ tamẽ h̃ non obstante est imago naturalis:quãuis non connaturalis:ẜm ꝙ in questionibus expositum est. Plura alia essent dicenda de imagine. Sed in parte dicta sunt libro primo.distinctione tertia. — *right margin:* Q̃o intelligit̃ faciamus hoĩeꝫ ad imaginẽ.

¶ De creatione anime vtrum de aliquo facta sit vel non:⁊ quando facta:⁊ quam gratiam habuerit in creatione. Dist. XVII. — *right margin:* Di. xvij.

Hic de origine anime plura queri solent:scilicet vnde creata fuerit: ⁊ quando: ⁊ quam gratiam habuerit in creatione. Sicut hominis formatio ẜm corpus describitur cum dicitur:

formavit deus hominē de limo terre: ita eius dem ſm animaȝ factura deſcribitur cum ſubditur ⁊ inſpirauit in faciem eius ſpiraculuȝ vite. Corpus enim de limo terre formauit deus cui animam inſpirauit. Vel ſm aliam litteraȝ flauit vel ſufflauit: nō ꝙ faucibus ſufflauerit vel manibus corporeis corpꝰ formauerit. Spiritus enim deus eſt: nec lineamentis membrorum compoſitus. Non ergo carnaliter putemꝰ deum corporeis manibus formaſſe corpus vel faucibus inſpiraſſe animam: ſed potius hominem de limo terre ſm corpus formauit iubendo: volendo: idest voluit ⁊ verbo ſuo iuſſit: vt ita fieret: ⁊ inſpirauit in faciem eius ſpiraculuȝ vite: idest ſubſtantiaȝ anime in qua viueret: creauit: non de materia aliqua corporali vel ſpirituali: ſed de nihilo.

Q. ſi corporeis inſtris formaſſe vel ſufflaſſe deꝰ dī.

¶ Opinio quorundam hereticorum qui putauerunt animaȝ eſſe de ſubſtantia dei.

Putauerunt eniȝ qdaȝ heretici deum de ſua ſubſtantia animā creaſſe verbis ſcripture pertinaciter inherentes: quibus dicitur inſpirauit vel inſufflauit ⁊c̄. Cum flat inquiūt vel ſpirat homo de ſe flatum emittit. Sic ergo cuȝ dicitur deus flaſſe vel ſpiraſſe ſpiraculum in faciem hominis: ex ſe ſpiritus hominis emiſiſſe itelligitur: idest de ſua ſubſtātia. Qui hoc dicunt non capiunt tropica locutione dictum eſſe ſufflauit vel flauit: idest flatuȝ hominis. ſ. animaȝ fecit. Flare enim eſt flatum facere: flatum facere eſt animaȝ facere. Unde dominus per Eſaiam. Omnē flatum ego feci. Nō ſunt ergo audiendi qui putant animaȝ eſſe parteȝ dei. Si enim hoc eſſet: nec a ſe nec ab alio decipi poſſet: nec ad malum faciendū vel patiendum compelli: nec in melius vel deterius mutari. Flatus ergo quo hominem animauit factus eſt a deo: non de deo nec de aliqua materia: ſed de nihilo.

Rñ°

¶ Hic quando facta ſit anima: an ante corpus an in corpore.

Sed vtrum in corpe vel extra corpus etiam inter doctos ſcrupuloſa queſtio eſt. Augu. enim ſuper Gen̄. tradit animaȝ cum angelis ſine corpore fuiſſe creatam poſtea vero ad corpus acceſſiſſe: neqꝫ compulſa eſt incorporari: ſed naturaliter illud voluit: idest ſic creata fuit vt vellet: ſicut naturale nobis eſt velle viuere. Male autem velle viuere: non nature ſed voluntatis eſt peruerſe. Alij vero dicunt animam primi hominis in corpore fuiſſe creatam: ita exponētes verba illa. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vite: idest animam in corpore creauit que totū corpus animaret: faciem tamen ſpecialiter expreſſit: quia hec pars ſenſibus ornata eſt ad intuenda ſuperiora. Sed quicquid de anima primi hominis eſtimetur de alijs certiſſime ſentiendū eſt ꝙ in corpore creentur. Creando eniȝ infundit eas deus: ⁊ infundendo creat. Dicēdum eſt etiam animaȝ illam nō ſic eſſe creataȝ vt preſcia eſſet operis futuri iuſti vel iniuſti.

Opinio Augu.

Aliorum ſnīa.

Q. aīa illa nō fuit pſcia operis futuri

¶ In qua etate deus hominem fecerit.

Solet etiam queri vtrum deꝰ homineȝ repente in virili etate fecerit an proficiendo ⁊ etates augēdo: ſicut nunc format in matris vtero? Augu. ſuper Gen̄. dicit ꝙ Adam in virili etate continuo factus eſt: ⁊ hoc ſm ſuperiores non inferiores cauſas: idest ſm voluntatem ⁊ potentiā dei: quas nature generibus non alligauit: qualiter ⁊ virga Moyſi conuerſa eſt in draconeȝ: nec talia contra naturaȝ fiunt: niſi nobis quibus aliter nature curſus innotuit: deo autem natura eſt qđ facit. Non ergo cōtra diſpoſitionem ſuam illud fecit deus. Erat enim prima creaturaruȝ conditione ſic hominem poſſe fieri: ſed non ſibi erat neceſſe vt ſic fieret: hoc eniȝ non erat in cōditione creature: ſed in beneplacito creatoris: cuiꝰ volūtas neceſſitas eſt. Hoc enim neceſſario futurum eſt qđ vult ⁊ preſcit. Multa vero ſꝫ inferiores cauſas futura ſunt: ſed in preſcientia dei futura non ſunt. Si autem ibi aliter futura ſunt: potius futura ſunt: ſicut ibi ſunt vbi preſcit ille qui nō poteſt falli. Sic ergo factus eſt Adam non ſm inferiores cauſas: quia non erat in rerum cauſis ſeminalibus: vt ita fieret: ſed ſm ſuperiores non cōtra naturam operantes: quia in reruȝ cauſis naturalibus erat: vt ita poſſet fieri.

¶ Q. homo extra paradiſuȝ creatus in paradiſo ſit poſitus: ⁊ quare ita factum ſit.

Hominem auteȝ ita formatum tulit deus: vt ſcriptura docet: ⁊ poſuit in paradiſo voluptatis quē plantauerat a principio. His verbis aperte Moyſes inſinuat ꝙ homo extra paradiſum creatus poſtmoduȝ in paradiſo ſit poſitus. Qđ ideo factuȝ dicitur: quia non erat in eo permanſurus: vel vt non nature: ſed gratie hoc aſſignaretur. Intelligitur autem paradiſus localis ⁊ corporalis in quo homo locatus eſt. Tres enim generales de paradiſo ſentētie ſunt. Una eorꝫ qui corporaliter intelligi volūt tm̄. Alia eorum qui ſpiritualiter tantum. Tertia eorum qui vtroqꝫ modo paradiſum accipiūt. Tertiam mihi placere fateor vt homo in corporali paradiſo ſit poſitus: qui ab illo pricipio plantatus accipi poteſt: quo terram omneȝ remotis aquis herbas ⁊ ligna producere iuſſit. Qui ⁊ ſi preſentis eccleſie vel future typum tenet: ad

Tres ſnīe d̄ padiſo ſūt ⁊ que ſunt.

A quo pncꝰ ſit plātatus

net:ad litteram tamē intelligenduz est esse locum amenissimum fructuosis arboribus magnum: z magno fonte secunduz:qd dicimus a principio:antiqua translatio dicit ad orientem Unde volunt in orientali parte esse paradisuz longo interiacēte spatio vel maris vel terre regionibus quas incolunt homines secretum: z in alto situm vsq3 ad lunarez circulū pertingē tez. Unde nec aque diluuij illuc peruenerūt.

Qual' sit loc' padisi vbi.

Ꝯ De lignis paradisi inter que erat lignum vite z lignū scientie boni z mali.

In hoc autem paradiso erāt ligna diuersi generis inter que vnum erat qd vocatū est lignū vite:alterum vero lignum scientie boni z mali Lignuz autem vite dictuz est sicut docet Beda z Strabus:quia diuinit' accepit hanc viz: vt qui ex eius fructu comederet: corp' eius stabili sanitate z perpetua soliditate firmaretur: nec vlla īfirmitate: vel etatis imbecillitate in deterius: vel in occasuz laberetur. Lignū autem scientie boni z mali:non a natura hoc nomen accepit:sed ab occasione rei postea secute Arbor enim illa non erat mala:sed scientie boni z mali:ideo dicta est:quia post prohibitiōem erat in illa transgressio futura:qua homo experiendo disceret qui esset inter obedientie bonū z inobedientie maluz. Non ergo de fructu qui nosceretur inde positū est illud nomen : sed de retransgressioue secuta. Cognouit eniz homo priusq3 tangeret hoc lignum bonuz z malum: sed bonum per prudentiam z experientiaz:malum vero per prudentiam tantuz. Quod etiaz per experientiam nouit vsurpato ligno vetito: quia per experientiaz mali didicit quid sit iter bonum obedientie z malum inobedientie. Si vero primi parentes obedientes essent nec contra preceptum peccassent:non ideo tamen minus diceretur lignuz scientie boni z mali:quia hoc ex ei' tactu accideret si vsurparetur. A ligno ergo homo prohibitus est:qd malum non erat:vt ipsa precepti conseruatio bonum illi esset:transgressio maluz . Nec melius considera tur quantū maluz sit inobedientia q3 hoc modo:cuz scilz ideo re' factus esse hō intelligitur quia prohibitus rem tetigit:quā si non prohibitus tetigisset:nec peccasset nec penam sensisset. Si enim venenosam herbaz prohibitus tetigeris:pena sequitur: z si nemo prohibuisset:similiter prosequeretur. Si etiā prohibetur res tangi que non tangenti tantum: sed prohibenti obest:sicut aliena pecunia: ideo prohibitum est peccatum:quia prohibenti est damnosum. Cum vero tāgitur:qd nec tangenti obest:si nō prohibetur:nec cuilibet si tangatur:ideo prohibetur vt per se bonum obedientie z malum inobedientie monstretur. Sicut primus homo a re bona prohibitus penam incurrit : vt non ex re mala:sed ex inobediētia pena esse monstrarē sicut ex obedientia palma.

Quare vocatū sit lignuz scie boni z mali.

Dis. XVII.



Hic de origine anime zc. Superius determinauit magister de pductione hominis in cōi. Ꝯ In hac parte determinat de pductione viri spālr z diuiditur in partes tres. Ꝯ Primo determinat de viro quantū ad anime naturā. Ꝯ Secundo quātuz ad corporis staturā. ibi [Solet etiā.] Ꝯ Tertio de loco habitationis sue:quādiu seruauit inocentiā. ibi. [Hominem autem.] Ꝯ Prima in duas. Ꝯ Primo ostendit vnde anima fuerit pducta. Ꝯ Secundo vbi. s. vtruz in corpore vel extra. ibi. [Sed vtrum in corpore.] Ꝯ Tunc sequitur illa pars que ibi incipit. [Hominez autem.] Et diuiditur in partes duas. Ꝯ In prima determinat de terrestri paradiso. Ꝯ In scda de cōditione lignorū existentium in eo. ibi. [In hoc autez paradiso.]



Circa hanc dist. querūtur de duob' principaliter. Ꝯ Primo de anima Ade. Ꝯ Secundo de eius corpore. Ꝯ Circa primū querūtur quinq3. Ꝯ Primo vtruz anima Ade fuit pducta ex aliqua materia. Ꝯ Secundo vtrū fuit pducta in corpore:vel extra. Ꝯ Tertio vtrum anima rationalis fuit ipsius Ade specifica forma. Ꝯ Quarto vtruz anima intellectiua possit substantialiter trāscēdere corpus suuz remanēs actu eius forma. Et in qualibet parte eius tota. Ꝯ Quinto vtruz in Adam fuerit aliqua alia forma substantialis:cū anima intellectiua:qd ex cōsequēti querūt de quolibet alio. Qō. 1. Qō. 1.



Primo ostendo q2 aīa Ade non fuerit producta ex aliqua materia. Qz aut illa materia pri' fuisset sub aliqua forma corporali:aut spirituali:aut sub nulla. Non primo modo:quia fm Boetiū. in lib. de duab' naturis. Et vna persona christi vltra medium ex corpore nō potest fieri incorporeuz:nec secūdo modo: q2 vnus spiritus nō transmutatur in aliū:nec tertio modo q2 materia sine forma esse nō potest. Cū dicat Boe. pmo lib. de trini. cap. 3. q2 nihil dicitur esse fm materiaz:ergo anima Ade nō fuit facta ex aliqua materia. Ꝯ Item cōpositū ex mā z forma:nō est alicuius alteri' materie forma. Sed anima intellectiua est corporis humani substātialis forma. Ergo nō est composita ex materia z forma. Ꝯ Itez materia nō est perfectio materie:sed anima intellectiua fm se totaz est humani corporis substātialis perfectio. ergo nō habet materiā sue essentie partē. Ꝯ Item si anima est ex mā aut illa mā pportiōatur sue forme:aut nō. Si nō tunc ex ipsa z mā nō potest fieri per essentiaz vnuz:si sic:tunc forma sua nō posset perficere materiam aliā: z sic aīa nō esset hūani corporis forma: qd est erroneū.

Ar. p° *Secūdo* *Tertio.* *Quarto.*

Contra in omni creatura per se stante differt: qd ē z quo est. Sed quo est:est forma: qd est videtur esse materia:vel cōpositum:ergo cuz anima possit per se stare:videtur q2 sit composita ex materia z forma. Ꝯ Item sicut superius est habituz dist. 3. Angelus compositus est ex materia z forma. Sed angelus simplicior ē q3 anima:quia nobilior est per naturā:vt superius ostensum est. ergo multo fortius anima cōposita est ex materia z forma. Ꝯ Itez Aug. 7. super Geñ. nō multuz post principiuz. Si quoddā incōmutabile esset anima: nullo mō eius quasi materiez querere debemus:hic videtur velle Aug. z animaz esse mutabilē z ipsam habere māam.

In opm *Secūdo* *Tertio.*

Respondeo q2 animaz Ade fuisse pductaz ex aliqua materia dupliciter potest intelligi. s. aut ex materia:que pductionem anime dura

Ad qōnē doc. varias opi. sa sentat.

tione precesserit: ⁊ sic nō fuit producta ex aliqua materia.
Op. pᵃ Aut ex mā que ꝓductionē anime sola origine precesserit
vt sonus tm̄. Et sic ad h̄ dicūt aliq: ꝙ aīa ade: nec aliqua
alia anima rationalis ꝓducta fuit ex aliqua mā. Nō eniꝫ
sm̄ istos necessariū est ponere māꝫ in anima: nisi accipiē
do materiā pro principio pure possibili: qd̄ est trāsmuta
bile in illas accidentales formas: que de potentia ipsius
anime educi possunt per virtutem agentis creati. Cum
ergo illud principiuꝫ purum possibile non sit de eēntia
eius: in quo est: videtur eis in anima nō esse materiā tan
q̄ꝫ partez essentie sue: ⁊ per hanc viam ipsi soluunt ea: q̄
videtur obijci cōtra eos: dicētes ꝙ sm̄ hanc viam bene
sustinent animā esse mutabilē ⁊ passibilem: ⁊ a superiori
natura ⁊ a se ipsa: quia per naturā suam potest se mouere
Op. 2ᵃ. ⁊ agere: ⁊ per illud principiuꝫ purū possibile potest mo/
ueri ⁊ pati. ¶ Alij autē dicunt: ꝙ anima habet materiā
que est pars essentie sue: nō tamē vnigeneā cum materia
corporaliuꝫ: ⁊ ad h̄ declarandū recurrenduꝫ est superius
ad dist. 3. vbi declaratū est qōne. 2. essentiā angeli eē ꝯpo
sitā ex mā ⁊ forma: extēdēdo nomē māe ad oēꝫ nāꝫ possi
bilē: ex qua ⁊ alia natura magis actuali cōstituitur vnuꝫ
per essentiaꝫ: ⁊ questione sequēti declaratum est: illaꝫ cū
materiā corporaliū nō esse vnigeneaꝫ. Videtur etiā istis
dōm māꝫ anime nō esse vnigeneā cū mā angeloꝝ.

Sustētat 2ᵃᵐ opi. Ad pᵐ **Qui vult tenere** hāc vltimā opinionē: pōt dicere ad pmū in opposi/
tuꝫ ꝙ nō plus cōcludit nisi ꝙ anima Ade non fuit ꝓdu
Ad 2ᵐ cta ex aliqua mā: que ipsam duratione ꝓcesserit: ⁊ hoc
est verum. ¶ Ad scdm cū dr: ꝙ cōpositum ex materia ⁊
⁊ forma: nō est alicuius alterius materie forma ⁊c̄. Dico
ꝙ h̄ esset verū. Si materia esset vnigenea. Sed materia
anime nō est vnigenea cuꝫ materia ipsius corporis. Sed
Ad 3ᵐ est actualior: q̄ꝫ forma incōpleta in corpore humano pre/
cedēs ordine nature anime intellectiue infusionē. ¶ Ad
Ad 4ᵐ tertiū dicendū: ꝙ materia nō est vnigenea cuꝫ alia mate
ria: vnde potest esse pars perfectiōis illius. ¶ Ad quar/
tuꝫ dōm: ꝙ mā ipsius anime bene ꝓportionatur sue for/
me: quantū ad cōstitutionē vnius per essentiaꝫ. Sed nō
quantū ad terminādum totā possibilitatē illius: que est
in posse recipi in alio. Sicut enim possibilitas materie ē
in posse recipere formā: ita possibilitas forme est in posse
Differt mā ⁊ forᵃ cꝛruptibilium ⁊ mā ⁊ forᵃ icorrupᵐ recipi in materia. Unde sicut materia generabiliū ⁊ cor/
ruptibiliuꝫ terminat possibilitatē sue forme: sed nō econ
uerso: ⁊ materia corporū incorruptibiliuꝫ terminat pos/
sibilitatē sue forme: ⁊ ecōuerso. Ita forma aīe terminat pos
sibilitatē sue materie ad substātialē formaꝫ. Sed materia
nō terminat possibilitatē forme: ⁊ ideo ad h̄ nō obstante
sua materia receptibilis est in ipso corpore tāq̄ꝫ forma.

Sustētat pᵃᵐ opi. Ad pᵐ **Qui vult tenere** opinionez aliā: potest di
cere ad primū in opposi
tū ꝙ qd̄ est ipsius anime: est essentia anime cōcreta cū ꝓ/
prietatibus naturalibus: ⁊ quo est: est sua essentia absolute
cōsiderata. Vel potest dici sm̄ alios ꝙ suuꝫ: qd̄ est: est sua
Ad 2ᵐ essentia: vt per se exn̄s: ⁊ suuꝫ quo est: est suū esse. ¶ Ad
secūdū dicunt aliqui ꝙ angelus dicitur cōpositus ex ma
teria ⁊ forma: nō quia habeat materiā sue essentie partē:
sed q: in eo est principiū purū possibile transmutabile in
accidētia q̄ de potētia ipsius āgeli per se seipsum: vel per
aliud agēs creatū potest educi. ¶ Vel potest dici: ꝙ nō
est incōueniens ponere aliquod cōpositū ex forma ⁊ ma
teria: ꝙ in se habet suum completū existētie moduꝫ: esse
nobilius substātia nō cōposita ex materia ⁊ forma: que ꝑ
Ad 3ᵐ se nō habet suum naturalē completū existentie modum.
¶ Ad tertiū dōm: ꝙ Aug. nō dicit animā habere mate/
riam: sed quasi materiā. Et potest dici ꝙ illud principiū
purū possibile: qd̄ est in anima ad formas accidentales q̄
de ipsa possunt educi per virtutē agentis creati: est quasi
materia pro tanto: quia per ipsam anima est mutabilis ⁊
passibilis.

¶ Questio. II. Q̄ō. ii.

Secundo queritur vtruꝫ anima Ade fuerit ꝓ Ar. pᵐ
ducta in corpore: vel extra. Et vr̄ ꝙ extra Auicē.
2. meta. ca. 4. forma prior est hyle. i. materia. Cum
ergo anima sit forma: ⁊ corpꝰ eius mā: videtur ꝙ anima
ante suum corpus fuerit creata. ¶ Item corpus ade fa/ Secūdo
ctuꝫ est ꝓpter animā: q: forma finis est materie. ergo pri
us debuit anima fieri q̄ꝫ corpꝰ. ¶ Itē sicut se habet euuꝫ Tertio.
ad tēpus: ita euiternū ad tēporale. Sed euū precedit tē/
pus. Unde Boe. de cōsol. lib. 3. paꝫ vltra mediū. Tem/
pus ab euo ire iubes: ergo similiter: anima ante corpꝰ cū
anima sit res euiterna: ⁊ corpus sit res tēporalis.

Contra phs. 9. meta. q̄uis actus simpliciter prior In opᵐ
sit potētia: tamē in eodem numero potētia T. 2. h.
precedit actuꝫ. Sed anima est actus corporis sm̄ phm̄. 2. T. c. 6.
de anima. ergo corpus prius debuit fieri: q̄ꝫ anima: ⁊ ani ⁊. 7.
ma debuit in ipso creari. ¶ Itē dicit Auic. 6. naturaliū. Secūdo
lib. 5. ca. 3. ꝙ anima humana nō fuit prius existens per se
⁊ deinde venit in corpus. ¶ Item si aīa ade fuisset crea/ Tertio.
ta extra corpus cum habuisset liberū arbitriū: aut fuisset
cōuersa ad deū: ⁊ sic cōfirmata in bono: aut auersa a deo:
⁊ sic obstinata in malo anteq̄ꝫ corpori vniretur: qd̄ falsū
est. ergo videtur ꝙ nō fuerit creata extra corpus.

Ad istaꝫ qōnem dixerunt quidā: animam Ad qōnē sꝫ mētē aliorū pᵃ opi.
ade creataꝫ extra corpus
quia fuit creata ante sui corporis formationē: vt sic osten
deretur a corpore nō depēdere. ¶ Alij autez h̄ in dubio 2ᵃ opi.
posuerūt: vnde ipsemet Aug. de h̄ videtur dubitasse: vt
patꝫ lib. 7. super Gen̄. nō multuꝫ ante finem: loquēs de
anima ade sic ait. certe opinioni humane tolerabiliꝰ mi/
hi videtur deum in illis primis operibus: que simul oīa
creauit: animā etiā humanaꝫ creasse: quā suo tēpore mē/
bris ex limo formati corporis inspirasset: cuius corporis
in illis simul cōditis rebus rationē creasset causaliter: sꝫ
quā fieret cū faciēdum esset corpus humanū. ¶ Sed vi Ad qōnē sm̄ mētē ꝓpriā.
detur rationabilius dicēdū: ꝙ fuit creata in corpore q̄ꝫ/
uis eam deus creasse potuisset ante corpus: si voluisset
Et qd̄ in corpore creata fuerit videtur innuere textus sa
cre scripture. Gen̄. 2. vbi dicitur formauit dn̄s deus ho/
minē de limo terre ⁊ inspirauit in faciem eius spiraculū
vite: ⁊ factus est homo in animā viuentē: vbi eniꝫ tangit
corporis formatio: ⁊ deinde anime inspiratio. Et h̄ rōna
bile est: quia cū sit corporis forma ⁊ motor: congruū fuit
⁊ ipsam nō mereri: neq̄ꝫ demereri: nisi in corpore. Si aūt
creata fuisset ante corpus extra corpus mereri vel deme
reri potuisset. ¶ Preterea cum naturalē inclinationeꝫ
habeat ad corpus: sicut forma ad materiā: ⁊ eā esse nō glo/
rificatā: ⁊ sine corpore: penale sibi fuisset: ⁊ ita ante pecca
tum penaꝫ passa fuisset: prius ergo fuit plasmatū corpus
ade: ⁊ tūc anima per creationē sibi inspirata.

Ad primum in oppositum cū dr̄ ꝙ forma ꝑor Ad pᵐ
est materia. Dico ꝙ h̄ intelligen
dum est: aut de prioritate dignitatis aut de prioritate ali/
qualis cālitatis in forma respectu materie ꝑme: eo ꝙ ac/
tualitas essendi cōuenire nō potest per naturam materie
nisi per aliquā formā: corpus autez ade. cui deus infudit
animā: nō fuit materia prima sola: sꝫ fuit materia sub ali/
qua forma incompleta. ¶ Ad scdm dicendum: ꝙ q̄uis Ad 2ᵐ
corpus Ade factum fuerit propter animaꝫ: ex hoc tamē
non sequitur: ꝙ creatio anime debuerit precedere corpo
ris plasmationem: ⁊ si finis sit prior in intentione: nō ta/
men oportet ꝙ sit prior in executione. ¶ Ad tertium di Ad 3ᵐ
cendum: ꝙ q̄uis esse anime absolutum mensuretur euo
tamen operationes eius quas exercet inquantum est cor
poris motor: ⁊ forma: non mensuratur euo: ⁊ quia talis
nature creata fuit anima: vt in ea esset aptitudo natura/
lis ad h̄: vt esset corporis motor: ⁊ forma nō debuit crea/

Qõ. III. ri cum alijs euiternis. ℂ Questio. III.

Ar.pᵒ TErtio queritur vtrũ anima rationalis fuerit ipsius ade specifica forma. Et videtur φ non: qꝛ omnis forma in essendo innititur sue mate/rie. Sed anima intellectiua in essendo non innititur cor/pori: quia aliter in separatione amitteret suum esse. ergo
Secũdo nõ fuit forma corporis ade. ℂ Item φ est cõtra inclina/tionem naturalẽ est vt in paucioribus: Sed plures sunt anime separate: q̃ʒ cõiuncte: ergo anima non habet natu/ralez inclinationẽ ad corpus. Sed forme habent natura/les inclinationes ad suas materias: ergo anime rationa/
Tertio. les nõ sunt forme corporũ humanorũ. ℂ Item essentia anime aut est totaliter dependẽs a corpore: aut totaliter independẽs: aut partiʒ dependens: ⁊ partim indepẽdẽs nõ primo modo: qꝛ tũc corrũperetur per corporis corru/ptionẽ: qđ falsum est. Nec tertio modo: qꝛ cũ sit simplex nõ habet partẽ ⁊ partez. restat ergo φ sit totaliter a cor/pore independẽs. Sed omnis forma aliquo modo depẽ/det a sua mã: ergo anima ratiõalis nõ est humani corpis
Quarto. forma. ℂ Itẽ cuʒ forma sit nobilior pars cõpositi ⁊ ꝯpo/situʒ debeat a nobiliori pte denominari: magis debet: hõ dici spũs: q̃ʒ corp⁹. Sed hoc falsuʒ est: h̄ enim falsa est: ho/mo est spũs: h̄ eniʒ vera est: homo est corpus: ergo anima intellectiua cum sit spũs: nõ est humani corporis forma.
Quinto. ℂ Itẽ hõ nõ est hominis specifica forma. Sed aĩa rõna/lis est homo dicit eniʒ Auicẽ. 6. naturaliũ. lib. 5. cap. 7. de anima rõnali: φ ipsa verissime est ego: aut φ ipsa est ego regẽs hoc corpus: ergo nõ fuit ipsi⁹ ade forma specifica.

In opᵐ T.c.12. Contra phs. 1. de anima. Intelligere est actus con/iuncti ex anima ⁊ corpore: φ nõ esset verũ nisi anima intellectiua esset humani corporis forma. Sʒ forma cõpositi nobilissima est specifica: ergo cũ in homi/ne nulla sit nobilior forma: q̃ʒ anima itellectiua: videtur φ ipsa fuerit ipsius ade ⁊ cuiuslibet alterius hominis sit
Cap. de diã ad finẽ. forma specifica. ℂ Itez Porphyrius. sumus rationales h autẽ nõ esset nisi anima rõnalis esset hominis cõpleti/ua forma: cuʒ rõcinari sit vltimus actus ipsius hominis inquantũ est natus cognoscere quid sibi in h̄ corruptibi/li corpore potest cõpetere per naturã. ℂ Itẽ Auic. pmo meta. sue. cap. 3. ratiõale nõ acquirit animali intentionẽ animalitatis. Sed acquirit ei esse in effectu. Intẽdẽs lo/qui de effectu completo. Illud autẽ per qđ habet homo esse in effectu ꝯpleto: est forma: p quã hõ reponit in spe/cie: ergo anima ratiõalis est ipsius hois forma specifica.

Ad qõnẽ ƀʒ mẽtez ꝯpoiã. Respondeo φ anima ratiõalis fuit ipsius ade forma specifica: ⁊ etiã cuiuslibet hois sua anima intellectiua est forma specifica: homo enĩ experitur se rõcinari: nõ tantũ de intẽtionibus particu/laribus. Sed etiã de intẽtionib⁹ vniuersalibus: hãc ḡ ac/tionẽ habʒ homo per aliquid sui pncipaliter nõ per ma/teriã: nec per aliquã substãtialẽ formã incõpletã: nec per accidẽtalẽ formã: qꝛ cuʒ rõcinari sit vltimus actus: ⁊ no/bilissimus: quẽ possit homo naturaliter habere sub rõne qua natus cognoscere opʒ φ sibi cõueniat principaliter per nobilissimã sui partẽ. Nobilissima autez pars cõposi/ti est forma specifica. ergo ratiocinari pncipaliter conue/nit homini per suaʒ formã specificã. Sed certuʒ est φ si/
T.c.24. bi cõuenit per animã rationalẽ: qꝛ vt dicit phs. 2. de aĩa. Anima est quo viuimus ⁊ sentimus ⁊ mouemur: ⁊ intel/ligimus primũ. ergo forma hominis specifica est anima rationalis. ℂ Preterea oẽs appetimus beatitudinem. Unde beat⁹ Aug. 13. de tri. cap. 8. dicit φ ad h̄ natura cõ/pellit: cui sũme bonus ⁊ imutabilr verus creator: hoc in/
T.c.45. didit. Sed ƀʒ phʒ 3. de anima. Natura nihil facit frustra
T.c.59. ⁊ scđo celi ⁊ mũdi. dicit φ natura nihil facit vanuʒ. Ap/petitus autez naturalis esset vanus ⁊ frustra: si rem appe/titaʒ nec per se: nec per aliuʒ posset cõsequi. Nos ḡ possu/mus cõsequi beatitudinẽ. Sed plena beatitudo nõ põt haberi sine clara dei visione: ergo possumus cuʒ adiuto/rio dei attingere ad clarã dei visionẽ. Sed nõ possumus deuʒ videre: nisi per potẽtiã intellectiuã. ergo de essentia hominis est anima habẽs potẽtiaʒ intellectiuã. Sed cõ/stat φ nulla pars hominis nobilior est anima itellectiua Cuʒ ergo nobilissima pars cõpositi sit eius forma specifi/ca. Sequitur φ anima intellectiua est hominis forma.
ℂ Preterea phs. 2. de anima. dicit φ si aliquid cõmune T.c.7.
in omni anima opʒ dicere erit vtiq̃ primus actus corpo/ris organici phici. Sed anima intellectiua est anima: vñ dicit phs. 2. de anima. φ est alteruʒ genus anime a vege/ T.c.21.
tatiuo ⁊ sensitiuo: ergo prim⁹ actus corporis phici orga/nici. Sed cõstat φ nullus act⁹ in homine: idest forma est nobilior ea: ḡ aĩa itellectiua est nobilissima corpis forma.

Ad primum in oppositũ cum dr: φ omnis for/ma in essendo innititur sue mate/rie ⁊c̃. Dico φ verum est. Si vocas inniti materie: natu/raliter iclinari ad ipsã ad hoc vt ex ipsa ⁊ mã possit vnũ cõstitui per essentiã. Et si vocas initi materie dependere ab ea quãtuʒ ad cõpletuʒ essendi modũ. Sed si vocas in/niti mãe nõ posse esse sine materia: quã perficit. Sic dico φ ꝓpositio habet instãtiaʒ in corporis humani specifica forma: potest eniʒ esse sine corpore: q̃uis sine illo nõ ha/ Ad pᵐ
beat suũ cõpletũ nãlis existẽtie modũ. ℂ Ad secundum cuʒ dicitur: φ illud qđ est cõtra naturalẽ inclinationem est vt in paucioꝛib⁹ ⁊c̃. Dico φ h̄ intelligẽdum est in to/ta vniuersitate creaturaꝝ. Plures eniʒ sunt creature ha/bentes suuʒ cõpletuʒ existẽtie modum in sua spẽ: q̃ʒ sint anime a corporib⁹ separate. In vna tamẽ specie nõ est in/cõueniens esse plura indiuidua illius spẽi: que nõ habe/at suũ completũ existẽtie moduʒ: vsq̃ ad aliquod tẽpus adeo determinatũ: q̃ʒ illa que habẽt. Sicut in spẽ aiaruʒ deo pro nobis aliquid melius ꝓuidentie. ℂ Ad tertiuʒ Ad 2ᵐ
dicenduʒ: φ essentia anime nõ est totaliter dependens a corpore: nec ƀm partez vnã dependẽs: ⁊ ƀm aliã nõ depẽ/dens. Sed dico φ tota quãtuʒ ad suum completũ natu/ralis existentie moduʒ est a corpore dependẽs: ⁊ ƀm se to/tam est a corpore independẽs quãtuʒ ad esse simpliciter quia remanet in actuali esse post corporis corruptionez quia vt inferius ostendetur ipsa est incorruptibilis p na/turam. ℂ Ad quartuʒ dõm: φ sicut spũs nõ predicatur de homine: ita nec corpus inquãtum est hominis pars. Sed inquãtuʒ imponitur ad signduʒ illud idẽ: qđ signi/ficat homo sub modo tamẽ indeterminato: qꝛ sic est ho/mini genus. ℂ Ad quintum dõm: φ predictuʒ verbum Auicẽ. falsum est: ⁊ contra symbolũ in quo dicitur φ aĩa rationalis ⁊ caro vnus est hõ. ℂ Qõ. IIII.
Ad 3ᵐ
Animã a corpe de/pẽdere ⁊ nõ depẽ/dere.
Ad 4ᵐ
Ad 5ᵐ
Qõ. IIII

Ar.pᵒ QUarto queritur vtrum anima intelle/ctiua possit substãtialiter trãscẽ/dere corpus suuʒ: remanẽs actu eius forma: ⁊ in qualibet parte corporis tota. Et videtur φ sic. Bernardus lib. de precepto ⁊ dispensatione versus finem: dicit φ nõ est presentior spũs noster: vbi animat:
Secũdo T.c.9. Eod tex. q̃ʒ vbi amat. ℂ Itez ƀʒ phm. 2. de anima. Sicut se habʒ tota anima ad totũ corpus. Sic visus ad oculũ: vnde di/cit φ si oculus esset animalis: anima eius esset visus: ⁊ sed visus potest trãscẽdere oculum remanẽs oculi forma: vt ostẽdam: ergo tota anima potest trãscẽdere suum corpus remanẽs actu eius forma. Minorez pbo per auctoritatẽ Aug. 6. musice. nõ multũ longe ante medium. dicẽtis φ nos ad capienda spacia locoꝝ: diffusio radioꝝ iuuat: qui e breuibus pupillis in aperta emicant: ⁊ adeo nostri sunt corporis: vt q̃q̃ʒ in procul positis rebus: quas videmus nostra anima vegetetur. Dicit etiã lib. de quãtitate ani/me circa mediũ. φ oculi videntur ⁊ patiũtur vbi nõ sunt φ nõ esset verũ: nisi potẽtia visiua trãscenderet oculum remanens eius forma. ℂ Item Augu. 18. de ciui. cap. 19. Tertio.

Dicit de fantastico hominis: q cuz corpus non sit: tamē mira celeritate corporuz formas capit: & ipz sopitis: aut oppressis corporeis hominis sensibus: ad aliorū sensum nescio quo ineffabili modo figura corporea posse perduci. Ita vt corpora ipsa hominuz alicubi iaceant: viuentia quidem: sed multo grauius atq; vehementius: q̄z somno suis sensibus obscuratis fantasticū illud veluti corporatuz in alicuius aialis effigie: appareat sensib⁹ alienis. Sz illud fantasticū nō seperatur a substātia anime: ergo aīa intellectiua potest substātialiter corpus suū transcēdere: remanēs eius forma. ¶ Itez loquitur de beato Ambro. q interfuit exequys beati Martini: corpore suo viuēte remanēte Mediolani q esse nō potuisset: nisi anima trāscendisset corpus: & simul remāsisset actu eius forma.

Quarto.

In opp^m p̄

Contra Aug. lib. de quātitate anime: non multum longe post principiū. dicit discipulo: q anima tua est h̄: vbi est corpus nec vltra spatiuz eius porrigitur. ¶ Itez eodē lib. parū post: approbat sententiā discipuli dicētis: q nō ignoraret: quid agatur Mediolani. Si animus eius vsq; ad eā porrigeretur: presentiaq; sentiret: videtur ergo sentire Aug. q anima suū corpus nō trāscēdat substātialiter: quia aliter homo posset scire naturaliter: que fiunt in locis: vbi corpus suum presens nō est. ¶ Item forma debet proportionari materie: ergo & anima corpori: cuz sit eius forma: sed si substātialiter corpus transcenderet: nō ei proportionaretur: ergo corpus substantialiter non transcendit.

Secūdo

Tertio.

Ad qōnē fz mētez aliorū q̄ valde sutcilis exstit.

Ad istaz questionem aliquādo dixerunt aliqui: q anima intellectiua potest substātialiter suū corpus transcendere: remanēs actu eius forma: & in qualibz parte ei⁹ tota: qd̄ declarare nitebātur auctoritatib⁹: exēplis: & rōnibus: vt enīz habetur .4. lib. Reg. cap. 5. dicit heliseus ad giezi: non ne cor meuz in presenti erat: quando reuersus est homo de curru suo in occursuz tui. Ecce qd̄ dicit cor suū fuisse presens vbi corpus suū erat presens ibi cor accipiens pro anima. Ad h̄ etiā adducebant aliquas auctoritates allegatas in opponēdo ad primā partē. ¶ Ad h̄ etiā adducunt exēpla. Angelus enīz quādoq; trāscendit substātialiter corpus q assumit: ita q tot⁹ est in illo corpore: & totus extra: qd̄ patz: cū aliquādo assumat corpus minoris quātitatis: q̄z sit spatium: cui toti posset se simul facere presentez. Ita dicūt aliquo modo a simili: q corp⁹ humanū nō est tāte quantitatis: sicut est illud spatiū cui toti anima simul posset se facere presentē a corpore separata: & vt dicūt ipsi non est rō quare in corpore existens: nō possit tātū spatiū attingere quantum posset a corpore separata. Cū nō habeat perfectionē existēdi modū: imo minus perfectū separata q̄z cōiuncta. ¶ Aliud exēpluz videm⁹ q tota anima est in corpore paruuli: & postea cū corpus eductū est ad perfectā quātitatē: anima est in qualibet parte illius corporis tota: nō tn̄ per aliquā sui mutationez. Sed impossibile est: q res existens in paruo spatio attingat spacij maioris quālibet partez nisi mutetur. Videtur ergo q corpore paruuli existēte parue quātitatis: anima saltē ipsuz tātū excedebat: q̄tū quātitas eius perfecta: quātitatē primo imperfectā excedit. ¶ Ad hoc etiaz rationē adducunt. Impossibile est potētiaz organi perfectiuā attingere ad cognitionez intelligibiliū & vniuersaliū & ipsam esse liberā: ergo si anima ita est corporis forma fz se totam: & totalr̄: vt nullo modo substātialiter ipsuz trāscēdere possit: nō est in ea aliquid qd̄ nō sit mīe corporalis forma. In ipsa ergo nihil eēt per quod apphēderet intellectualia: & vniuersalia: & per qd̄ esset in sui actione libera. Videtur ergo q sicut inquātuz est in corpore: sunt in ea potentie: que dnr̄ organis alligate: q ita in ipsa: sub ratiōe qua corpus substātialiter transcendit sint potētie: que nō sint organis alligate .s. itellectus & voluntas per quas est in ea cognitio & amor intellectualiuz libertas. ¶ Sed hāc opinionez nō tenet doctor: cōtras: Quia ipsaz videtur sequi plura improbabilia. Quorum vnū est q tota substātia anime intellectiue: tota esset in corpore: & tota extra. Aliud est q simul eēt vbi est forma & vbi nihil īformaret. Aliud est q homo in vno loco existens posset scire secreta locorū: vbi corpus suuz nō esset presens. Aliud est quia ex illa opinione sequi videtur q vna anima duorūz corporuz penitus similiuz posset esse forma. Si enīz trāscēdit hoc corpus: qd̄ informat: videt̄ q inquātuz est extra hoc corpus: posset informare aliud corpus: q esset taz simile isti: vt solo numero differret ab isto: vnde illa opinio fauere vr̄ errori dicentium: q oīuz hominū sit anima vna: q̄uis autē suum corpus substantialiter nō excedat: ipsuz tn̄ excedit virtualiter: q forma quāto est nobilior: tanto magis mā̄z suā virtualr̄ excedit anima autē intellectiua nobilior est inter omnes formas informātes materiā corporalē: & ideo possibilitas corporis: cuius est forma: nō equat totā virtutē actualitatis illius. Sed multū exceditur ab ea: & sub hac rōne sunt in homine virtutes & operationes: in q̄bus non cōicat corporalis mā̄: vt pz in itellectu: & volūtate: & in actib⁹ eaz. Et sic patz solutio ad rationē adductā pro alia opinione in corpore questionis. Cōcedendū est ergo q anima duz actu est corporis perfectio: ipz per nām sbālr̄ nō excedit.

Ȝ op. q s̄ cōis & q̄ pfā icōuenientia sequunt̄.

Conclō rāsiua.

Ad p̄^m

Ad primum in oppositūz dōm: q illud verbū Bernardi: intelligedū est quātū ad conatū .q.d. q nō min⁹ conatur eē: vbi perfecte amat. q̄z vbi animat. ¶ Ad scdm̄ dōm: q minor est falsa: & ad auctoritates Aug. per quas eam pbas: dōm q q̄uis illa fuerit opinio sua: tn̄ cōiter nō tenet̄ nisi sic itelligant̄: vt pro tāto dicātur radij visuales protēdi vsq; ad rē visam & oculi videre: & pati: vbi nō sunt: q radij a re visa deriuantur vsq; ad oculuz per quas visiua a re patitur: q̄ est vbi oculus nō est. ¶ Ad tertium dōm: q illud verbum Aug. nō sic intelligēduz est: vt fantasticū hominis realiter egrediatur de corpore ipso remanēte viuo. Sed q sic apparet quādoq; homini in somnis: & cōtingit quandoq;: q sicut somniat homo se facere vel dicere: ita angelus bon⁹: vel malus in assumpto corpore: simili corpori somniantis illud realiter facit aut dicit: & q h̄ fuerit intentio Aug. satis apparet per dicta Aug. que sequunt̄ vsq; in fine cap. diligēter intuēti. ¶ Ad quartum dōm q beatus Ambro. nō interfuit exequys beati Martini. Sed se interfuisse somniauit & pro dilectione & deuotione: quā ad sanctū virum habebat angelus eius custos: in assumpto corpe simili corpori beati Ambro. illis exequys realiter interfuit. ¶ Ad auctoritatē autē: que adducebat̄ in corpore qōnis: pro alia opinione dōm: q pro tāto dicit heliseus cor suū fuisse presens: quādo naamā reuersus est de curru in occursuz giezi: q h̄ in spū clare vidit: q̄uis aīa eius realiter ibi presens nō esset. ¶ Qō. V.

Ad 2^m

Ad 3^m

Ad 4^m Ambro. nō interfuit exeqys beati martini fz eius angelus.

Ad auc. de eliseo.

Qō. V.

Quinto queritur vtrū in adaz fuerit aliqua forma substātialis: cum anima intellectiua q etiā queritur de quolibet alio homine. Et videtur q nō. Quia fm̄ phm̄. 4. Top. nō cōtingit idē amplius permanere si qd̄ omnino de specie permutatuz sit. Sed hoc nō esset verum: si in homine eēt aliqua alia forma substātialis cū intellectiua: quia tūc intellectiua recedente posset idem corpus in numero per formaz aliā remanere: ergo in homine nō est alia forma q̄z itellectiua. ¶ Itez genus predicatur de specie predicatiōe per eēntiam: sed tali predicatione pars non predicatur de toto: ergo genus significat totū: qd̄ sigt̄ species: q̄uis sub modo indeterminato: q nō esset verū: si per aliaz formā eēt homo corpus: & per aliā homo. ¶ Itē si idem corpus in numero esset mortuuz & viuū: idez numero esset diuersa generez

Ar. p̄ᵒ

Ca. io.

Secūdo

Tertio.

genere:qz aliud genus est corpus viuum: et aliud genus
corpus mortuū. Sed si in homine esset alia forma cū in/
tellectiua:per illā posset remanere idem corpus in nu/
mero:intellectiua recedēte:per quā erat viuens:ergo in
Quarto. homine nō est alia forma ꝙ intellectiua. ¶ Item pho.8.
T. c.14. metheo. caro que non potest facere opus carnis:est caro
equiuoce. Sed talis est caro mortua:quia non potest nu/
trimentū in carnē cōuertere. Sed si per aliam formam
esset caro:et per aliā viua:caro posset dici vniuoce de mor
tua et viua:qz posset corrūpi vel separari forma.per quā
Quinto. est viua:et remanere illa per quā est caro. ¶ Item pho.8.
T. c.10. meta. comparat substātiā numeris volens ꝙ sicut nūe/
ro nō potest aliqd addi vel subtrahi sine mutatiōe spēi:
ita nec substātie. Sed hoc nō esset verū:si in hoīe esset alia
forma ꝙ intellectiua:quia tūc separata intellectiua: pos/
Sexto. set per aliā formā in eadē spē remanere. ¶ Item Boe.
gnto de ɔsol. parū vltra mediū. quicquid potest potētia
inferior:potest superior:et plus:ergo a simili:quicquid pōt
forma inferior:potest superior:et plus:ergo per intellecti
uam potest materia sortiri totū esse qd posset habere per
formas precedētes:si manerēt et plus:ergo videtur ꝙ in
aduentu intellectiue omnis alia forma destruatur: quia
Septio si remanerēt superflue essent. ¶ Item in cōposito ex ma/
teria et prima forma:saluatur tota ratio substātie:inquan
tū suba est:ergo ois alia forma post illā est extra rōnem sbe
inquātū substantia est. Si ergo in hoīe remaneret alia for
ma cū intellectiua:ipsam ordine nature precedēs intelle
ctiua esset extra rationē hominis inquantū substātia est
Octauo. ꝙ irrationale videtur. ¶ Item cōmen. sup. 12. meta. qd li
T. c. 11. bet ens nō fit ex qualibet potentia. Sed vnūquodqz en/
tiū fit ex eo:ꝙ est in potentia illud qd fit:idest ex ppria
potētia:ita ꝙ numerus potentiarū sit sicut numerus spe
In eodē ciērū entiū generabiliū. Et dicit hoc:quia opinatur:ꝙ ma
cō. vide. teria pma est vna sm subiectum:et multa sm habilitates
Ex hoc arguo:ille habilitates nō sunt in materia: ita ꝙ
vna mediāte alia:ergo nō sunt in vno composito plures
forme:vna mediāte alia. Sed aliter nō possent eē in vno
cōposito plures forme:ergo in quolibet cōposito est tan/
Nono. tū vna forma. ¶ Itē in cōmēto super primā ppositio/
nem de maximis the. dicit sic. quelibet proprietas ꝙuis
nō habeat cōpaginem partiū vel cōcretionē naturarū:
hz tamē pluralitatē effectuū:vnde albedo fac albū: facit
coloratū:et facit quale:ergo a simili:per animā intellecti
Decimo uā est homo substātia et corpus:et animal et hō. ¶ Item
T. c.37. scdo de anima. viuere viuentibus est esse. Si ergo corpꝰ
recedente intellectiua nō perdit totū esse:qd ante habe/
bat:nō perdit totū viuere:qd nō est erroneū:qz tunc cor
pus xpi nō fuisset vere mortuū:ergo recedēte anima in/
tellectiua perdit corpus totū esse:qd ante habebat:ꝙ nō
oporteret:si in homine esset aliqua alia forma: cum intel
lectiua ipsam ordine nature precedēs.

In opꝰ Ca.ii. **Contra** pho.4. Top. corpus est aialis pars. Sed si
per eandē formā esset homo:corpus:et ani
mal et homo corpus nō esset hominis pars:sed semp di/
ceret idē:qd homo sub modo tñ alio:ergo in homine est
alia forma:per quā est corpus:et alia per quā est animal:et
Secūdo homo. ¶ Item Damas. lib.3. cap.16. Dicit ꝙ necesse est
hominē dīe ex quinqz ad minus ɔpositū eē naturis. i. ex
Tertio. quattuor elemētis:et anima. ¶ Item Auic. lib. pmo. phy.
cap.13. forma composita est:sicut forma hominis:que est
cōstituta ex multis virib;:et ex multis formis q̄ ɔueniūt.

Ad qōnē sz mētē aliorū. Prima **Ad istā qōnem** dicūt quidā ꝙ in homie
nō est alia forma substan/
tialis:ꝙ anima intellectiua:nec ɔpleta:nec incompleta:
nec in aliquo cōposito vno est nisi vna forma tantū dicē
tes esse cuiuslibet substantie in indiuisibili cōsistere:et for
mā sbalē:que erat educta de potētia mãe in aduētu intel/
lectiue debēt corrūpi:et recedēte intellectiua aliā formā

specificā in materia introduci et noua accidētia priorib;
similia in eadem materia causari. ¶ Sed primo cōtra hoc ɔ opionē Primo
qd dicūt esse cuiuslibet substātie: ɔsistere in indiuisibili:
argui potest per ea per que pbatū est superius dist.14.
formas substātiales elemētorū suscipere magis et minus.
¶ Item per experientiā in planta arguitur sic. videmus Secūdo
plantā:quādoqz in vna sui parte mori:et viuere in parte
alia:et tamē partes remanēt cōtinue:qd nō esset verū: ni
si aliqua substātialis forma maneret cōis parti vtriqz:er/
go vel in planta sunt plures forme:vel sua forma recipit
magis et minus:Sed quocūqz istorū dato falsum est:esse
plante in indiuisibili cōsistere. ¶ Preterea contra illud
qd debēt formā eductā de potentia materie in aduentu
intellectiue corrūpi:arguit sic. a seipsa enim nō corrūpitur
forma enim in materia sue corruptioni resistit:quātū po
test:nec etiā ab essentia mãe prime. hoc satis planū est. Nec
ab essentia anime intellectiue:ꝙ cū vna forma introdu/
citur in mã nō corrūpit formā aliā. Sed forma pexistēs
corrūpitur:quādo corrūpitur per actionē introducētis
secūdā. Nec dicendū est ꝙ adeo corrūpatur:ꝙuis intro
ducat intellectiuā:quia tunc in cōpletione hominis: nō
tantū esset necessaria supernaturalis operatio in creādo
intellectiuā. Sed etiā supernaturalis corruptio alicuius
preexistētis:qd irrationabile videt. Nec dicendū est illā
formā corrūpi ab agēte naturali:qd ipsam pduxit:qz na
turale agens aliquid pducens naliter conatur ipsum cō
seruare in esse pducto. Videtur ergo ꝙ nō sit dare prin/
cipiū effectiuū corruptionis ipsiꝰ. ¶ Preterea si in ad/ Tertio.
uentu intellectiue opz totū corrūpi quicquid ante pdu/
ctū erat in mã: qd oz dicere:si prima forma corrūpitur
tunc natura illā formā frustra pduxisset:cū dicatur th
3. de anima. ꝙ natura nihil facit frustra. Unde videt ꝙ T. c. 45.
stati facta pꝰ corruptione in semine aīa intellectiua crea
retur:qz ex tūc esset in mã illa dispositio:que requirit in
ea ad receptionē intellectiue:hoc est denudatio eius ab oī
forma accidētali et substātiali:sm ꝙ opinio cōtraria im
plicare videtur. ¶ Preterea ex illa opiniōe vr seq vnū Quarto.
inopinabile:qz si in eodē instanti:introduceretur forma asi
ni et forma hominis:mã hominis ita esset apta ad reci/
piendū formā asini:sicut intellectiuā:et mã asini animam
intellectiuā:sicut formā asini:qz in illo instāti denudare
tur vtraqz mã ab omni dispositione ad formā:et nuda es/
sentia mãe nō magis respicit vnā formā ꝙ aliā. ¶ Con Quinto.
tra hoc etiā qd dīt:ꝙ recedēte intellectiua noua accidētia
introducunt in mã priorib; similia. Arguitur sic. illa enī
introductio nō esset a casu:qz sm pħm. 2. phy. que sunt a T. c. 48.
casu eueniūt: vt in paucioribꝰ:nec posset huius introdu 52. c. 77.
ctionis dari cā determinata:illa enī nō est essentia mate
rie prime:qz quātū est de se:nō magis terminatur ad il/
la accidentia:ꝙ ad alia. Nec essentia anime intellectiue:
quia prius ordine nature:ipsa separatur ꝙ illa noua acci
dentia introducantur. Ex pari rōne potest argui ꝙ prio
ra accidētia nō determināt mãm ad noua accidētia cōsi/
milia quia prius ordine nature priora accidētia opz cor/
rūpi:ꝙ noua introduci. Sed impossibile est ꝙ priꝰ ordi
ne nature corrūpatur causa:ꝙ pducatur effectus. Nec
potest dici ꝙ cā determinās mãm ad illa cōsimilia acci/
dentia:sit influentia corporis quinti:qz si in eodē loco:et
in eadē hora in qua decapitatur magnꝰ et albus: decapi/
taretur paruus et niger:nō apperēt talia accidētia in mã
parui et nigri. Sicut apparent in mã magni et albi. Nec
potest dici ꝙ illa determinatio fit ex parte corrūpētis na
turalis assimilati corrupto:per hoc qd in corrūpēdo pa/
titur a corrupto:quia cū maxime patiatur a qualitati/
bus actiuis ipsius corrupti:maxime determinaret mãm
ad qualitates cōsimiles actiuas illius:que ante erāt incor
rupto ante suā corruptionē. Sed hoc aperte falsum est:
quia in homine fiat vita per calidū et humidū:post sepa

rationē autē intellectiue corpus efficil siccū ꝛ frigidum.
Septi a. ¶ Preterea q̄uis ignis corrūpēdo aerem patiatur ab
aere: nō tñ determinat materiā aeris ad cōsimilia accidē
tia prioribus: sed magis ad accidētia cōcordātia forme: q̄
de nouo introducitur: ergo nec cū naturaliter corrūpēs
hominē: q̄uis in agendo patiatur: determinat materiā
ad cōsimilia accidētia prioribus: sed magis ad alia accidē
tia illi forme cōcordātia quā de nouo debēt introduci in
instāti. Et cū h̄ forma sit repugnās priori forme cuꝫ prior
esset in corpore forma vite: ꝛ h̄ sit cadaueris ꝛ non posset
esse ratio determinationis materie ad cōsimilia acciden
tia prioribus. Nec est illa determinatio per ipsos spirit⁹:
qui erant in corpore dum viuebat: q: ſꝫ Constabu. in li.
de differētia spiritus ꝛ anime. Spiritus cuꝫ separatur a
corpore perit. Sed ſm opinionem prenarratā: in separa/
tione intellectiue nō remanet in mā ꝑma corporeitas: q̄
ꝛ spiritus qui erant in corpore: dū viuebat: pereunt: ſm
Septio etiā eundem Cōstabu. in codeꝫ lib. Spiritus vitalis exit
in hora mortis. ¶ Preterea si illi spiritus remanerēt cū
sint naturaliter operātes nūq̄ꝫ possent determinare ma/
teriā ad accidētia per violentiaꝫ introducta. Sicut sunt
cicatrices: ꝛ tamē videmus in corpore mortuo cōsimiles
cicatrices: sicut in corpore viuo: nec potest dici: ꝙ illa de/
terminatio sit ꝑpter naturalē ꝯsītiam accidentium: que
de nouo dicūt introduci ad priora accidētia: quia deter/
minate ꝯsequētie vnius forme ad aliā formam opꝫ dare
causāꝫ efficientē determinatā: quā nō cōtingit hic dare:
sicut per predicta potest ꝓbari. Nec potest dici ꝙ mate/
ria determinetur ad illa cōsimilia accidentia per oēs cās
prenarratas: simul iunctas: quia si aliqua plura simul cō/
currunt ad ꝓducendū aliquem effectū: ad quem ꝓducē
dum neutrū illorū per se sufficeret: opꝫ ꝙ quodlibet illo
ruꝫ per se possit facere aliquā determinatā dispositioneꝫ
vel habeat aliquē determinatū aspectum ad illuꝫ effectū
Sed neutra predictarū causarū p se potest facere in ma/
teria aliqueꝫ determinatā dispositionē ad cōsimilia acci/
dentia: nec ad illa hꝫ aliquē determinatū aspectuꝫ: sicut
ꝓbari potest per eundē moduꝫ: quo ꝓbatū est ꝙ neutra
illaruꝫ potest ad cōsimilia accidētia determinare. Restat
ergo ꝙ recedente anima intellectiua remanēt in corpore
aliqua accidētia eadē in numero: que prius inerāt: sicut
2ª opi. eadē quātitate ꝛ eadem figura. ¶ Alij dicunt ad q̄ōneꝫ
ꝙ in homine nō est alia forma q̄ꝫ intellectiua: ꝛ tamē re/
cedente intellectiua remanēt aliqua accidētia eadē in nu
mero: que prius inerant ꝑpter vnitatē materie: q: sicut
dicit Auic. i. lib. phy. cap. 6. que cōsequūtur ex parte ma/
terie: aliquādo remanēt post formā. Sicut cicatrices vul
neruꝫ ꝛ nigredo ethiopis post mortē. Et pro hac opinio
Ca. i. ne videtur facere ꝙ dicit Cōmē. in lib. de substātia orbis
scꝫ ꝙ dimensiones interminate precedūt formā substan/
ꝯ hꝫ opi. tiale in mā. ¶ Sed cōtra pho. i. phy. mā cū forma cā est
T. c. 80. omniuꝫ accidētiuꝫ: que sunt in ea sicut mater. ꝛ ꝑmo me
T. c. 17. taphy. dicit de fundamēto nature: per qd̄ intelligit ma/
teriā: ꝙ nō estimatur hic quātitateꝫ: aut qualitē: aut ali/
ud oino. Ex quib⁹ auctoritatibus sequitur: ꝙ nomē acci
dens nec terminatū: nec interminatū potest esse in mā:
nec mediāte aliqua substātiali forma. Unde verbū ꝯmē.
de substātia orbis allegatū est nisi itelligatur de forma cō
pleta: ergo in separatione intellectiue remanēt aliqua ac/
cidentia eadē numero in mā corporis sequitur ꝙ rema/
net etiā aliqua substantialis forma incōpleta: que sil' erat
Ad q̄ōnē in mā: cuꝫ anima intellectiua. ¶ Uidetur ergo mihi di/
ſꝫ mēteꝫ cendū ad questionē: ꝙ in adaꝫ fuit aliqua substātialis for
ꝑpriā. ma incōpleta cū anima intellectiua: ꝛ ita est in quolibet
alio homine: que educitur de potentia ipsius materie ex
qua ꝛ mā cōstituitur vnuꝫ cōpositū incōpletuꝫ: qd̄ cuꝫ
aliquibus suis accidētalibus dispōnib⁹ incōpletis: est ma
teria ꝑxima ꝛ ꝑpria ad recipiendū animā intellectiuaꝫ:

per quā formā: sine intellectiua mā nō potest cōstitui in/
esse stabili ꝛ quieto ꝛ plene terminato. Et ideo recedēte
intellectiua: statim incipit fieri resolutio cōtinua vsq̄ꝫ ad
essentiā materie ꝑme naturaliter. Qd̄ dico ad excipiēdū Nec i xp̄i
corpus xp̄i: in quo talis resolutio nō fuit facta virtute di corpe nec
uina h̄ supernaturaliter prohibēte. Nec etiam fuit facta v̄gis scā
in corpore beate virginis: vt pie creditur: de corpore: au/ fuit reso/
tem xp̄i certuꝫ est. Nec cōpositū ex mā ꝛ illa forma in/ lutio ad
cōpleta habet plene rationē substātie: inquātuꝫ substātia ꝑam māꝫ.
est: nec corporis: inquātū corpus est: si tātum modo incō
plete: ꝛ per quādā reductionē: q̄uis nō ita incōplete cō/
ueniat sibi ratio substātie: vnde substātia est: sicut mate/
rie ꝑme: nec ita a remotis reducitur ad predicamentum
substātie. Unde per animā intellectiuam nō tantū cōsti/
tuitur homo: sub rōne qua homo. Sed etiā sub ratione
qua cōpleta substātia ꝛ sub rōne: qua compleꝫ corpus
ꝛ sic de alijs. Ex predictis potes videre ꝙ sic nō obstāte
incōpleta ꝛ indeterminata actualitate māe prime ex ipaꝫ
ꝛ forma elemētari cōstituitur vnuꝫ per essentiā. Ita dico
ꝙ nō obstāte incōpleta ꝛ indeterminata actualitate māe
ꝑxime: ꝛ ꝑpie ad recipiēduꝫ intellectiuā: ex ipsa intelle
ctiua cōstituitur vnū per essentiā. ¶ Pro hac etiā opi/ Priā rā.
nione sunt rōnes multe: quarū prima sit h̄. Per actionē
generātis educitur aliqua forma de potētia materie: nec
corrūpitur in aduētu intellectiue: vt superius ꝓbatū est:
in reprobatione opinionis ꝑme. ergo in homine cuꝫ aīa
intellectiua est aliqua forma incōpleta educta de poten/
tia materie disponēs materiā ad intellectiue receptionē.
¶ Iteꝫ aliter post receptionē intellectiue nō remanerēt Secūda.
aliqua accidētia eadē in numero: sicut ostensum est in re
probatiōe opinionis secūde: ꝛ tñ aliqua accidētia eadem
in numero remanēt: q: nō introducūtur noua prioribus
similia: sicut ostēsum est in reprobatione opinionis ꝑme.
¶ Preterea aliter filius carnalis nō haberet eē genituꝫ Tertia.
a patre: quia mā est ingenita: anima etiaꝫ intellectiua: vt
postea ostēdetur: nō generatur: sed creat: vnio etiā ips⁹:
cuꝫ corpore est a creāte: opꝫ ergo ibi ponere aliquam for/
maꝫ eductā de potētia māe incōpletā ratione cuius: fili⁹
possit dici habere esse genitū a patre. Et si dicas ꝙ in ad Instātia.
uentu intellectiue fuit corrupta: h̄ improbatū fuit in re/
probatione ꝑme opinionis. Et etiā sequeretur inconue/
niens primū. s. ꝙ in filio carnali nullū est esse genitum a
patre: q: ſm illā opinionē corruptuꝫ est. Nec dici pōt ꝙ
q: virtus generātis expoliauit māꝫ ab oī forma educta
de potētia māe: vt sic posset recipere itellectiuā: per quā
est hois esse: ꝙ ideo illud esse: qd̄ est per intellectiuā: pos
sit esse genitū dici: q: pari rōe: ꝛ ipsa aīa intellectiua geni
ta dici posset. ¶ Preterea si nulla alia dispō reqritur in Quarta.
mā ad recipiēduꝫ intellectiuā: nisi eius expliatio ab oī
forma educta de potētia materie: cuꝫ in transmutatione
nutrimēti in sanguinē: fiat resolutio vsq̄ꝫ ad essentiā ma
terie ꝑme: vt ipsimet cōcedunt in alio instāti esset mate/
ria disposita ad recipiēdum animā intellectiuā ita bene
sicut ꝛ formaꝫ sanguinis: q̄ꝫ absurdum est: quia tunc alie
transmutationes quas facit natura vsq̄ꝫ ad receptionem
intellectiue essent superflue. Restat ergo ꝙ mā apta isfor
mari anima intellectiua: dicit cōpositū ex materia ꝑma:
ꝛ aliqua dispositiōe incōpleta educta de potētia materie
que nō potest esse sine aliqua forma substātiali icōpleta.
¶ Preterea si in homine nō eēt alia forma q̄ꝫ intellecti Quinta.
ua: in ipso intrinsecus nō esset principiū actiuum corru/
ptionis sue: quia anima naturali appetitu renuit separa/
ri a mā: quā perficit: ꝛ mā ratione sue essentie tātuꝫ: non
magis appetit vnam formā q̄ꝫ aliam: qualitates etiā acci
dentales: cum oēs ordine nature sequerentur vnionem
intellectiue cuꝫ mā: quia ille que precesserūt: essent corru
pte: ꝛ nō possent esse cū corruptiōis vnionis anime intel
lectiue cum mā: quia effectus nō agit naturalr̄ ad corru/
ptionem

ptionem sue cāe: nec imediate: nec producendo effectuȝ sine cause repugnās: qꝛ sic etiaȝ produceret naturaliter effectuȝ contrariū sibi ipsi: quicquid repugnat cause repugnat eius effectui.

Sexta. A.l.ci.

¶ Preterea si nō essȝ in homine alia forma q̄ȝ intellectiua nihil de essentia hominis posset ꝑduci de potētia materie nutrimēti: quia materia nō pōt educi de potētia materie: nec etiā intellectiua: vnde ſm illam opinionē: nutrimentū nō cōuerteret in substantiā hominis nisi per hoc ꝙ mā nutrimēti expoliaretur oībꝰ formis: ⁊ tandē ipsa nuda informaretur hominis preexistenti forma qꝺ multis nō videtur verū: quia sic regulariter melius nutriret illud qꝺ faciliꝰ posset expoliari a propriis formis: ⁊ sic etiā simplex elemētū nutrire posset: neutruȝ autē istorū est verum: qꝛ multa faciliter expoliant a sua forma: que nō ita bene nutriunt: sicut aliqua que non ita faciliter expoliātur a suis formis. Illud etiam qꝺ nutrit opȝ esse mixtuȝ: qꝛ ſm pħm.2.de generatiōe. ex eisdē sumus ⁊ nutrimur.

L.c.50.

¶ Preterea homo per peccatū originale nō tantū relinquitur nālibus suis: sed etiā in naturalibus vulneratur ſm Gloſ. super illud Luc.10. homo quidā descēdebat ⁊c̄. Et etiā ſm Aug. dicētē.13.de ciui. cap.10. ꝙ pro magnitudine culpe illius ⁊ naturā mutauit in peius vt ꝙ penaliter precessit in peccātibus hominibus primis: etiā naturaliter sequeret in nascentibꝰ ceteris. Sed ista peioratio nature non est in paruulo: per aliquē malū sue volūtatis actuȝ: nec rōne essentie māe: nec anime intellectiue nec vnionis eorū abinuicē: quia tunc etiā fuisset in Adam: si factus fuisset in naturalibꝰ puris: qꝺ tamē nō est verū. Restat ergo ꝙ illa peioratio est in natura paruuli per aliquā dispositionē eductā de potentia materie virtute generātis precedētē naturali ordine anime intellectiue infusioneȝ. Sed illa dispositio in mā fundari nō potest: nisi mediāte aliqua substātiali vt ex supradictis haberi potest. Nō eniȝ dici potest ꝙ illa dispō ꝓducatur virtute generātis post infusionē intellectiue ordine nature: qꝛ tunc nō tā debet dici anima infundi carni fede q̄ȝ feditas creari in natura humana: prius ordine nature mūda: qꝺ nō videtur esse cōsonū dictis sanctoꝝ.

Septia

¶ Preterea si in hoīe nō esset alia forma q̄ȝ intellectiua cū in morte aīa intellectiua dñi nostri iesu xp̄i separata fuerit a suo corpore: nō remāsisset in mā illius corporis eadē corporeitas in numero: que prius: ⁊ ita nō fuissȝ corpus positū in sepulchro idē in numero: cū illo corpore dñi nostri iesu xp̄i: qꝺ habuit dū viuebat: qꝺ est erroneū.

Octava.

¶ Preterea in sacramēto altaris substātiā panis trāsubstantiat in corpus xp̄i: nō in māȝ tātuȝ: qꝛ mā nō est corpus: sed pars corporis: ⁊ tñ nihil de substātia panis trāsubstātiatur in animā intellectiuā ſm cōiorem opinionē doctoꝝ: que ponit animā intellectiuā: ⁊ dimēsiones corporis ibi esse per cōcomitantiā. Aliter enim si aliquis cōsecrasset in triduo mortis xp̄i: non fuisset trāsubstātiata panis substātia in totū illud in qꝺ trāsubstātiabatur mō qꝺ falsum videtur. Restat ergo ꝙ in corpore iesu xp̄i est aliqua alia forma cum anima intellectiua in quā trāsubstantiatur forma panis: sicut mā in māȝ. ¶ Hec etiā opinio cōfirmatur per Aug.1.lib. retracta. cap.5. sic dicenteȝ Illud quoqȝ temere dictū est a sūma essentia spēm corpori per animā tribui que est quantūcūqȝ est p animā: ergo corpus subsistit: ⁊ eo ipso est quo animat siue vīr: vt mūdus siue particulariter vt vnūquodqȝ animal intra mūduȝ: hoc totū prorsus temere dictuȝ est: hoc qꝺ hic retractat in lib. de imortalitate anime dixerat.

Ad pᵐ

Ad primum in oppositum cum dicitur ꝙ nō cōtingit ideȝ amplius permanere si quid omnis de spē permutatuȝ sit ⁊c̄. Dico ꝙ verum est de permanētia in genere vel spē directe: qꝛ nullo modo pōt intelligi: ꝙ nihil ideȝ numero remaneat de rōne substātialitatis: qꝛ ſm oēs: mā que est de essentia rei eadē in numero remanet: ita dico ego ꝙ mā: ſm ꝙ dicit cōpositum ex essentia materie prime: ⁊ aliqua forma incōpleta remanet intellectiua separata: qꝺ tamē ꝯpositū nō est in genere nec in spē directe ⁊ plene: sed per quādā reductionē ꝓpinquiorem tamen: q̄ȝ sit illa reductio qua esse materie prime reducitur ad genus ⁊ spēm.

Ad 2ᵐ

¶ Ad scḋm dōm ꝙ q̄ȝuis homo per aliā formā habeat esse corporeitatis incōpletuȝ in gradu illo: ⁊ per aliā sit homo: ⁊ si quia per intellectiuā: nō tñ est homo: sed etiā per eā habȝ cōplementū in gradu substātie: vnde substātia est ⁊ corpus: vnde corpus est: cōuenienter impositū est corpus ad significandū modo indeterminato ideȝ qꝺ sigt̄ homo: modo determinato: ⁊ sic corpꝰ accipit put est genꝰ ⁊ importat corporeitatē cōpletam in gradu illo. Corpus autē qꝺ est pars nō sigt̄ nisi compositū ex mā pria ⁊ illa forma incōpleta ꝙ compositū nō habet cōplete rationeȝ corporeitatis ēt in gradu illo: nec etiam in genere corporis directe: sȝ reductionem: nec corpus hoc modo sumptum de homine predicatur: sed ſm ꝙ est genus.

Quō accipit corpus vt ē genus.

Ad 3ᵐ

¶ Ad tertiū dicendū ꝙ nō est incōueniēs idem in numero esse per reductionem in diuersis generibꝰ. Eadē eniȝ mā in numero primo est sub forma plante: ⁊ quandoqȝ postea sub forma animalis que sunt diuersa genera. Illud auteȝ corpus qꝺ remanet ideȝ numero mortuū ⁊ viuuȝ est corpus ꝙ est hominis pars duȝ viuit: de quo dictū est supra ꝙ nō est in genere: nisi per reductionē: ⁊ ideo nō est incōueniēs ꝙ tale corpus idē in numero per modū supradictuȝ sit in diuersis generibꝰ.

Ad 4ᵐ

¶ Ad quartū cum di ꝙ caro mortua non pōt facere opus carnis ⁊c̄. Dico ꝙ q̄ȝuis nō possit facere opꝰ carnis: qꝺ est nutrimentū in carnē cōuertere: quia lȝ sibi debetur inquantū caro animata: tamē potest facere opus carnis ꝙ carni debet inquātum caro incōpleta est: vnde alio modo patitur corpꝰ nutriri a nutrimento carnis: q̄ȝ ab alio nutrimēto: vnde caro de mortua ⁊ viua nō dicit pure equiuoce: sed analogice: quia plenius dicitur de carne viua: ⁊ hāc analogiā pħus vocauit equiuocationem.

Ad 5ᵐ

¶ Ad quintū cum dicitur ꝙ substātie nihil potest addi sine spēi mutatiōe sicut nec numero. Dico ꝙ hoc intelligenduȝ est de substātia directe existēte in genere: cui cōpetit plena rō substātie: vnde creata substātia est: quia talis substātia: nō est nisi assit forma ꝯpleta ⁊ specifica: substantie autē existēti in spē per formā ꝯpletaȝ: nihil substātiale potest addi.

Ad 6ᵐ

¶ Ad sextū dōȝ ꝙ sicut quicquid pōt potētia inferior: potest superior: nō tamē per illū eundeȝ modū. Sed per modū nobiliorē: ⁊ ideo inferior cū superiore nō superfluit. Ita dico ꝙ illud qꝺ potest forma icōpleta: potest cōpleta sed altiori modo: vnde sicut si nō esset in homine nisi vna forma: cū ratione substātialitatis q̄ ibi esset per animā intellectiuā nō superflueret iferior rō substātialitatis: que ibi esset per materiā primā. Ita dico ꝙ in homine cum superiori rōne substātialitatis: que est in eo p aīaȝ intellectiuā nō supfluit inferior rō sbalitatis q̄ est ibi per māȝ primā ⁊ ꝓpriaȝ. Sed ex his cōstituitur vna ratio substātialitatis cōpleta.

Nō nobilior pōt superior pt qcqd iferior pōt

Ad 7ᵐ

¶ Ad septimū cuȝ dicitur ꝙ in composito ex mā ⁊ forma prima: saluatur tota rō substātie inquātuȝ substātia est ⁊c̄. Dico ꝙ falsuȝ est: sicut declaratū est in corpore q̄ōnis: qꝛ cōpleta ratio substantie: nō tantū inquantū homo est: sed etiā inquantuȝ substātia est: nō est p̄ter formā specificā.

Ad 8ᵐ.

¶ Ad octauū dicenduȝ ꝙ illa auctoritas nō habet locum in ꝓposito: qꝛ intellectiua nō educitur de potētia materie: ibi anteȝ loquitur Cōmē. de habilitatibꝰ materie respectu formaruȝ educibiliuȝ de potētia materie. ¶ Uel potest dici ꝙ q̄ȝuis habilitates respectu formarū disperatarū non sint in materia vna mediāte alia: nec vna mediāte alia reducat ad actuȝ tñ habilitatū: quarum vna est respectu alicuius forme completiue ⁊ alia respectu alicuius incōplete forme disponentis ad illaȝ: vna reducitur in actū mediāte

A.l.illaȝ.

alia:⁊ tunc vnius in materia dependet ex alia: vnde etiā
illa auctoritas nō esset efficax ad concludendū vnaʒ for/
Ad 9^m maʒ tm̄. ¶ Ad nonū dicendū:ꝙ ꝙ albedo sub ratione
qua talis color est:nō presupponit de necessitate in fun/
damento suo aliqueʒ qualitatis gradū dispositiuuʒ ad il
lam:ideo per ipsam tantuʒ:⁊ potest esse subiectū qualʒ
⁊ coloratū ⁊ albū. Anima auteʒ intellectiua de necessita/
te presupponit in mā sua aliquā incōpletā substātialita/
te per aliquā formā incōpletam:⁊ ideo ꝗuis per animā
intellectiuā fit cōplementuʒ substātiale cōpositi:⁊ in spē
⁊ in gradu cuiuslibet generis subalterni ⁊ generis gene/
ralissimi:nō tamē per ipsaʒ est tota ratio substātialitatis
in homine:ꝗ per formaʒ nō est illa portio rōnis essendi:
Ad 10^m ꝗ̄ʒ de necessitate in sua mā presupponit. ¶ Ad decimuʒ
dōm:ꝙ ad hoc ꝙ homo moriatur nō oportet ꝙ corpus
perdat totū eē:qd ante habebat: sed sufficit ꝙ perdat eē
qd sibi cōueniebat sub rōne qua viuens:vnde cum dicit
phs ꝙ viuere viuentibus est esse:nō est intelligenduʒ ꝙ
sit totum esse hominis viuentis simpliciter:sed tantum
sub ratione qua viuens.

Consequēter querit̄ de secun/
do principali. Et
circa hoc querūtur qnqʒ. ¶ Primo vtrū ali/
quid de natura celesti fuerit de essentia ipsius
ade. ¶ Secūdo vtruʒ corpus ade productū fuerit a deo
aliqua celesti influentia mediāte. ¶ Tertio vtrū qualita
tes elemētares in corpore ade fuerūt in punctali equali/
tate. ¶ Quarto vtruʒ partes ipsius ade ante separatio/
nē anime a corpore fuerūt plures res in actu:qd etiā in/
tendo querere de quolibet alio homine. ¶ Quinto vtꝝ
tales sint cōditiones paradisi terrestris:sicut a magistro
Qō.1. in lr̄a referuntur. Questio. I.

Ar.pᵒ Primo ostendo ꝙ aliqd de na/
tura celesti fiat
de essentia ipsius ade phs.16.de animalibus.di/
cit ꝙ in semine triplex est calor.s.celestis igneus ⁊
animalis. Sed accidēs nō est sine subiecto:ergo
in semine est aliqua substātia celestis:ergo a simili aliqd
Secūdo. de substātia celesti est de cōpositiōe humani corporis cu/
T.c.17. iuscūqʒ. ¶ Item sm̄ phm.8.phy.⁊ Damas. lib.2.ca.xi.
homo est minor mūdus:hʒ aūt est propter sui similitudi/
nem cū maiori mūdo. Sed maior mundus cōstat ex qua
tuor elemētis ⁊ nā celesti:ergo ⁊ in minori mūdo:qui est
Tertio. homo:nō tm̄ sunt quatuor elementa:sed etiā aliquid de
natura celesti. ¶ Item impossibile est vnuʒ ex cōtrarijs
naturaliter cōsistere:nisi aliquo medio ꝯcilientur. Cum
ergo corpora nostra ꝯposita sint ex elemētis:que sunt cō
traria:opʒ ꝙ de cōpositione corpis nostri sit aliquid quo
cōcilientur.hʒ autē nō videtur esse nisi aliqua pars qnte
essentie:ergo pars aliqua quinte essentie est de composi/
tione corporis humani.

In opᵐ Contra celeste corpꝰ est icorruptibile:vnde ab ipso
nulla pars potest nāliter separari:ergo nul
la pars ipsius celi est de cōpositione corporū humanorum
naturaliter formatorū:ergo a simili nec de ꝯpositiōe cor/
poris ade:ꝗ ꝗuis fuerit supernāliter plasmatū:tn̄ eius/
deʒ nature cū alijs humanis corporibꝰ fuit.

Ad qōnē sʒ mēteʒ ppriā. Respondeo ꝙ nihil de essentia corpis ade nec
alicuius alterius corporis huma/
ni. Nō enim est generabile ⁊ corruptibile ipsuʒ celū:nec
aliqua pars eius. Unde nec ita potest ꝓportionari:vt cū
alijs elemētis possit cōstituere aliquid vnuʒ per essentiā
informabile vna cōpositiua forma. Uirtus tamē eius co/
operatur ad mixtionē:quia cū elemēta sint ꝯtraria:⁊ cō
traria naturalr̄ ⁊ per se a se diffugiant:nunꝗ̄ cōcurrerēt
ad mixtioneʒ elemēta per naturā nisi per virtutem cor/
porum celestium conciliarentur:⁊ ad proportionem na/
ture mixti concordantem reducerētur.

Ad pᵐ Ad primum dōm ꝙ calorem animalē in semi/
ne vocat phs calorem ibi causa/
tuʒ virtute anime generātis ⁊ calorem igneum causatū
per actionē virtutis ignis ⁊ caloreʒ celestē vocat caloreʒ
cātuʒ in semine virtute ipsiꝰ celi. Et est sm̄ aliquos idem
calor ad cuius productioneʒ cōcurrunt predicta agentia
Ad 2ᵐ tria. ¶ Ad scōm dōm:ꝙ nō opʒ per omnia sit simile de
Uid ꝯm. maiori mūdo:⁊ minori:imo in aliquibus est simile ⁊ in
17. in 8ᵒ pluribus dissimile. ¶ Ad tertiū solutum est ex dictis in
phys. corpore qōnis:sufficit enim ꝙ virtus celi concurrat ad
mixtioneʒ:nec oportet ꝙ aliqua pars celi sit de essentia
corporis mixti. Questio. II.

Qō.II. Secundo queritur vtruʒ cor/
Ar.pᵒ pꝰ ade fue
rit ꝓductuʒ a deo aliqua influētia mediāte. Et
videtur ꝙ sic. Aug.3.de tri.cap.7.dicit ꝙ mul
ta sunt aialia siue in terra siue in aqua:que coeūdo alia
pariunt:cū tamē illa nullis coeuntibus parētibus orta
sint. Sed generās coeundo ⁊ genitū eiusdem sunt spēi:
ergo corpus eiusdē speciei potest generari per propaga/
tionē ⁊ putrefactioneʒ:ergo nō obstante ꝙ corpus huā-
nuʒ ꝓpagatur:potuit corpus ade per aliquā celesteʒ in/
Secūdo. fluentiam generari. ¶ Item oīs virtus que est in mixto
est ex elemētis:quia tota virtus totius est ex virtute sua
ruʒ partiuʒ:ergo per influentiaʒ celestis corporis possit
quodlibet elementū de materia generari videtur ꝙ cor
pus Ade cuʒ fuerit mixtū ex elemētis potuit per aliquā
celestem influentiaʒ generari.

In opᵐ T.c.26. Contra phs.2.phy.dicit ꝙ homo generat hominē
⁊ ex materia:ergo videtur velle ꝙ ad gene
rationem corporis humani necessariuʒ est agens parti/
culare ⁊ vniuocū influentia corporis quinti.

Ad qōnē sʒ mēteʒ Auic. vt ꝑponit eā Auer. Cō.46. Ad istaʒ questioneʒ dixerūt aliqui cor
pus humanū pos/
se generari de terra per influētiā corporis quinti. Sicut
mus absqʒ actione agētis particularis vniuoci:ꝗuis cō
uenientius generetur in matrice. Cuius opinionis fuit
Auic. vt refert Cōmē. super.8 phys. Dicūt enim ꝙ cor
pus humanū ante infusioneʒ intellectiue:nihil aliud est
ꝗ̄ʒ quoddā cōpositū ex materia ⁊ formis quatuor elemē/
toruʒ incōpletis existētibus in eadē parte materie in ali
qua ꝓportione determinata per quā sufficiēter disponi/
tur materia ad anime intellectiue susceptionem. Sed vt
dicūt ipsi. Ad qualēcūqʒ ꝓportionem elementoꝝ in ma/
teria:sufficiens est aliqua influentia corporis quinti. Cū
enim per eius influētiaʒ possit de mā terre educi forma
cuiuslibet elemēti in diuersis gradibus:⁊ forma terre re/
mitti multū:vel parū:videtur eis ꝙ cuiuscūqʒ ꝓportio/
ni formarū elementariū in mā correspōdeat aliqua cele/
stis influētia tanꝗ̄ sufficiens causa ꝓportionis illius. Et
illam influentiā dicūt fuisse quādo corpus ade fuit factuʒ
nec tamē illa influentia fuit vbiqʒ. Sed super illum locū
vbi erat terra de qua factū fuit. ¶ Sʒ illa opinio est he/ ꝯ opi. ꝙ
retica. Est enim cōtra sacraʒ scripturā:dicitur enim Ge heretica.
nesis.2.ꝙ formauit deus homineʒ de limo terre: vbi nul Primo
la fit mentio de aliqua influētia media. ¶ Preterea ille Secūdo
articulus est excōicatꝰ ꝙ homo sufficiēter posset genera/
ri ex putrefactione. ¶ Est etiā illa opinio cōtra phīam. Tertio.
Dicit enim Cōmē. super 8.phys. Quoniā si esset possi/ Cō.46.
bile ꝙ homo generaretur a nō semie hominis:tūc de ne
cessitate ille homo diceretur equiuoce homo.cuʒ isto ho
mine:qm̄ quādo natura sunt diuersa:diuersabitur ⁊ for
ma. Et post parū sic arguit cōtra supradictā opinionem.
Si eēt possibile vt homo generaretur a terra:sicut mus:
tunc aut esset necessario aut in maiori parte:aut in mino
ri parte.⁊ si esset necessariuʒ:tunc homo nō generaretur
ab homine oino. Et si esset in maiori parte:tūc hō gene
raretur ab hoie in minori parte:⁊ si hoc esset:esset casua/
liter ⁊ si

liter: et sic et in minori pte. Quarto. casu: tūc eadē spēs inueniret a nā: et a casu qd̄ hʒ pro incōueniēti. ¶ Preterea dixit ipse si ita esset possibile esset: vt homo generaretur ex semine asini: aut ex semine equi: qd̄ falsum est. ¶ Dicendū ergo ad questionem quod corpus ade fuit plasmatum a deo nulla celesti influentia mediante: nec agente particulari vniuoco: qr nullū erat tale: ꝑpter enī nobilitatē corporis humani nō potest causa creata ad eius ꝑductionem attingere nisi per modū vnū: nō sic aūt est de murib⁹ ꝑpter imperfectionē corporis eorū. Sed tamen verum est ꝙ genit per putrefactionē et per ꝑpagationē eiusdem sint spēi: diuina autē potētia: quia est illuminata potuit et potest corpus humanū eiusdem spēi cū corpore: qd̄ ꝑpagatur ꝑducere nullo alio agēte mediante.

Ad qōnē fʒ mētē ꝑpriā. Cā limitata pp qd̄ ñ agit ad ꝑductiōē humani corporis nisi per vnū modū.

Ex dictis patet solutio ad ꝑmū in oppositum. ¶ Ad scōm dōm ꝙ maior falsa est: videmus enī ꝙ forma mixti corporis hʒ aliquā operationem que nō causat ex qualitatib⁹ elemētarib⁹: et quanto magis ꝓceditur in nobilitate formarū tāto magis inuenitur forma virtualiter naturā elemētarē excedere. Forma aūt disponēs materiā ad susceptionē intellectiue nobilissima est inter oēs formas q̄ educunt de potētia māe. ¶ Ad rationē autē que fuit adducta pro illa opinione in corpore qōnis. Dicendū ꝙ nulla celestis influētia per se sufficiēs est ad causandū illā ꝓportionē formarū elemētarū in materia quā regrit corp⁹ hūanū. Qō. III.

Ad ꝑm. Ad 2m

Qō. III.

Tertio queritur vtrū qualitates elementares in corpore ade fuerūt in pūctuali equalitate. Et videtur ꝙ sic. qr corp⁹ ade fuit nobilissime cōplexionatū. Sed quāto cōplexio est equalior tanto nobilior: ergo videt ꝙ corpus ade fuit in sūma equalitate cōpositū. ¶ Item inequalitas miscibilium est quedā necessitas ad corruptionē: sed corpus ade poterat nō corrūpi: ergo qualitates elemētares fuerūt in eius corpore ꝭm punctualē equalitatē. ¶ Item q̄diu anima fuit in deo subdita vt debuit: et corpus fuit subditū et perfecte. Sed in statu innocentie anima sine omni obliquitate se habebit ad deū: ergo et corpus ad animā sine omni rebelliōe. Sed h nō fuisset possibile si in corpore ade fuisset inequalitas corporū elemētariū: quia qualitas ꝓdominās ꝭm exigentiā nature sue: corpus naturaliter transmutasset: ergo videtur ꝙ qualitates in corpore ade fuerūt sʒ punctualem equalitatem.

Ar. ꝑo. Secūdo. Tertio.

Contra. nos videmus ꝙ ꝭm rectā ꝯplexionem cor dʒ esse magis calidū q̄ʒ frigidū: et cerebrū magis humidū q̄ʒ siccū. Cū ergo humana ꝯplexio per peccatū nō fuerit totaliter corrupta: q̄uis fuerit deteriorata: videtur etiā ꝙ in corpore ade plus fuerit in corde eius de caliditate q̄ʒ de frigiditate. ¶ Itē si qualitates prime fuerūt ibi ꝭm pūctualem equalitatē: cū secūde q̄litates causent ex primis. secūde etiā ibi fuissent ꝭm punctualem equalitatem: ergo illud corpus tm̄ habuisset de grauitate quātum de leuitate: qd̄ falsum est.

In opm. Cor magis calm q̄ʒ fridū. Secūdo.

Ad istā qōnē dixerunt aliqui ꝙ qualitates in corpore ade non fuerunt in pūctuali equalitate loquēdo de equalitate apparentie: qr tūc dicunt ipsi in illo corpore nō potuisset esse mutua actio et passio: quia quantū vna qualitas potuissʒ agere tantū alia resistere et ecōuerso: et tamē in illo corpore nō fuisse mutua actio: vel esse naturaliter potuisse: ētante peccatū: quia si nō peccasset: tamē ad cōseruationē vite alimētū sibi necessariū fuisset. Unde vt habet Gen. scdo. deus precepit ade: vt de omni ligno paradisi comederet excepto ligno scientie boni et mali. Sed quicquid sit de equalitate qualitatū et de mutua actione et passione earū in corpore ade ante peccatū: vnū tamē falsū supponere videt in h ꝙ volūt: ꝙ si qualitates in aliquo corpore essent ꝭm equalitatē equiparātie ꝙ nō posset ibi esse mutua actio et passio. Uideo enī ꝙ agēs debilius q̄uis ab agente fortiori: tamē aliquam trāsmutationē facit in agēte ꝓdominātē: si illa duo agentia in materia cōicāt. Omne. n. tale agens physicū in agendo patitur. Fortius tamē agēs patit rōne alicuius: qd̄ est in eo inferius inferiori agente. Unde q̄uis ignis sit fortius agens q̄ʒ terra rōne tn̄ sue materie: que est inferior q̄ʒ forma terre patit a terra: vnde si poneremus formas elementorū duorū vt ignis et aque in pūctuali equalitate adhuc ignis pateretur ab aliqua rōne sue materie et ecōuerso. ¶ Dico ergo ad questionē: ꝙ qualitates in corpore ade fuerūt in maxima equalitate ꝓportionis per cōparationē ad naturales actus ipsius anime. Unde corpus illud ita nobilissime fuit cōplexionatū: qd̄ nobilius cōplexionari non potuisset: qualitates tamē in illo corpore nō fuerūt inequalitate equiparātie nec ꝭm aliquos in aliquo mixto in tali equalitate esse possunt. Cū ergo vita fiet per calidum et humidū: qd̄ pʒ ex hoc ꝙ corpora mortua efficiunt frigida et sicca: opʒ ꝙ in corpore viuente maxime humano plus sit de calido naturali q̄ʒ de frigido: et de humido: q̄ʒ de sicco. Si enī aliqd̄ corpus haberet caliditatē et frigiditatē et humiditatē et siccitatē in pūctuali equalitate equiparātie illud corpus ineptū esset ad actus vite. Qr etiā nō possint esse in aliquo mixto in tali equalitate conant sic aliqui declarare. Certū est enim ꝙ tāta de essentia caliditatis virtuosior est quā ista portio de essentia frigiditatis: qr caliditas est qualitas magis actiua q̄ʒ frigiditas vnde si ille qualitates equarent in essentys eēnt inequales in virtute: et si equarētur in virtute essent inequales in essentys. Unde impossibile est ꝙ ille due simul equentur in vtroqʒ: qualitates etiā passiue annexe frigiditati Sicut est humiditas aquea siccitas terrea virtuosiores sunt: q̄ʒ ille que sunt annexe caliditati: vnde siccitas terrea preualet humiditati aeree: et humiditas aquea siccitati ignee: vnde si talis fieret proportio ꝙ caliditas ignea equaretur in virtute frigiditati aquee: humiditas aquea excederet in virtute siccitatem igneam: maxime qr tunc oporteret ibi plus esse de essentia frigiditatis aquee: q̄ʒ caliditatis ignee: et ex consequenti plus de essentia humiditatis aquee q̄ʒ siccitatis ignee. Et ita video ꝙ si esset equalitas in virtute in qualitatibus actiuis esset inequalitas ꝭm virtutem in qualitatibus passiuis: et econuerso. Quia tamen siccitas ignea coadiuuat caliditatem igneā et econuerso: et humiditas aquea frigiditatem aqueam: et econuerso: forte posset virtus caliditatis ignee excedere virtutem frigiditatis aquee: et virtus humiditatis aquee virtutem siccitatis ignee in tali ꝓportione ꝙ coniunctū ex virtute caliditatis et siccitatis ignee equaretur cōiuncto ex virtute humiditatis et frigiditatis aque. Et per h que dicta sunt de comparatiōe qualitatū ignis et aque inter se potes in parte videre: que dicēda sunt de comparatione qualitatū aeris et terre inter se.

Ad qōnē fʒ mētē alioꝝ.

Si due eloꝝ forē eēnt i pūctuali eq̄litate et adhuc esset actio et reactio

Ade corp⁹ nobilissime ꝯplecatū.

ꝫ opm

Ad primum in oppositum cū dicitur ꝙ quāto complexio est equalior tanto est nobilior et c̄. Dico ꝙ h est verum de equalitate ꝓportionis per comparationē ad naturales actus ipsius anime. ¶ Ad secundū cum dicitur ꝙ inequalitas miscibilium est necessitas ad corruptionem et c̄. Dico ꝙ verum est si corpus relinqueretur sue nature. Sed corp⁹ ade poterat nō corrumpi per originalē iustitiam que erat adiutorium supernaturale per quod anima potuisset continere corpus ade ne fuisset dissolutū cū adiutorio eius ligni vite. ¶ Ex hoc patet solutio ad tertium. ¶ Argumenta ad partem aliam concludunt ꝙ qualitates in corpore ade nō fuerunt in punctuali equalitate equiparantie: et hoc est verum. Forma tamen argumēti secundi nō multum videtur valere. Qō. IIII.

Ad ꝑm

Ad 2m

Per qd ania ade potuisset ꝑpetuare corp⁹ ei⁹.

Ad 3m

Qō.iiii. **Q**Uarto queritur vtrū partes ipsius ade ante separationē anime a corpe
Ar.pᵐ fuerunt plures res in actu:qḋ etiā intēdo q̄rere de quolibz alio homie. Et vr̄ φ sic.q꞉ qḋ
mouetur est in actu:ꝛ qḋ mouet. Sz corpꝰ mouet̄ ab aīa
ergo corpꝰ hoīs est vna res in actu ꝛ aīa alia res in actu.
Secūdo. ¶ Itez moto cōtinuo mouet̄ quelibz eius pars. Sz vna
pars humani corporis moueri pōt alia quiescente: ergo
nō sunt cōtinue sed cōtigue:ꝛ sic vr̄ φ plures res i actu
sint. ¶ Itē in diuersis partibꝰ corporis sunt diuerse ꝓꝓe
Tertio. tates spē differētes:vt pꝫ in corde ꝛ cerebro ꝛ alijs mem
bris. Sed h̄ nō vr̄ posse esse in vno corpore continuo:q꞉
res diuersaꝝ formaꝝ nō vident̄ posse cōtinuari.ergo vr̄
φ partes corporis nō sint cōtinue:ꝛ ita vr̄ φ sint plures
Quarto. res in actu. ¶ Itē partes sunt cā totius:ergo ꝛ actuali
tates partiū sunt cā actualitatis totius:ꝛ sic partes in to
Quinto. to ꝓprias hn̄t actualitates:ꝗ sūt pl̄es res in actu. ¶ Itē
minꝰ depēdet vna pars corporis ab alia:q̄z accidēs a sb̄o
Sed accidēs ꝛ sb̄m sunt plures res in actu:ergo multo
fortius ptes hoīs. ¶ Itē cū pars separat̄ a toto ꝓpriam
Sexto. hꝫ actualitatē:sed illā nō vr̄ hr̄e per separationē:q꞉ sepa
ratio magis vr̄ ꝑuare q̄z ponere:ergo ptes ante sepatio
nez a toto ꝓprias hn̄t actualitates:ꝛ si sic:exn̄tes in toto
Septio sunt plures res in actu. ¶ Itē cerebrū nō ꝯtinuatur cra
neo nec caro ossi: nec ossa in iūcturis adinuicē. ergo ꝛc̄.

In opᵐ **Contra** plures res in actu nō sunt vna res in actu sed ptes hoīs sunt vna res in actu:q꞉ sicut
dicit̄ symbolū athanasij. Aīa rōnalis ꝛ caro vnꝰ est hō:ꝗ
nō sunt plures res in actu. ¶ Itē si oculus in toto habꝫ
suā ꝓpriaz actualitatē:ꝛ partes alie sılr̄:tūc oculus sepa
ratus esset oculus vniuoce:q꞉ retinēt ꝓpriā actualitatez
T.c.9. quā habebat ante. Sed h̄ est cōtra phꝫ.2.de anima: ergo
partes hoīs nō hn̄t ꝓprias actualitates in toto. Sed tm̄
actualitatē totiꝰ:ergo nō sunt pl̄es res in actu.

Ad qōnē ꝯꝫ mētez alioꝝ. **Ad istam qōnez** dicerēt forte quidā φ alı que partes hoīs sūt pl̄es
res in actu:q꞉ forme elemētares icōplete:ꝗ sunt de hu
mani corporis essentia plures res sunt in actu incōpleto
Sed h̄ rō nō multū cogit:tuz q꞉ ꝯm quosdā essentie for
marū elemētariū nō sunt de hūani corporis essentia:nec
ꝯm esse ꝯpletū nec incōpletū:sed tm̄ sunt ibi ꝯm vꝛtutem
tū q꞉ si ille forme incōplete sint de humani corporis eēn
tia:vt auctes phoꝝ ꝛ sanctoꝝ magis vident̄ velle:nō sūt
distincte in actu:imo ex ipsis exn̄tibꝰ in eadē parte mãe
vna cōstituit̄ forma mixta ꝛ incōpleta. ¶ Dico ergo ad
Ad qōnē ꝯm mētē ꝓpriā. qōnem φ nomine rei possumus intelligere partē vel to
tuz. Primo mō partes hominis sunt plures res in actu
q꞉ sunt plures partes in actu:ꝛ hoc nō est cōtra vnā ꝯpo
sitaz actualitatē totiꝰ:q꞉ partes sunt plures ptes in actu
per vnā actualitatē totius. ¶ Si aūt nomine rei intelli
gamus totū, sic partes hominis nō sunt plures res in ac
tu:q꞉ nō sunt plura tota in actu. Qḋ pmo declaro de pti
bus corporis in se:q꞉ ille partes continue sunt:vna eiꝫ ꝛ
eadē forma in numero ꝯꝫ se totā nō pōt simul esse forma
distinctaꝝ mãꝝ ꝛ vnigeneaꝝ:sed aīa intellectiua ꝯm se
totā est forma cuiuslibet partis mãe ipsius corporis:ergo
videtur φ partes mãe corporis humani sunt continue.
¶ Preterea ita debēt iudicari partes corporis humani
cōtinue sicut partes corporis bruti:sed ptes corporis bru
ti cōtinue sunt.aliter enim cū sensitiua extēdatur: vt su
perius habitū est:esset sensitiua in eo distincta in plures
partes in actu per actualē distinctionē partiū corporis:ꝛ
sic partes inter se distincte essent plura animalia in actu:
q꞉ quelꝫ esset substātia aīata sensibilis. Si ergo h̄ incōue
niens est dicere. Restat φ partes corporis bruti sunt cō
tinue inter se:ꝛ etiā partes corporis humani inter se. Sꝫ
partes cōtinui non sunt plura tota in actu:q꞉ pluralitas
in actu includit numerū in actu:ꝛ numerus in actu dis
cretionē in actu ꝛ discretio in actu:excludit ꝯtinuatōez
in actu. ¶ Preterea cuz in cōtinuo in actu sint infinite
partes in potētia:si ptes cōtinui essent plura tota in actu
in cōtinuo essent infinita tota in actu:qḋ falsū ē. ¶ Pre
terea cū cuilibet toti in actu cōueniat locari per se iā q̄lꝫ
pars terre locata esset violenter excepto illo atomo qui
esset in centro. Restat ergo φ partes ꝯtinui nō sunt plu
ra tota in actu. Cū ergo partes corporis humani conti
nue sint:vt ante ꝓbatū est:seq̄tur φ nō sint plura tota in
actu. ¶ Qꝫ etiā corpus ꝛ anima in hoīe nō sint plura to
ta in actu:pꝫ q꞉ plura tota substātialia sunt plura suppo
sita:ꝛ ita si corpꝰ ꝛ anima in hoīe essent plura tota in actu
in homie essent plura supposita in actu:h̄ aūt falsuz est:
homo eni nō est nisi suppositū in actu. ¶ Preterea plu
riuz totoꝝ in actu nō vnigeneoꝝ nō est vna diffinitio:sꝫ
hominis est vna diffinitio nō plures:ergo cū anima nō
sit vnigenea nãe cū corpore:seq̄tur φ corpus humanum
ꝛ aīa q̄ꝫdiu est illius corporis forma in actu nō sunt plu
ra tota in actu. Sic ergo declaratū est:ꝛ φ partes corpo
ris humani nō sunt plura tota in actu:ꝛ φ corpus ꝛ aīa
in homine non sunt plura tota in actu:nec mã ꝛ forma
substātialis in quocūqꝫ ꝯposito sunt plura tota in actu.

Ad primum in oppositū cuz dr̄ φ corpus mo uetur ab anima ꝛc̄. pōt dici φ ex Ad pᵐ
hoc nō sequit̄ φ corpꝰ ꝛ anima in homine sint plura to
ta in actu. Sed φ qōlibet illoꝝ sit in actu: ꝛ ego cōcedo
φ corpus ꝛ aīa in hoīe sint in actu per vnam cōpositā ac
tualitatē totius (q̄ꝫuis ista ꝯposita actualitate corrupta)
anima hoīs suā ꝓpriā habeat actualitatem. Cum aūt est
ꝯiuncta ex actualitate anime incōpleta:ꝛ actualitate cor
poris incōpleta ꝯposita est vna actualitas totius ꝯpleta.
¶ Ad scḋm cuz dicitur: φ moto cōtinuo mouetur que Ad 2ᵐ
libet eius pars ꝛc̄. Dico φ nō opꝫ hoc esse veꝝ nisi de cō
tinuo qḋ mouet̄ sine alicuius partis sue flexiōe: aut extē
sione vel cōtractione. Corpus aūt humanū est quoddaz
ꝯtinuū qḋ flecti pōt. ¶ Ad tertiū dōm φ in vno corpo Ad 3ᵐ
re cōtinuo:bn̄ possunt esse diuerse ꝓprietates accidēta
les spē differētes in diuersis eius partibꝰ:maxime qn̄ for
ma ꝯpletiua illius ꝯtinui in se ꝯtinet supereminēterꝰ nō
per modum vniuocuꝫ virtutes pluriuꝫ formaruꝫ substā
tialium:ꝛ talis est forma hominis completiua. Et etiaꝫ
ꝯm opinionem famosam in humano corpore sunt forme
substantiales elementorum incomplete:que ꝯm diuersaꝫ
proportionem in diuersis partibus materie possunt esse
ratio diuersarum proprietatuꝫ specie differentiū. ¶ Ad Ad 4ᵐ
quartum cum dicitur φ actualitas partium est causa ac
tualitatis totius ꝛc̄. Dico φ verum est inquantuꝫ ex ac
tualitatibus partium incompletis constituitur vna ac
tualitas compositi completa post cuius constitutionem
quādiu durat:partes distinctas actualitates non habēt.
Sed sunt in potentia ad actualitates distinctas. ¶ Ad Ad 5ᵐ
quintum dicendum:φ q̄ꝫuis minus dependeat vna ps
corpīs ab alia q̄z accns a sb̄o: tn̄ q꞉ plus depēdet vna ps
corporis ab alia q̄z subiectum ab accidente:ꝛ quia ex sub
iecto ꝛ accidente non constituitur:ita vere vnum sicut
ex partibus corporis: Ideo non oportet φ ita possint di
ci partes corporis plures res in actu:sicut accidēs ꝛ sub
iectum. ¶ Ad sextum dicendum φ non est intelligen Ad 6ᵐ
dum φ separatio det parti essentiam quaꝫ ante non ha
bebat: sed per hoc φ vna pars per diuisionem separa
tur ab alia:illa essentia sortitur rationeꝫ totius: que ante
diuisionem rationem partis habebat. ¶ Ad septimum Ad 7ᵐ
soluenduꝫ est per interemptionem. cerebrum enim me
diante pia matre ꝛ dura matre continuatur craneo. Ca
ro etiam mediante cartilagine continuatur ossi: cui con
tinuat̄ ps durior cartilaginis:ꝛ mollior cōtinuat̄ carni.
Vn̄ cartilago est q̄si mediū inter os ꝛ carneꝫ. Ossa ēt in
iūcturis ꝯtinuant̄ mediātibꝰ ligamētis quoꝝ ptes circa

extremitates duriores sūt ꝛ ꝯtinuant ossi. Qō. V.

Qō. v. **QUinto** queritur vtrū3 tales sint cōdi/
tiones paradisi terrestris: sicut
Ar. ꝓ° a magistro in lr̄a referunt. Et vr̄ ꝙ non. quia
hystoriographi: qui orbē terraꝝ descripserūt
Secūdo. de aliquo loco tales ꝯditiōes narrasse nō legunt. ❡ Itē
Damas. li. 2. ca. 8. dicit ꝙ Ocean⁹ est velut quidā fluuius
circuiens oēm terra3 de quo dixisse vr̄ diuina scriptura
q̄m fluuius ꝓcedit ex paradiso: ergo videt ꝙ paradisus
terrestris: nō noiet aliquā ꝑtē terre determinatā. S3 ter
Tertio. ram totā cuius cōtrariū dicit magister. ❡ Itē Gen̄. 2. dē
paradisus voluptatis. Sed non pōt esse habitatio volu/
ptuosa in spera ignis: ergo locus ille non pertingit vsq3
A. l. nō vi ad lunarē globū cuius cōtrariū dicit magr̄. ❡ Itē arbo
dent pos res fructifere nō possunt esse in igne. Ergo cū ille locus
se esse. sit arborib⁹ fructiferis fecūdus nō attingit ad lunarē glo
Quinto. bu3: q2 tunc esset in spera ignis. ❡ Ite3 sicut hr̄ Gen̄. 2.
deus posuit hoiem in paradiso voluptatis vt operaret:
ꝛ custodiret illū. Sed si esset sequestrat⁹ a regiōib⁹: quas
Sexto. incolūt hoies: sicut dicit magr̄ in lr̄a custodia non indi/
guisset. ❡ Itē Gen̄. 7. operti sunt oēs mōtes excelsi sub
vniuerso celo: ergo male dixit magr̄ dicēdo ꝙ aq̄ diluuij
vsq3 ad sūmitates paradisi terrestris nō ꝑuenerūt.

In opm̄ **Contra** in his q̄ dicit magister de terrestri paradi/
so. s. ꝙ est loc⁹ amenissim⁹ ꝛ fructuosis arbo
ribus ꝯsitus: ꝛ magno fonte fecūdus in parte orientali a
regionib⁹ quas incolūt hoies secretissimus vsq3 ad luna/
re3 globū pertingens: ita ꝙ nec aque diluuij illuc ꝑuene
Secūdo. runt nō reprehēdit a doctorib⁹. ❡ Itē iste eedē cōtradi/
ctiones quas narrat magr̄ de terrestri paradiso referunt
a Strabo ꝛ Beda i glo. sup illō Gen̄. 2. Plātauerat aūt
dn̄s deus paradisum ꝛc̄.

Ad qōnē
s3 mēte3 **Respondeo** ꝙ vere sunt ꝯditiōes quas de pa/
ꝓpriā. radiso terrestri narrat magr̄ in lit
tera. Si verba magistri bene intelligant: ꝙ melius pate/
bit in solutione argumentoꝝ.

Ad ꝓm̄ **Ad primum** in oppositū dōm ꝙ hystoriogra/
Que nar phi narrāt ea que per experiētia3
rāt hysto apprehēderūt: vel ab expertis audierūt: ꝛ q2 locus ille ē
riogphi. hominib⁹ inaccessibilis in statu nature lapse ꝓpter inter
positionē mariū ꝛ terraꝝ inhabitabilium: ꝛ ēt ꝓpter cu
A. l. colla stodiā illius vie: q2 sicut ait Aug. xi. super Gen̄. dīus finē.
uit. exponēs illud verbū Gen̄. 3. collocauit ante paradisum
De para voluptatis cherubin ꝛ flāmeū gladiu3 atq3 versatilē ad
disi terre custodiendā viā ligni vite. In paradiso visibili factū esse
stri custo credēdu3 est: vt per angelicū ministeriu3 esset illic ignea
dia. quedā custodia. Idō de paradiso terrestri paru3 vel nihil
Ad 2m̄ rettulerūt. S3 moyses de illo locut⁹ est: q2 h̄ habuit per
diuinā inspirationē. ❡ Ad scd̄3 pōt dici ꝙ Damas. non
dicit ꝙ Oceanus esset ille fluuius de quo dicit scriptura
qui egrediebat de loco voluptatis. Sed dicit ꝙ est velut
fluuius de quo. s. fluuio dicit diuina scriptura qō fluuius
ꝓcedit ex paradiso ꝓpter aliqualē similitudinē: q2 sicut
fluuius est ꝓncipiu3 ꝓximum illoꝝ quatuor fluuioꝝ: in
quos di diuidi. Gen̄. 2. Sic Ocean⁹ est ꝓma radix oium
Instātia mariū ꝛ fluuioꝝ. Si aute3 aliquis vellet obstare his que
dicunt de origie istoꝝ fluuioꝝ per hoc ꝙ fontes aliquo/
Rn̄° ru3 noti sunt. Hec instātia remouet per h̄ qō dicit Aug.
8. super Gen̄. ante mediū: q2 illi fluuij alicubi vadūt sub
terra ꝛ post tractus ꝓlixoꝝ regionū locis alijs erūpunt
Ad 3m̄ vbi tāq3 in suis fontib⁹ noti esse ꝓhibent. ❡ Ad tertiu3
dōm: ꝙ verbū magistri est ibi hyperbolicū ad insinuādu3
magnā altitudinē illius loci: nō enim ascendit locus ille
vsq3 ad sperā lune: nec etiā vsq3 ad speru3 ignis: transcē/
dit tū mediū aeris interstitiū: in quo generātur imꝑssio
Cāe tēpa nes frigide ꝛ humide ꝛ attingit vsq3 ad parte3 aeris pu
mēti ter/ rissimā: ꝛ est sub equinoctiali circulo. Unde triplici de cā
restris pa locus est tēperatus: ibi enim est calor ex vicinitate spere
radisi.

ignis: ꝛ directa oppōne solis: ꝛ duplici transitu eius bis
in anno per zenith capitis inhabitantiū ibi qui inhabi/
tantes sunt Enoch ꝛ Helyas ꝛ hinc triplicē cām calo/ Enoch ꝛ
ris temperat aeris subtilitas: forti⁹ enim agit calor in re helyas
grossa q3 tenui: ꝛ etia3 q2 calor geminus ex reflexione ra/ habitan/
dioꝝ ab alia superficie terre nō ascendit vsq3 illuc: ꝛ etiā tes ipm.
sūma frigiditas que in medio interstitio aeris viget cu⁹
extremitati superiori equaliter forte ꝓpinqua est super/
ficies illius loci sicut spere ignis: vnde forte dici posset:
q2 transcēdit locū in quo generat circulus qui sensui no
stro apparet eē in circuitu lune: qō iō dicit magr̄: ꝙ per/
tingit vsq3 ad lunarē globū nomine globi lunaris ꝓdi
ctu3 circulū appellādo qui in aere generatur in loco im
ꝑssionū humidaru3 vltra quē locum eleuatur superfi/
cies paradisi terrestris vt dictū est. ❡ Ad quartū p3 solu Ad 4m̄
tio ex ia3 dictis: locus enim ille nō attingit vsq3 ad spe/
ram ignis: ꝛ est ibi sufficiens humiditas per illū fluuiu3
de quo dicit Gen̄. 2. ꝙ inde diuiditur in quatuor capita.
❡ Ad q̄ntū dōm: ꝙ illa custodia intelligatur qua homo Ad 5m̄
custodiret paradisum: ne perderet eū: vnde Aug. 8. sup
Gen̄. circa mediū. Custodiret autē eundē paradisu3 ipe
sibi ne aliquid admitteret: quare tamē mereretur expelli
Uel ad h̄ dicitur hō positus in paradiso: vt operet ꝛ cu/
stodiret illu3: vt ꝓm Aug. vbi prius ipsum hoie3 opera/
retur deus ꝛ custodiret. Sicut enim operatur homo ter
ra3: nō vt eā faciat esse terrā: sed vt electa3 ꝛ fructuosam
sic deus hominē multo magis ipse quem creauit vt hō
sit cu3 ipse operat: vt sit iustus. ❡ Ad sextu3 dōm: ꝙ ibi Ad 6m̄
sit distributio pro mōtib⁹ terre cōiter habitabilis.

Circa litteram. Peruicaciter ꝓ/
uicaꝝ media cor
repta dicit ꝓteruus improbus ꝛ ꝓprie qui in
ꝓposito ad victoriā perseuerat: ꝛ inde ꝑuica/
citer dicitur. Non sunt audiendi qui putent anima3 esse
partem dei. ❡ Contra Actuu3. 17. Genus dei sumus. Dubiū
Sed non quo ad corpus: ergo quo ad anima3: ꝛ sic vide litale.
tur esse eiusdem nāe cū deo ꝛ pars eius. ❡ Respondeo Ad du m̄
dicimur eē gen⁹ dei: h̄ est de gn̄e eius ꝑ similitudinē nō per
ꝓprietate3: ꝛ hoc ad significādu3 naturalem anime pul/
chritudine3: ꝛ est tropus similis illi quo dicimus de ho/ Cur vo/
mine pulchro ꝛ elegāte ꝙ est de genere regio vel esse vi/ camur
detur. Uel dicimur eē genus dei inquantum principiati gen⁹ dei.
sumus ab eo per creationē in nobis metipsis imaginem
eius portātes. Aug. super Gen̄. tradit anima3 cū angelis
sine corpore esse creatam. Sed intelligendu3 est h̄ ipsum
nō dixisse asserēdo: sed magis inquirendo ꝛ dubitando:
Nec talia cōtra natura3 fiunt nisi nobis quib⁹ aliter nāe
cursus innotuit. ❡ Ad cuius intelligentiā sciendū est ꝙ
in natura cuiuslibet creature est: vt de illa possit fieri per
diuinā potentiā quicqd deus de illa vult fieri: ꝛ sic ꝓdu
ctio ipsius ade in statu virili: ꝛ conuersio virge in draco
nem ꝛ cōsimilia nō sunt opera cōtra naturā. Sed appel
lando naturā qua creatura naturaliter potest agere: ꝛ ēt
qua ab alia creatura naturaliter pōt pati: sic ꝓdicta ope/
ra sunt opa ꝯ naturā vel supra natura3 vsq3 ad lunarem
circulū pertingētē. i. vltra locū ad que3 ascēdūt vapores
eleuati a luna ex qb⁹ gn̄at ille circulus q visu nr̄o appet Dubm̄
eē in circuitu lune: nec aq̄ diluuij illuc ꝑuenerūt. ❡ Cō
tra illa pars ad quā aq̄ diluuij nō ꝑuenerūt nō est ꝓmix/
ta vaporib⁹ aqueis: ergo ille aer tante est puritatis ꝙ ha
bitationi hoiu3 nō ꝯueniret. ❡ Rn̄deo q̄uis illa aeris Ad du m̄
ad quā attigit suꝑficies paradisi terrestri nō sit ita ꝓmix
ta vaporibus: sicut ista pars aeris inferior: tamē illa pars
aeris: que est in paradiso terrestri: aliquo modo cōtempe
rata aliquibus vaporibus ascendentibus ex illo fluuio:
qui est in ipso. Homines autem in statu innocentie viue
re potuissent in aere puriori q3 in statu nature lapse: q2
puriorem habebant natura3.

Di. xviij ¶ De formatiõe mulieris. Dist. XVIII.

N eodem quoqȝ paradiso mulierem formauit deus de substantia viri: sicut post plantatum paradisuȝ hominemq in eo positum ⁊ post vniuersa animalia ad euȝ ducta: suisq nominibus designata: subnectit scriptura. Immisit deus soporem in adam. Cũq obdormiuisset: tulit vnaȝ de costis eius: ⁊ formauit eam in mulierem.

¶ Quare virum prius: ⁊ postea de viro mulierez creauit: non simul vtrũq.

Hic attendenduȝ est quare nõ creauit simul viruȝ ⁊ mulierem sicut angelos: sed prius viruȝ: deinde mulierem de viro. Ideo. s. vt vnum esset generis humani principiuȝ: quatenus in hoc ⁊ superbia diaboli cõfunderetur: ⁊ hominis humilitas dei similitudine sublimaretur. Diabolus quippe aliud a deo principiũ esse cõcupiuerat. Ideoq vt eius superbia retũderetur: hoc homo in munere accepit qδ diabolus peruerse rapere voluit: sed obtinere non potuit. Et per hoc imago dei in homine apparuit: quia sicut deus omnibus rebus existit pricipium creationis: ita homo omnibus hominibus principium generationis. Ideo etiam ex vno homine oẽs esse voluit deus: vt dũ cognoscerẽt se ab vno esse oẽs: se quasi vnũ amarẽt.

¶ Qr̃ δ later̃ viri ñ δ alia corpis pte formata sit.

Cum autem his de causis facta sit mulier de viro: nõ de qualibet parte corporis viri: sed de latere eius formata est: vt ostenderetur: quia in consortium creabatur dilectionis: ne forte si fuisſȝ de capite facta: viro ad dominationem videretur preferenda: aut si de pedibus ad seruituteȝ subijcienda. Quia igitur viro nec domina nec ancilla parabatur: sed socia: nec de capite nec de pedibus: sed de latere fuerat producẽda: vt iuxta se ponendaȝ cognosceret: quã de suo ꝑlatere sumptam didicisset.

¶ Quare dormiẽti ⁊ ñ vigilãti costa subtracta ẽ.

Non sine causa dormienti quoq viro poti⁹ q̃ vigilãti detracta est costa: de qua mulier in adiutorium generationis viro est formata: sed vt nullam in eo sensisse penam monstraretur: ⁊ diuine simul potentie op⁹ mirabile ostenderetur: que hominis dormientis latus aperuit: nec eũ tamen a quiete soporis excitauit. In quo etiaȝ

De sacro hu⁹ opis

opere sacramentuȝ christi ⁊ ecclesie figuratum est. Quia sicut mulier de latere viri dormientis formata est: ita ecclesia ex sacramentis que de latere christi in cruce dormientis profluxerunt: sciȝ sanguine ⁊ aqua quibus redimimur a penis atq abluimur a culpis.

¶ Q de illa costa sine extrinseco additamento facta fuit per dei potentiam sicut quinq panes in se multiplicati sunt.

Solet etiam queri vtrum de illa costa sine adiectione rei extrinsece facta sit mulier? Qδ quibusdam non placuit. Ceterum si ad perficienduȝ corpus mulieris deus extrinsecum augmentũ addidisset: maius illud esset q̃ ipsa costa. Ideoq potius de illo addito q̃ de ipsa costa mulier facta deberet dici: de quo plures accepisset substantie partes. Restat ergo vt de sola ipsius coste substantia sine omni extrinseco additamento per diuinam potentiam in semetipsa multiplicata mulieris corpus factum dicatur: eo sane miraculo quo postea de quinq panib⁹ iesu celesti benedictione multiplicatis quinq milia hominum satiata sunt. Illud etiam sciri oportet q cum angelorũ ministerio facta sit mulieris formatio: nõ est eis tamen tribuenda creationis potentia. Angeli enim nullam possunt creare naturaȝ: ergo nec formare costã in mulierez: nec carnis supplementuȝ in locũ coste: nõ q nihil agant vt aliquid creetur: sed nõ ideo creatores sunt: sicut nec agricole segetum vel arborũ. Solus deus. i. trinitas est creator. Facta est ergo femina a deo: etiam si costa ministrata sit per angelos.

¶ Utruȝ ſm superiores an ſm inferiores causas: ita facta sit mulier: idest an rõ seminalis id haberet: vt ita fieret an tantũ: vt ita fieri posset: sȝ vt sic fieret in deo tantũ esset causa.

Sed queritur an rõ quã de⁹ primis operib⁹ concreauit id haberet: vt ſm ipsaȝ ex viri latere feminã fieri necesse foret: an hoc tm̃ vt fieri possȝ? Ad qδ sciendũȝ est oĩum rex causas in deo ab eterno esse. Ut enim hõ sic fieret vel equus ⁊ huiusmodi: in dei potẽtia ⁊ dispõne ab eterno fuit. Et he dicunt̃ primordiales cãe: quia istas alie nõ precedunt: sed iste alias que sunt cause causarũ. Cũq vnũ sit diuina potentia dispositio siue volũtas: ⁊ ideo vna omniuȝ principalis causa: tñ ꝑpter effectus diuersos pluraliter dicit Augustinus: causas primordiales omniuȝ rerũ in deo esse: inducẽs similitudineȝ artificis in cuius dispositiõe est: qualis futura sit arca. Ideo ⁊ i deo vniuscuiusq rei future causa precessit. In creaturis vero quarũdam rerũ: sed nõ omniuȝ cause sunt: vt ait Aug. Qr inseruit deus seminales rõnes rebus: ſm quas alia ex alijs prouenĩũt: vt de hoc semine tale granuȝ: de hac arbore talis fructus: ⁊ huiusmodi. Et he quoq dicuntur primordiales cause: ⁊ si nõ

ideo

adeo proprie: quia habent ante se causam eternam: que proprie et vniuersaliter prima est. Ille vero ad res aliquas dicuntur prime que scilz ex eis prouenisset. Ideo etiam primordiales dicuntur quia in prima rerum conditione rebus a deo insite sunt: et sicut creature mutabiles sunt ita et he cause mutari possunt. Que autem in immutabili deo causa est: mutari non potest.

¶ Distinctio causarum rerum perutilis: scilicet quod quedam in deo et in creaturis: quedam in deo tantum sunt.

Omnium ergo rerum cause in deo sunt: sed quarundam cause et in deo sunt et in creaturis. Quarundam cause in deo tantum sunt: et illarum rerum cause dicuntur abscondite in deo: quia ita est in diuina dispositione: vt hoc vel illud fiat quod non est in seminali creature ratione. Et illa quidem que secundum causam seminalem fiunt: dicuntur naturaliter fieri: quia ita cursus nature hominibus innotuit. Alia vero preter naturam quorum cause tantum sunt in deo. Hec autem dicit Augu. esse illa que per gratiam fiunt vel ad ea significanda non naturaliter: sed mirabiliter fiunt. Inter que mulieris facturam de costa viri ponit ita dicens. Ut mulierem ita fieri necesse foret: non in rebus conditum: sed in deo absconditum erat. Omnis creature cursus habet naturales leges. Super hunc naturalem cursum creator habet apud se posse de omnibus facere aliud quam eorum naturalis ratio habet: vt scilz virga arida repente floreat: fructum gignat: et in iuuentute sterilis femina in senectute pareat vt asina loquatur: et huiusmodi. Dedit autem naturis vt ex his etiam hec fieri possent: non vt in naturali motu haberent. Habet ergo deus in se absconditas quorundam futurorum causas quas rebus conditis non inseruit: easque implet non opere prouidentie: quo nature subsistunt vt sint: sed quo illas administrat vt voluerit: quas vt voluit condidit. Omnium ergo que ad gratiam significandam non naturali motu rerum: sed mirabiliter facta sunt abscondite cause in deo fuerunt: quorum vnum erat quod mulier facta est de latere viri dormientis. Non habuit prima rerum conditio vt femina sic fieret: sed vt fieri posset: ne contra causas quas deus voluntarie instituit mutabili voluntate aliquid facere putaretur.

¶ De anima mulieris que non est ex anima viri: vt quidam putauerunt dicentes animas esse ex traduce.

Quemadmodum mulieris corpus de viri corpore traductum fuit: ita putauerunt aliqui ipsius animam de viri anima propagatam: et omnes animas preter primam de traduce esse sicut corpora. Alij autem putauerunt simul omnes animas ab initio creatas. Catholica autem ecclesia nec simul: nec ex traduce factas esse animas docet: sed in corporibus per coitum seminatis atque formatis infundi: et infundendo creari. Unde in ecclesiasticis dogmatibus. Animas hominum non esse ab initio inter creaturas intellectuales naturas: nec simul creatas: sicut Origenes fingit: dicimus neque in corporibus per coitum seminari: sicut Luciferani et Cyrillus et quidam latinorum presumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugij copulam seminari. Creationem vero anime solum creatorem nosse. Eiusque iudicio corpus coagulari in vulua et compingi atque formari: ac formato iam corpore animam creari atque infundi: vt viuat in vtero homo ex anima constans et corpore: et egrediatur viuus ex vtero: plenus humana substantia. Hierony. etiam anathematis vinculo illos condemnat qui animas ex traduce dicunt: inducens auctoritatem prophete. Qui finxit singulatim corda eorum. Hoc satis inquit innuit propheta quod non ipsam animam de anima facit deus: sed singulatim animas de nihilo creat.

Dist. XVIII. Di. x viij

In eodem quoque paradiso etc. Superius determinauit magister de productione viri specialiter. ¶ Hic determinat simpliciter de mulieris productione. Et diuiditur pars ista in duas. ¶ In prima parte determinat de productione mulieris quantum ad corpus. ¶ In secunda quantum ad animam. ibi. [Quemadmodum.] Prima in duas. ¶ Primo determinat de productione corporis mulieris simpliciter. ¶ Secundo de rationibus seminalibus incidentaliter ibi. [Sed quare.] Prima in tres. ¶ Primo ostendit quando fuit corpus mulieris formatum. ¶ Secundo de quo ibi. [Cum autem.] ¶ Tertio qualiter. ibi. [Solet etiam queri.] ¶ Illa pars in qua determinat de rationibus seminalibus. Diuiditur in duas. ¶ Primo narrat quid dicantur cause primordiales et rationes seminales. ¶ Secundo ex hoc quandam elicit conclusionem. ibi. [Omnium igitur.]

Circa hanc distin. queruntur principaliter de duobus. ¶ Primo de productione corporis mulieris. ¶ Secundo de productione anime eius. ¶ Circa primum queruntur tria. ¶ Primo vtrum corpus mulieris fuerit factum de costa viri dormientis. ¶ Secundo vtrum productum fuerit de illa costa secundum rationem seminalem. ¶ Tertio vtrum ratio seminalis sit aliquid transmutabile in quamlibet formam educibilem per naturam de potentia materie.

Questio. I. Q̃ő. I.

Primo ostendo quod corpus mulieris non fuit semen de costa viri dormientis: Quia Gen. primo dicitur quod masculum et feminam creauit. Sed quod creatur non fit de aliquo. ergo corpus mulieris non fuit factum de costa viri. Ar. p°

¶ Item perfectum fit ex imperfecto: sed corpus viri est perfectius quam corpus mulieris: ergo videtur quod mulier non fuerit facta quantum ad corpus de viro. Secundo. ¶ Item costa illa aut erat necessaria corpori ade: aut non: si non: ergo in adam fecisset deus aliquid superfluum: quod falsum est: si sic si costa illa sibi fuisset subtracta remansisset corpus ade diminutum: quod inconueniens est: ergo videtur quod cor Tertio.

Quarto. pus mulieris non fuerit factum de costa viri. ¶ Item
quicquid fuit de essentia corporis ade resurget in ipso. er
go si corpus mulieris factum fuisset de costa corporis
ade: non resurgeret eua in eodez corpore in numero: q2
eadem materia in numero non potest simul esse in duo-
bus. Restat ergo q corpus mulieris non fuit factum de
Quinto. costa viri. ¶ Item phus lib. primo de somno z vigilia.
In pn° passio est somnus: h est in potentia propter excessum vi/
fere. gilandi: z est ergo somnus propter fatigationem sensuum:
Sed vires animales in adam ante peccatum non pote/
rant fatigari: Ergo adam in statu innocentie non dormi
uit: z si sic corpus mulieris non fuit factum de costa viri
dormientis. ¶ Item de re tam parua nō potuit fieri tā/
Sexto. tuz corpus: sicut corpus mulieris nisi vel per rarefactio/
nem: vel per alterius materie additionem. Si pmo mo/
do corpus mulieris fuisset improportionaliter raruz. Si
secundo modo magis debet dici factum de illa materia
superaddita q̄z de costa: q2 plus esset superadditu3 de ma
teria q̄z ante fuisset in costa.

In op^m A.Lob/ dormiss3 **Contra** Geñ. 2. imisit deus soporē in adā cūq3 ob/
dormiuisset tulit vnā de costis eius z reple
uit carnē pro ea: z edificauit dñs deus costaz quā tulerat
de adam in mulierem.

Ad q̄onē h3 mētez ppriā. **Respondeo** q corpus mulieris fuit factuz de
costa viri dormiētis: vt eniz mai°
esset vinculū amicitie: z fortius inter idiuidua humane
nature: voluit deus vt esset vnū indiuiduu3 nāe huma/
ne radix oium alioz eiusdē nāe. Et q2 vir pp nobilitate3
virilis cōplexionis: z q2 naturalr perspicaciorē h3 rōnis
vsu3: d3 esse mulieris caput z rector: idō magis decuit pri
ma3 mulierē sūmi de pmo viro q̄z ecōuerso. Et q2 vir z
mulier quātū ad thoz siue quātū ad ɔiugalē actum: ad
paria obligant cū dicat Aplš. 1. Cori. 7. q mulier sui cor
poris non h3 potestatē: sed vir: silr aūt z vir sui corporis
Q̄r ħ co potātē nō h3: sed mulier. Ideo nō est facta de parte supio
sta z n̄ de ri hois tāq3 dña: nec de pte inferiori: tāq3 ancilla: sed de
capite n̄ parte media. s. de costa: que est in latere: tāq3 eq̄lis z socia
ħ pedib° quātū ad mutuā obligationē reddēdi debitū. Et q2 mu
facta est lier a viro recipit robur: q2 vir mulieris defensor est. Uir
mulier. aūt per mulierē emollit: ideo ad h signdū mulier facta ē
de parte viri dura. s. de osse: pro quo deus carnem substi/
tuit que mollis est. Et q2 in ɔiugio magnū est sacramen
tu3. s. vniōis aie cū deo z hūane nature dei verbo z vnio
nis eccl̄ie ipsi xpo. Dicēte apo. ad ephe. 5. Sacramētum
h magnum est. ego aūt dico in xpo z in eccl̄ia. Idō voluit
de° vt mulier fieret de costa viri soporati: vt in sopore il/
lo aptior eēt eius intellect° ad recipiendū hui° sacramēti
reuelationē. Intēsio enim sensuū in actib° suis diminuit
naturalr intensionē intellectualis virtutis. Unde adam
in illo sopore: h sacr3 intellexit: qd pat3: q2 vt hr Geñ. 2.
postq̄z adducta est mulier ad eū dixit. h nūc os ex ossib°
meis z caro de carne mea: h vocabit virago: q̄m de viro
sūpta est: q̄obrē relinq̄t hō prem suū z matrē z adhere/
bit vxori sue: z erūt duo in carne vna. ¶ Ad h etiā est rō
allegorica. q2 eniz vir represētat xpm z mulier ecclesiaz
z ɔiugiū viri z mulieris despōsationem ecclesie a christo
que desponsatio est per merituz passionis domini nostri
iesu christi: cuius morte3 in cruce repñsentabat sopor ipsi°
ade: eo q mors iesu christi ordinabatur ad festinā resur/
rectionē: ideo pter hoc mysteriu3 decuit vt mulier su/
meretur de viro soporato: z quia latus corporis xpi aper
tum fuit in cruce: z de ei° apertura emanauerūt sanguis
z aqua per que duo figrata fuerunt duo sacramēta: scil3 ba
ptismus z penitētia: z ex consequēti alia: virtutem z effi
cacia3 habere per merituz passionis iesu christi: per quo/
rum sacramentorum virtutem ecclesia iungitur christo.
Ideo decuit, vt mulier: que viro fiebat in coniugium de
parte virilis lateris sumeretur.

Ad primum in oppositū dōm: q illud verbū Ad p^m
intelligitur de viro z muliere ra
tione partis nobilioris: que est anima: nō ratione corpo/
ris. ¶ Ad scdm cum dicitur q corpus viri est perfecti° Ad 2^m
q̄z corpus mulieris zc. Dico q verum est. Sed costa vi/
ri de qua factū fuit corpus mulieris nō erat: ita perfectū
sicut corpus mulieris: qd de illa factu3 est. ¶ Ad tertiū Ad 3^m
dōm q illa costa z si nō esset necessaria ipsi ade ratiōe in/
diuidui: erat tamē sibi necessaria ratiōe speciei: nō tamē
sic intelligendū quin deus potuisset fecisse corpus mulie
ris de nihilo vel de alia materia si voluisset. Sed fm illā
similitudinē qua dicimus q semen nō est necessariū in/
diuiduo propter se: sed propter specie3. ¶ Ad quartū cū Ad 4^m
dicitur q quicquid fuit de eēntia corporis ade resurget
in ipso zc. Dico q vez est loquendo de h qd fuit de eius In eua
essentia necessariū idiuiduo: nō aūt ad h qd fuit de eius resurget
essentia nō pter necessitate3 indiuidui: sed speciei tātū. mā coste
Unde dico q materia illius coste non resurget in adam ade ex q̄
sed in eua. ¶ Ad quintū dicēdū: q ille somnus non fuit creata fu
in ada3 propter fatigationē virtutū animaliū: Sed pro/ it eua.
pter intensione3 intellectualis virtutis: z ideo magis p/ Ad 5^m
prie dicit fuisse sopor q̄z somnus: nec fuit iste sopor in eo Differt
totaliter per viam nature. Sed h intentio intellectualis sopor a sō
virtutis fuit principaliter deo supernaturaliter operāte no.
qd notat scriptura Geñ. 2. dicens imisit dñs deus soporē
in adam. ¶ Ad sextu3 dicendū fm quosdam q corpus Ad 6^m et
mulieris fuit factu3 de illa costa supernaturaliter multi/ vltimo-
plicata diuina virtute sine aliqua additione alterius ma de.
terie. ¶ Alij dicunt q fuit superaddita materia vel pre/
iacens: vel de nouo creata: nec tamen magis debuit dici
corpus mulieris factum de illa materia q̄z de costa: quia
nō fuit factum de illa materia nisi costa mediante: scilic3
facta prius transmutatiōe illius materie in costā. ¶ Uel
potest dici vt volunt aliqui q sicut videmus ad haben/
dam perfectam hominis quantitate3 plus superaddi de
materia q̄z fuerit in semine: z tamen magis dicimus cor
pus perfectu3 esse ex semine q̄z ex illa materia superad-
dita: eo q illa portio corporis que facta est ex semine: est
aliquid radicalius in corpore: q̄z illud quod in eo fem ē
ex materia superaddita. Ita aliquo modo potest dici a si/
mili: quāuis nō penitus sit simile: q illa portio que fuit
facta in corpore mulieris de costa ade: fuit aliquid radi/
calius in muliere: q̄z illud quod fuit factum in eius cor/
pore de materia superaddita. Et idō magis debuit dici fa
ctū de costa q̄z de mā supaddita. ¶ Sed hec secūda solu
tio aliquibus non placet: quia non videtur ratio: qua/
re portio facta de materia ab eo creata minus esset radi/
calis in corpore mulieris q̄z portio facta de costa.

¶ Questio. II.

Secundo queritur vtrum ra Q̄ō. ii.
tio semina/
lis sit aliquid transmutabile in quālibet formā Ar. p°
educibilem per naturam de potentia materie.
Et videtur q sic phus. 16. de animalibus. vult q prius
ordine nature sit animal: q̄z homo: ergo forma speciei est
in materia mediante forma generis. Sed illud median/
te quo introducitur in materia forma speciei est ratio se/
minalis vt videtur. Cum ergo forma generis videatur
quid indifferens ad quamlibet formam naturalem sub
illo genere contentā. Uidetur q ratio seminalis sit ali/
quid indifferens ad quālibet formam generabilem z cor
ruptibilem. ¶ Item fm Porphyriu3 genus habet om Secūdo
nes differentias potestate: actu vero nullam. Cum ergo Cap. de
differentia adueniens generi constituat speciem. Uide- diff.
tur q forma speciei sit in potestate in forma generis: vi/
detur ratio seminalis forme speciei: z ex consequenti vi/
detur q ratio seminalis sit quid indifferens ad quālib3
formam educibilem per naturam de potentia materie.

¶ Item

Tertio. ¶ Item intentiones logicales cum nõ sint vane aliquã correspondentiaʒ habent in rebus. Cum ergo corpus logicaliter vel vniuersaliter consideratum intelligatur: vt quedam intentio seminalis omniuʒ corporum considerato rum sub specificis intentionibus. Videtur similiter ꝙ in re sit aliqua corporalis forma: que sit ratio seminalis omniuʒ aliarũ formarũ corporalium educibiliuʒ per naturam de potentia materie.

In opp^m **Contra** Aug. 9. sup Geñ. v̾sus finẽ loquens de rõnibus seminalib^s dicit: qd vnũqdq3 valeat vel nõ valeat: qd de quo fieri possit vel nõ possit: ex his velut ꝑmordijs corporũ: oĩa que gignunť suo tpe exortus ꝓcessusq3 sumũt finesq3 ꝛ decessiones sui cuiusq3 generis: vñ fit vt vel de grano tritici non nascatur faba vel de faba triticũ: ergo vr̃ ꝙ diuerse sunt rõnes seminales respiciẽtes diuersas spẽs. ¶ Item si rõ seminalis esset aliquid trãsmutabile in qualʒ formã educibilem de potẽtia mãe oĩuʒ formaꝝ educibiliũ de potẽtia mãe: nõ esset nisi vna rõ seminalis qđ falsuʒ est ꝫm sanctos frequẽter loquẽtes de rõnibus seminalib^s in plurali.

Ad qõnẽ ꝫ mẽteʒ ꝓpriã. Rõ seminal' pt accipi dupliciter. p^s mod^s. **Respondeo** ꝙ rõ seminalis põt accipi ꝓprie ꝛ cõiter. ¶ Primo mõ est q̃dã actiua in semie ꝯnãlis eidẽ per quã mã seminis determinatʒ respicit spẽʒ ꝛ trãsmutať nãlr: ꝛ p se ad formã que reponiť in illa spẽ. ¶ Qꝫ aũt sit vis actiua in mã vr̃ Augu. 5. lib. sup Geñ. v̾sus finẽ vbi loquẽs de cuiuslibet arboris pulchritudine quãtuʒ ad robur ramos frondes ꝛ poma dicit ꝙ in semina illa oĩa fuerũt ꝑmitus nõ mole corporee magnitudinis: sed vi potẽti atq3 cãli: nõ est aũt ꝯueniens ꝙ vis pure passiua sic nomineť. Qꝫ ẽt sit vis nãlis: testať Aug. 3. li. sup Geñ. inter mediũ ꝛ finem vbi loquẽs de talib^s que gignũtur de corporib^s aĩalium mortuoꝝ dicit ꝙ hoc est: qꝛ in corporib^s animãtiũ est q̃dã vis nãlis: ꝛ quasi ꝑseminata mã: ꝛ quodãmõ intitata ꝑmordia illorũ aĩaliuʒ: que de corruptionib^s corpoꝝ mortuoꝝ oriuntur. Qꝫ etiã p eã mã respiciat determinatã spẽm: pʒ per Aug. 9. sup Geñ. v̾sus finẽ. vbi vult ꝙ per rõnẽ seminaleʒ ex grano tritici ꝓduciť triticũ ꝛ nõ faba: ꝛ ꝙ ex faba nõ ꝓduciť triticũ sed faba. Qꝫ ẽt per eã mã trãsmutetur ad formã satis pʒ ꝛ maxime in semie aĩaliũ que gñantur per ꝓpagationẽ in quo est v̾tus a generãte transfusa: per quã mã disponiť ꝛ organizať. Ex dictis pʒ ꝙ rõ seminalis ꝓprie dicta nõ est aliqđ ꝑn^m purũ posse: qꝛ est vis actiua. Pʒ ẽt ꝙ si in semine fiat aliqua impressio extranea ꝛ ꝯnãlis per quã fit q̃nq3: vt semen degeneret: ita vt iterduʒ de grano tritici ꝓducať herba de qua oriť granũ nõ triticeũ: ꝙ talis ĩpressio nõ est ꝓprie dicta loquẽdo rõ seminalis grani triticei: qꝛ seminalis rõ est ꝯnãlis eidẽ. Pʒ etiã ꝙ nõ est nisi in viuẽtib^s aliq̃ vita: vel que vitã habuerunt: vel ex re viuẽte ꝓducta sunt: qꝛ de solis viuẽtibus dĩ Geñ. ꝑmo. ꝙ hñt in se semẽtẽ generis sui: ꝛ rõ seminalis ꝓprie loquẽdo nõ est nisi in semie. Pʒ ẽt ꝙ nõ est qd indifferẽs ad qualʒ formã educibilẽ per nãm de potẽtia materie: qꝛ vt dictũ est: mã per seipsaʒ respicit determiatã spẽm. Patʒ ẽt ꝙ nõ est trãsmutabile in formã itroducendã in mã seminis: qꝛ ex quo est vis actiua est aliq̃ forma in actu: ꝛ vna forma in actu: siue sbalis siue accidẽtalis nõ transmutať nãliter in aliã. Nec põt dici ꝙ sit tota essentia forme sub esse incõpleto vel aliqua portio ei^s in actu icõpleto: q̃ introducẽda est in mã seminis: qꝛ q̃uis possibilitas ad illã formaʒ sit ꝯnãlis mãe seis: tñ dici nõ põt: ꝙ dũ est sub forma seminis alia forma introducẽda vel aliqua eius portio cõnaturalis sit eidẽ. Patʒ etiaʒ ꝙ rõ seminalis nõ est forma sbalis ipsi^s seminis: qꝛ materia per suã substãtialẽ formã nõ trãsmutať ad formã aliã nãliter p se: qꝛ nulla forma naturalr̃ per se agit ad sui ipsius corruptionẽ in materia: materia aũt seis transmutať per rõnẽ seminalẽ naturalr̃ per se ad formã aliã: q̃ꝫ sit seminis forma. Restat ergo ꝙ rõ seminalis ꝓprie dicta est q̃dam vis actiua cãta in semine a generãte vl' a cãnte alia a forma substãtiali ipsius seminis que iuuat ad ꝯseruandũ in materia formã illã ad quã determinauit materiã ꝛ transmutauit. Vñ pħs. 16. de aĩalib^s loquẽs de virtute iformatiua mẽbroꝝ: quã dicit eẽ in ẽbryone. Dicit ꝙ sermo dicentis ꝙ illud qđ opať corrũpiť: postq̃ꝫ fecerit oĩa membra: falsus est. Nec est intelligẽdũ ꝙ illa virtus sit sicut in subiecto in mã semis q̃ꝫ transmutat: qꝛ nulla virt^s nãlis exñs in materia mediãte substãtiali forma: ita ꝙ sit ꝯnaturalis ipsi ꝯposito agit per se ad corruptioneʒ illi^s forme. Sed est illa virt^s sicut in subiecto in spũ corporeo iclusõ in semine: vñ si ꝯtingeret ꝙ spũs corrũperet in semie nõ remaneret in semine rõ seminalis: qua materia naturalr̃ trãsmutareť ad determinatã formã. 2^s mod^s. Si aũt accipiať cõiter: sic põt dici nõ tñ de vt ꝑdicta: sed etiaʒ de ꝑn^o pure possibili trãsmutabili in formã educibileʒ per naturã de potẽtia materie: ꝛ sic in materia vni^s elñti est rõ seminalis ad formã alteri^s elñti: ꝛ in elñtis ad ea q̃ naturalr̃ gñanť ex elñtis: ꝛ ꝫ hũc sensuʒ: q̃nq3 Aug. loqť de rõne seminali. Alio mõ Cõiter etiã loquẽdo põt accipi pro influentia recepta in materia vni^s elemẽti ab alio: ꝛ ꝓ q̃dã possibilitate obediẽtie que est in materia ad ꝺ vt de^s faciat de ea qcqd voluerit. Et sic vr̃ loq Aug. de rõne seminali longe post ꝑn^m sexti lib. sup Geñ. vbi dicit ꝙ adã ꝛ eua facti fuerunt ꝫm potẽtiã p verbũ dei tãq̃ꝫ seminalr̃ mũdo inditã: cũ creauit oĩa siľ. Ex dict' pʒ ꝙ rõ seialis ꝓpe dicta nõ est aliqd trãsmutabile in q̃lʒ formã educibilẽ p nãʒ de po^a mãe.

Ad p^m **Ad primum** in oppositũ cũ dr̃: qđ illud mediãte quo introduciť in materia for^a spẽi est rõ seialis ꝛc̃. Dico ꝙ veꝝ est: si illud sit ꝑn^m actiuuʒ ꝛ ꝯnaturale p qđ materia respiciat determiatã spẽm ꝛ naturalr̃ trãsmuteť ad formã: nõ oĩs aũt he cõditiões ꝯueniũt in forma gñis. ¶ Ad 2^m dõʒ: ꝙ gen^s nõ hʒ oẽs dñas in ptãte actiua. Sed i potẽtate passiua: inq̃ꝫtũ gen^s dicit qd ꝯtibile p diuersas dñas ope rõnis: qꝛ in reꝝ natura: illa forma q̃ dr̃ forma idiuidui gñis ad determinatã spẽʒ ordinať: nulla enĩʒ forma realr̃ cõis est in reb^s diuersaꝝ spẽꝝ. ¶ Ad 3^m dõʒ: ꝙ q̃uis intẽtiones logicales habeãt aliquã correspõdẽtiã in reb^s: nõ tñ opʒ ꝙ ita iueniatur in re: sicut inueniť in intẽtionib^s logicalib^s: qđ pʒ: qꝛ q̃libet res: ꝫm suũ esse reale vna numero est. In intentionibus autẽ logicalibus inuenitur vnitas que nõ est vnitas ꝫm numerum: sed ꝫm genus vel spẽm: pro tanto ergo dicuntur habere correspõdentiam in rebus: quia res intellecte sub illis intentionibus saluantur in rebus eẽ q̃uis nõ sub illo modo. Unde nõ opʒ ꝙ si corpus logicaliter cõsideratũ sit quid indifferẽs ad specialia corpora ꝙ propter hoc in re inueniatur cõsimilis indifferentia. ¶ Potest etiaʒ dici ꝙ q̃uis corpus intellectiuuʒ in generali itelligatur: vt indifferẽs ad omnia corpora specifica: nõ tamẽ propter hoc potest dici ratio seminalis eorum: quia ratio seminalis est vis actiua: corpus autẽʒ sic intellectuʒ in generali: nõ intelligitur vt potens se contrahere ad diuersas species. Sed vt possibile contrahi opere rationis.

Ad 2^m Gen^s oẽs dñas in ptãte passiua hʒ: ñ ãt actiua. Ad 3^m Vide ꝺ ꝺ scdis itẽtionib^s.

¶ Questio. III. Q̃ꝫ. III.

Ar. p^o **Tertio queritur** vtrum corpus mulieris fuerit productum de costa viri ꝫm rationem seminalem. Et videtur ꝙ sic. Quia vult Augu. 6. sup Geñ. longe post principium ꝙ cum deus creauit omnia simul corpus ade ꝛ eue fuerunt facta ꝫm potentiam per verbum dei tanq̃ꝫ seminaliter mundo inditam: ergo videtur ꝙ corpus eius fuerit productũ de costa illa ꝫm rationem seminalẽ. ¶ Item corpus eue fuit factum de costa illa ꝫm aliquaʒ rationem causalem. Sed idem videtur ratio causalis qđ ratio seminalis: ergo fuit factum de costa ꝫm rationeʒ seminalem. Secũdo.

In opm **Contra** Hugo pmo lib. d sacra.par.6.c.36.loquēs de factione corporis mulieris de costa Ade dicit h esse factuz eo miraculo: quo postea de.5.panib' in manibus iesu celesti benedictione multiplicatis quinqz sunt hominū milia satiata. Et h idez recitat magr in lra. Sed talis factio nō est fz seminalē rationē: ergo corpus mulieris nō fuit factū de costa ade fm seminalez rōnem.
Secūdo. ¶ Itez oia indiuidua eiusdem spēi nāli pductione eodem modo pducunt. Sed indiuidua humane spēi que pducunt nāliter fiunt ex semine: ergo cū corp' eue factū fuerit de costa & nō ex semie: nō fuit eius pductio nālis. Sed ois pductio q est fz rōnē seminalē est nālis: g corp' eue nō fuit factū de costa fz rōnē seminalem.

Ad qōnē fz mētez ppriā. **Respondeo** solet assignari dīa iter rōes pmordiales & causales & nāles & seminales. Qz rōnes pmordiales sunt rōes creaturaz factiue in deo existētes. Cāles aūt rōes siue qdā possibilitates obediētie in creaturis per quas creator facit de creaturis qcqd voluerit: & sic accipit Aug. rōnē cālez.6.sup Gen. qsi inter pnm & mediū cū dicit q corp' viri & mulieris facta fuerūt cāliter. l. qn pmo facta sunt inuisibiliter cū de' creauit oia sil. ¶ Rōnes aūt nāles dnr qdā virtutes actiue nāles existentes extra rē. Unde pōt dici ignis fieri ex aq fz rōnē naturalē: qz de aqua fit ignis per vtutē ignis nāliter operātē: q tn virt' nō est virt' intrinseca aq. ¶ Rōnes aūt seminales sunt qdā vires actiue in seminib' znāles eisdē per quas semia determinatas spēs respiciūt: & p quas māe seminū trāsmutant naturalr ad formas: qnqz tn vnum ponit p altero. Cum ergo in costa nulla fuerit vis actiua znālis coste: per quā nālr de costa formatum fuerit corp' mulieris: nec ēt p aliquā vim actiuā nālez & extrinsecā ipsi coste: corp' mulieris factū fuerit de ea. Sequit q corp' nō fuit pductū de costa ade fm rōnē seminalez pprie, dictā: nec fm rōnē nālē: fuit tn a deo pductuz de costa fm rōnē cālez & pmordialem.

Ad pm **Ad primum** in oppositu dōm: q potētiā seminaliter mūdo inditā. Aug. ibi
Ad 2m vocat rōnē cālez put est quedā possibilitas obediētie in creatura p quā de' facit de ipsa: qcqd voluerit. ¶ Ad 2m dōm q nō est idē rō cālis: qd rō seminalis: fm qd in corpore questionis visum est.

Consequenter queritur d. scdo pncipali. & circa hoc querūtur tria. ¶ Primo vtz ipsi' ade & eue fuerit aia nūero vna q querit de oibus hominib'. ¶ Secūdo vtz aia eue fuerit facta de aia ade Et vtz aie filioz fiant per generationē de aiab' patruz. ¶ Tertio vtruz anima ade & eue & oēs alie anime simul
Qō.I. fuerunt create. Qō. I.

Ar.p° T.c.11. **Primo ostendo** q oiuz hoium sit aia vna nūero pho.3.meta. vult q ois diuisio: aut est fz qtitatē aut fz spēz: numeratio aūt includit diuisionē. Cū ergo in aia nō sit quātitas nec diuersitas fm
Secūdo spēm videt q oium hominū sit aia vna nūero. ¶ Item magis videnť differre et zriari mēbra eiusdē corporis: qz diuersa corpora inter se. Cū ergo aia vna sit perfectio mē
Tertio. broz zrioz in codez corpore: vr silr q possit esse pfectio pluriū corpoz. ¶ Itē qd multiplicat ad alterius multiplicationē videt ab eo depēdere. Sed aie nō depēdent a
Quarto. corporib': ergo nō opz q fz multiplicationē corpoz humanoz sit multiplicatio animaz. ¶ Itē nālis operatio aie est regere corpus. Sed nulla res est sine sua nāli operatione: ergo nō ē aia que nō regat corp': qd nō esset verū nisi omniū corpoz humanoz esset anima numero vna.

In opm **Contra** Auic.6.naturaliū.lib.5.cap.3. dicit q cum fuerit duo corpora acquirerent eis due aie & paucis interpositis: postea subdit q vnā animā in numero esse in duob' corporib': h per se pz eē falsuz. ¶ Itē
A.I. ipoē est sil opposita eidē inee. impoē eē opposita sil inesse eidē. Sz ab intellectu vnius hominis scitur aliqd qd intellect' alterius hois ignorat ergo illoz nō est intellectus numero vnus.

Ad qōnē fm mētē ppiā. **Respondeo** q pluriū hominū impoē est esse vnā animā in numero: sicut ostēdunt rōnes facte ad hāc ptē: & sic pz q ade & eue non fuit aia nūero vna. h aūt zclo seqt ex quadā zclone superi' declarata dist.17. que est q aia rōnalis est ipsius hois specifica forma. impoē entz est pluriū idiuiduoz esse formā specificā numero vnā. Cōdēnāda est ergo tāqz heretica opinio Auer. & sequentium eius ponētuz q omniuz hominuz est intellectus numero vnus.

Ad primum in oppositū dōm: q illa auctoritas phi intelligēda est de diuisiōe Ad pm
que fit per virtutez creatā: multiplicatio aūt animaz in eadē spē est per increatā virtutē. ¶ Ad 2m cum dr: q ma Ad 2m
gis videnť zriari mēbra eiusdē corporis q diuersa corpora inter se &c. Dico q oibus pēsatis nō est verum: qz oia mēbra corporis zstituūt vnū corp' zrinuū: vt in pcedēti dist. ostēsuz est. & inter ea est vnū pncipale mēbrū mediāte quo deriuat influētia aie ad oia alia mēbra qzuis oiuz mēbroz imediate sit per essentiā forma inquātū vnū corpus perfectibile ab ea cōstituūt. Duo aūt corpora humana nō zstituūt aliqd vnū zrinuū: nec est influētia anime
in vnū corp' humanū mediāte alio. ¶ Ad 3m cum dr: q Ad 3m
illud qd multiplicat ad alteri' multiplicationē: vr ab eo depēdere &c. Uez est si nō posset multiplicari sine alteri' multiplicatiōe: qzuis aūt deus nō multiplicaret animas nisi multiplicarent corpora humana tn si nunqz fuissent
corpora humana multe aie creari potuissent. ¶ Ad 4m Ad 4m
dōm q regere corp' nō est nālis opatio anime in actu nisi dū actu est corporis forma: in ipsa aūt sepata a corpe sūt
nāles actiōes. s. nālis cognitio & nāle velle. Qō. II. Qō.II.

Ar.p° **Secundo** querit vtz aia eue fuerit fcā de aia ade: & vtz aie filioz fiant per generationē de aiabus patrū. Et vr q sic. Gen.46. di q oēs anie que egresse sunt de femore Iacob absqz vxorib' filioz & ingresse sunt cū Ia
cob in egyptū fuerūt.76. ergo videt q aie filioz sunt de A.I.66.
animab' parentū: & a simili vr q aia eue de anima ade.
¶ Itē fm phm.2. de aia. tūc vnūqdqz perfectum est qd Secūda.
eū pōt facere tale alterū quale ipsuz est: ergo cū anima sit T.c.34.
res pfecta vr q vna aia aliā aiaz pducere pōt. ¶ Item Tertio.
pho.2.phy. hō generat hoiez ex mā & sol. Cū ergo aia sit T.c.26.
nobilior ps hois: vr q pr generet filij animā. Aliter ma
gis posset dici nō generare hoiez qz gñare vt vr. ¶ Itez Quarta.
perfectior est virtus gñatiua in hoie qz in aialib' brutis: Sed per virtutē gñatiuā bruti pducit zplementū fetus ipsi': ergo multo forti' p vtutē generatiuā ipsi' pris pdu
cit zplemētū filij sui: qd est aia intellectiua. ¶ Itē Aug. Quinta.
10. sup Gen. nō multuz añ finē postqz dubie l; curius est de hac qōne arguēdo p & cōtra sic dicit. his igit quantū potuim' p tpe ptractatis oia paria vl pene paria ex vtroqz latere rōnū testimonioz qz momēta pnūciarē nisi eorū snia qui animas ex parētib' creari putāt: de baptismo paruuloz ppōderāt: ergo vr magis estimasse aiam rōnalem esse a generāte: quā q non.

Contra pho.16. de animalib' intellect' tm intrat ab extrīseco: nō ergo est a generāte. ¶ Itez si In opm
aia plis essz a parēte per gnōnē trāsfunderet cū sēie. Cū ergo multa semina pereāt multe anime rōnales corrūperentur: aut essent multe: que nūqz facerent pfectiōes corporuz humanoz: quoz vtrūqz falsum est. ¶ Item Aui.
6. nāliū. li.5. ca.3. dicit: q oium partiū corporis debilitan Mēbra
tur vtutes in fine etatis iuuentutis qd fit circiter.40. ānū debilitāt i
Dicit etiā ibidē q virt' appehēdēs intelligibilia plerū fine iuuē
qz nō corroborat nisi vltra hāc etatē: vn si esset de virtu tutis.
tibus

lib⁹corporib⁹deberet tūc debilitari. Cū ergo ibi Auic. vocet virtutes corporales illas virtutes que sunt a generante seqtur q aia plus nō generat a parēte.

Ideo quibusdam videtur quod et Adam abierit esse sicut deus non tamen credidit id fieri posse: et ideo falsum esse quod diabolus pmittebat cognouit. Et licet diuinitatis equalitatem zcupierit: non tamen adeo exarsit: nec tanta est affect⁹ ambitione sicut mulier que illud fieri posse putauit: et ideo magis illud ambiendo supbiuit. Virum ait aliqua forte ambitionis subreptio mouit: sed non ita vt illud verum vel possibile fore putaret. Alijs ait videtur ideo dictum esse quod Adam illud voluerit: quia mulier de eo sumpta illud voluit: sicut inquiunt. Peccatum dicitur per vnum hoiem intrasse in mundum: idest in humanam naturam: cum tamen mulier ante virum peccauerit: quia per mulierem intrauerit de viro factam. Vel potius ideo per hominem dicitur intrasse: quia etiam peccante muliere si vir non peccasset: humanum genus minime peccatis corruptum periret. Minus ergo peccauit vir quam mulier.

Aliorum sententia quod ppterea de viro scriptum id dictum putant.

¶ Obiectio contra id quod dictum est virum min⁹ peccasse.

His autem opponi solet hoc modo. Tribus modis: vt Isidorus ait: peccatum genitur. s. ignorantia infirmitate: industria. Et grau⁹ est infirmitate peccare quam ignorantia grauiusque industria quam infirmitate. Eua autem videtur ex ignorantia peccasse: quia seducta fuit. Adam vero ex industria: quia non fuit seductus vt apostolus ait. Ad quod dicimus quia licet Eua in hoc per ignorantiam deliquerit quod putauit verum esse quod diabolus suadebat: non tamen in hoc quin nouerit illud dei esse mandatum: et peccatum esse contra agere. Et ideo excusari a peccato per ignorantiam non potuit.

¶ Quod ignorantia alia excusat: alia non.

Est enim ignorantia que excusat peccantem: et est ignorantia tamis que non excusat. Est autem ignorantia vincibilis: et ignorantia inuincibilis. Excusatio omnis tollitur: vbi mandatum non ignoratur.

¶ De triplici ignorantia que excusat et que non.

Est autem ignorantia triplex: et eorum scilicet qui scire nolunt cum possint que non excusat: quia et ipsa peccatum est. Et eorum qui volunt: sed non possunt: que excusat: et est pena peccati non peccatum. Et eorum qui quasi simpliciter nesciunt non renuentes vel pponentes scire: que neminem plene excusat: sed sic fortasse vt minus puniatur. Vnde Augustinus ad Valentinum. Eis aufertur excusatio qui mandata dei nouerunt quam solent habere hoies de ignorantia. Et licet grauius sit peccare scienter quam nescienter: non ideo tamen fugiendum est ad ignorantie tenebras: vt in eis quisque excusationem requirat. Aliud est enim nescisse: aliud scire noluisse: quia in eis qui intelligere noluerunt: ipsa ignorantia peccatum est: in eis vero qui non potuerunt pena peccati. Ignorantia vero que non est eorum qui scire nolunt: sed qui tanquam simpliciter nesciunt: nullum sic excusat vt eterno igne non ardeat: sed fortasse vt minus ardeat. Non igitur mulier excusationem habuit de ignorantia cum et mandatum nouerit: et peccatum esse secus agere non ignorauerit.

Vbi non sit excusatio.

¶ Vnde processerit consensus illius peccati cum natura hominis esset incorrupta.

Solet etiam queri cum sine vitio esset natura hominis vnde consensus mali pcesserit. Ad quod respondetur potest quia ex libero arbitrio proprie voluntatis fuit. In ipso enim et in alio causa extitit vt fieret deterior. In alio quia in diabolo qui suasit: in ipso quia voluntate liberi arbitrij consensit: et cum liberum arbitrium sit bonum: ex re vtique bona malus ille consensus prouenit: et ita ex bono malum manauit. De hoc autem in sequenti plenius tractabimus cum origo mali et in qua recoalescat inuestigabitur.

¶ An voluntas precesserit illud peccatum.

Si vero queritur vtrum voluntas illud peccatum precesserit. Dicimus quia peccatum illud et in volutate et in actu consistit: et voluntas actum precessit: sed ipsam voluntatem alia hominis voluntas mala non precessit: atque ex diaboli persuasione et hominis arbitrio illa voluntas mala prodijt: qua iustitiam deseruit et iniquitatem incohauit: et ipsa voluntas iniqtas fuit. Dist. XXII.

Dic. xxij.



Hic videtur diligenter esse inuestigandum. Super⁹ determinauit magister de temptatione primorum parentum: ex parte temptatio. ¶ In ista parte determinat de eorundem temptatione: ex parte temptati: et diuidi

tur in partes duas. ¶ Primo determinat magister de origine illius trāsgressiōis. ¶ Secūdo inquirit cāz illi⁹ originis.ibi.[Solet etiā queri cuz fine vitio.] Prima in duas. ¶ Primo determinat cōiter de origine peccati in viro ꝛ muliere. ¶ Secūdo cōparat peccatuz vnius ad peccatuz alterius:in grauitate.ibi.[Ex quo manifeste.] Prima in duas. ¶ Primo ostēdit ꝙ in viro ꝛ muliere elatio fuit prima transgressionis origo. ¶ Secūdo inq̄rit quanta fuit illa elatio.ibi.[Et talis quidem.] Prima in duas. ¶ Primo ꝓcedit veritatē narrādo. ¶ Secundo ad cōtrariuz opponēdo.ibi.[Q3 si ita fuit.] Pars illa que incipit.[Et talis.] In qua inquirit quanta fuit illa elatio. Diuiditur in duas. ¶ Primo inquirit quāta fuit in muliere. ¶ Secūdo quāta fuit in viro.ibi.[Solet q̄ri vtruz illa elatio.] Illa ps que incipit ibi.[Ex quo manifeste.] In qua cōparat peccatuz vnius ad peccatum alterius in grauitate diuiditur in duas. ¶ Primo ostēdit ꝙ mulier grauius peccauit. ¶ Secūdo in cōtrariuz opponit ꝛ soluit .ibi.[Sed huic videtur cōtrariuz.] Et ista diuiditur in tres. ¶ In prima opponit ex parte appetitus. ¶ In secunda ex parte appetibilis. ibi.[Verūtñ.] ¶ In tertia ex parte intellectus.ibi.[Dis autē solet opponi.] Et ista in tres. ¶ Primo ponit oppōnez. ¶ Secundo responsionē.ibi.[Ad qḋ dicimus.] ¶ Tertio vtilē de ignorātia distictionē.ibi.[Est āt ignorātia triplex.]

Circa hanc disti.querūtur duo pn̄cipaliter. ¶ Primo q̄ritur de peccato primorū parentū quantū ad inordinationez affectus. ¶ Secūdo per comparatione ad ignorantiā intellectus. ¶ Circa primuz q̄runtur quatuor. ¶ Primo vtruz primū peccatum mulieris fuerit superbia. ¶ Secūdo vtrū illud idē qḋ mulier appetijt vir appetierit. ¶ Tertio vtruz mulier grauius q̄ vir peccauerit. ¶ Quarto vtruz si vir non⁹ peccasset traxisset per peccatuz mulieris in genus humanū penalitas corruptionis.

Qō.i. Qō. I.

Ar.p° Primo ostendo ꝙ primuz peccatū mulieris:non fuit superbia: q2 per primū peccatū primi parētes nudati fuerunt iustitia origīali:sed per iobediētiā nudati fuerunt illa iustitia:q2 dicit ād adā dñs Gen̄.3.quis indicauit tibi:qḋ nudus esses nisi qḋ ex ligno de quo tibi precepe ram:qḋ nō comederes comedisti:ergo videtur ꝙ primuz peccatū ade fuit inobediētia nō superbia:ergo a simili ꝛ primū peccatū eue.

Secūdo. ¶ Item Gen̄.3.vidit mulier ꝙ bonuz esset lignū ad vescendū ꝛ pulchruz oculis aspectuq3 delectabile:ꝛ tulit de fructu illius ꝛ comedit: ğ videtur ꝙ primū peccatū eue fuerit gula:nō ergo superbia.

Tertio. ¶ Itez sicut legitur Matth.4. Diabolus primo tēptauit xp̄m de gula dicēs ei:si filius dei es:dic vt lapides isti panes fiant:sed eo ordine videtur tēptasse ꝓmos parentes:quo xp̄m tēptauit:ergo videtur ꝙ primū peccatuz eoꝝ fuerit gula nō superbia.

Quarto. ¶ Itez.1.ad Thi.vltio. Radix omniuz malorū est cupiditas:sed primū peccatū primorū parentū:fuit radix omniū malorū:ergo fuit cupiditas non superbia.

In opp̄m Contra Eccl.10.initiuz omnis peccati est superbia Sed ſm ꝙ dicitur Eccl.25.A muliere initiuz factuz est peccati:ergo primū eius peccatū fuit superbia.

Secūdo. ¶ Itez Aug.xi.super Gen̄.lōge vltra mediū.Quomodo crederet mulier a bona atq3 vtili re diuinit⁹ se fuisse ꝓhibitos:nisi iaz inesset mentis amor ille ꝓprie potestatis:ꝛ quedā de se superba presumptio:ergo videtur ꝙ primū ei⁹ peccatū fuit superbia.

Ad q̄ōnē ſ3 mētez ppriaz. Respódeo ꝙ primū peccatū mulieris fuit superbia quā imediate sciēdi curiositas ē [illegible]quibusdā comprehendit sub generali aua[illegible]r h inordinatū appetituz eius ligni vetiti secuta est gula:ꝛ in comestione spālis inobedientia: ꝓbabile enim videtur ꝙ ſm ordinē temptationis de peccato in peccatuz fuit lapsa. In tēptatione enim primo exp̄ssa est ꝓmissio excellētie:cum dicitur eritis sicut dij. Inordinatus autez appetitus excellētie fuit superbia. Secundo ꝓmissio sciētie cuz dicit sciētes bonū ꝛ malū. Inordinatus autē appetitus scientie est curiositas noxia. ¶ Tertio exprimit scriptura aspectū ligni vetiti:cū dicit vidit ergo mulier qḋ esset bonuz lignū ad vescenduz. In quo datur etiā itelligi imoderatus appetitus cibi:q est gula. ¶ 4° exp̄mit ipsaz comestionē:cuz dic ꝛ tulit de fructu ei⁹ ꝛ comedit in quo ꝯsumata ē mulieris inobediētia. Ordo tēptationis Eue.

Ad primum in oppositum dōm ꝙ q̄uis per superbiaz primi parētes nudati fuerūt originali iustitia:tamē forte h ꝓmo cognouerunt: quādo p esum ligni vetiti maculati fuerūt iobediētia:q2 vt dicit Aug 14.de ci.c.27.vt pena reciproca inobediētia plecteretur extitit in motu corporis quedā impudēs nouitas:que vt dicit Aug.in eodē cap.paruz ante ṽbuz predictū:ante illā inobedientiā in eis non extiterat:ꝛ iō per motum illū cognoscere potuerūt se originali iustitia nudatos:ꝛ se esse nudos corpore erubuerunt. Ad p̄m

¶ Scḋz argumētū nō plus cōcludit nisi ꝙ mulier peccauit peccato gule:ꝛ hoc est verum:q̄uis a gula nō inceperit sua trāsgressio. Ad 2m

¶ Ad tertiuz dōm ꝙ q̄uis diabolus primo ꝓposuerit xp̄o gule māz:tñ ad h intēdebat ip̄z iducere per ostentationez iactantie:que est quedā superbia. Ita diabolus primo allocutus est mulierem de materia gule dicēs. Cur precepit vobis deus ne comederetis de oī ligno paradisi:ꝛ tamē cogitauit se nō posse ad h iducere mulierē nisi p ꝓmissionē excellētie quā postea subiūxit. Ad 3m

¶ Ad 4m cū dī ꝙ radix oīuz maloꝝ ē cupiditas ꝛc̄.pōt dici ꝙ ibi cupiditas accipit̃ p iordiato amore cuiuscūq3 rei:ꝛ sic sub cupiditate ꝯp̄hēdit̃ sup̄bia Ul̃ si accipiat̃ cupiditas respectu diuitiarū tēporaliū que est auaritia proprie dicta h referēduz est ad illos q volūt diuites fieri:de q̄bus ap̄ls paꝝ ante locutus est:ꝛ per hoc qḋ dicitur oīum maloruz:nō fit distributio pro singulis generum sed pro generibus singuloꝝ:vnde Glof.ibidē.nō est genus mali:qḋ nō ex cupiditate quādoq3 ꝓueniat:q2 est radix omniuz malorum. Nota ꝙ h dicitur his qui volunt esse diuites:ꝛ non sunt. Ad 4m

Qō. II. Qō.ij°

Ar.p° Secundo queritur vtruz illud idē qḋ mulier appetijt:vir appetierit. Et vi ꝙ sic. Glo.sup illud ad Phil.2.sup illud ṽbū. Nō rapinaz arbitrat⁹ est ꝛc̄.certissime sciuit se esse equalē deo patri nō faciens rapinā: idest nō vsurpando qḋ suū nō esset:vt diabolus fecit primus homo:ergo videtur ꝙ primus homo appetijt esse:sicut deus quēadmoduz ꝛ ipsa mulier.

Secūdo. ¶ Itē Glo.super illḋ ps.Q3 nō rapui:tunc exoluebā: rapuit adaz ꝛ eua presumens vt diabolus de diuinitate rapere voluerūt diuinitatem:ꝛ perdiderunt felicitatem:ergo videtur ꝙ vtriq3 eorū sibi appetijt dei similitudinē.

Tertio. ¶ Itē vir cuz esset dignior q̄ mulier maiorē occasionē habuit apperēdi excellentiā q̄ mulier:Si ergo mulier appetijt esse deus:multo forti⁹ videtur ꝙ vir appetierit illud idez.

In opp̄m Contra magister in lra mulier voluit vsurpare diuinitatis equalitatē. Adam vero nō illud credidit. Sed nō videtur ꝓbabile qḋ appetierit qḋ futuruz nō credebat:ergo videtur ꝙ nō appetijt illud idem qḋ mulier appetijt.

Secūdo. ¶ Itē ad Thi.2. Adam nō est seductus mulier autem seducta in preuaricatione fuit. Sed si adam appetiuisset esse:vt de⁹ quēadmoduz ꝛ mulier ita fuisset seduct⁹:sicut mulier: ğ vi ꝙ illud nō appetiuit.

Ad q̄ōnē ſ3 mētez ppriā. Respódeo ꝙ appetitui mulieris appetitus viri in aliquo fuit conformis ꝛ in aliquo difformis. Cōformes enim fuerūt mulier ꝛ vir in nimius

diligendo

diligendo propriam excellentiam iam habitam. Intantum enim eam dilexerunt intense: quod eā diuine excellentie preposuerunt: et hec fuit prima ipsorum superbia. Non enim est tantum superbia in appetendo excellentiam indebitam nondum habitam. Sed etiam in diligēdo nimis intense iam habitam: ex qua superbia mulier et vir iam obtenebrati in aliam prosilīere superbiam: scilz in appetendo excellentiam indebitam non habitam. Et in illo appetitu mulier et vir fuerunt difformes: fm aliquos dicentes ꝙ mulier appetiuit non dei equalitatem quia non est probabile quod maiorē excellentiam appetiuerunt: q̄ diabolus promiserat. Sed vt potest haberi ex littera Genes.3. Diabolus non dixerat eos habituros dei equalitatem: si de prohibito ligno comederent. Sed dei similitudinem. Hoc enim aduerbium sicut non est nota equalitatis: sed similitudinis. Aliter eniz non preciperetur homini diligere proximum sicut se ipsum. Uel sicut dicit Rabymoyses libro.3.capitulo quarto. Quilibet intelligens hebraicam linguam scit ꝙ hoc nomen heloym equiuocum est deo et angelis et iudicibus habentibus ducatum in villis. Unde fm eundem cum dixit diabolus eritis sicut heloym. Sensus est eritis sicut homines et excelsi. Appetiuit ergo vterqz aliquā dei similitudinem in excellentia eis simpliciter indebita vel saltez pro illo statu pro quo eam habere cupiebant. Unde forte mulier appetiuit pro illo statu animali non posse mori: et vniuersalem et plenariam potestatem in disponēdo et gubernando omnem corporalem creaturam propria virtute et forte vniuersalem notitiam boni et mali: quorum primum post suam translationem sine morte media habuissent: si stetissent. Sed alia duo nunquaz habuissent: neutrum tamen istorum trium credo virum appetiuisse: nō enim videtur probabile ꝙ vir tāta scientia preditus estimauerit: hoc possibile: nec ꝙ appetiuerit qđ possibile non estimabat. Cui videtur consentire Augusti. super Gen. xi. libro prope finez dicens dolo illo serpentino quo mulier seducta est nullo modo virum arbitror potuisse seduci: illo modo quo illa potuit. Sed fm eundem parū post virum propter aliquam mentis elationem: que deum internorum scrutatorem latere non poterat sollicitauit aliqua experiendi cupiditas cum mulierem videret acceptā illa esca non esse mortuam. Et per hoc cum amicitia mulieris quam noluit contristare in crimen inobedientie lapsus est comedendo de ligno vetito persuasus a muliere.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum dicendum ꝙ in illa Glo. per primum hominem potest intelligi ipsa mulier: quia de viro fuit sumpta: aut quia redarguitur vir propter peccatum mulieris: quia ipsam non compescuit cum caput eius esset. ¶ Uel potest dici ꝙ quāuis diabolus et primus homo conati fuerunt vsurpare quod suum non erat: non eandem tamen excellentiam indebitam appetiuerunt: quia Lucifer appetijt excellentiam ad quam factus erat statim obtinere propria virtute sine merito: quapropter Grego.24. moral. longe post medium dicit: ipsum appetiuisse: vt peccent ceteris: et nulli subesset: virum autem non credo in tantam insaniam prosilijsse: vt appeteret deo nō subesse: Ipsum tamen arbitror appetiuisse aliquam precellentiam indebitam propter quod dictus est vsurpasse qđ suum non erat.
Ad 2ᵐ ¶ Ad secundum dicendum ꝙ adam et eua dicti sunt rapere voluisse diuinitatem propter hoc ꝙ excellentiam propriam intensius dilexerunt q̄ diui-
Ad 3ᵐ nam: non quia appetiuerunt dei equalitatem. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ quamuis mulier appetiuerit aliquaz participationem diuine excellentie sibi non conuenientem: quapropter dicta est appetiuisse esse vt deus: tamen vir quamuis ea excellentior esset rem tam illicitam non appetiuit: quia per maiorem intelligentiam: qua hoc nō estimauit esse possibile ad hoc appetendo refrenatus est.

¶ Questio. III. Qō. nᵃ

Tertio queritur vtrum mulier grauius q̄ vir peccauerit. Et videtur ꝙ nō. Augustinus. xi. super Genesim. longe ante finem dicit ꝙ vir et mulier excusauerunt se impari sexu: sed fastu: ergo videtur etiam ꝙ equaliter peccauerint. Ar. pᵒ
¶ Item eodem genere peccati plus peccat prelatus q̄ subditus: sed vir est prelatus mulieris: ergo in comedendo de ligno vetito grauius peccauit vir q̄ mulier. Secūdo.
¶ Item Gregorius in quadam Homelia super illud verbuz Matthei vigesimoquinto. Homo quidam peregre proficiscens etc. Dicit ꝙ considerare admonemur: ne nos qui plus ceteris in hoc mundo aliquid accepisse cernimur ab actore mūdi grauius inde iudicemur. Sed adam maiora dona nature et gratie acceperat q̄ mulier: ergo videtur ꝙ in comedendo de ligno vetito grauius peccauit. Tertio.

Contra. a iusto iudice deo grauius punita fuit mulier q̄ vir: vt patet Genes tertio. Ergo videtur ꝙ grauius peccauerat. In opᵐ
¶ Item mulier se precipitauit in peccatum: et etiam virum suum: vir autem non precipitauit nisi se ipsum: ergo grauius peccauit mulier vt videtur. Secūdo.

Respondeo ꝙ omnibus pensatis credo ꝙ mulier grauius peccauit: quia maiori temptatione pulsata: et mota motiuo magis illicito: et ex intensiori appetitu comedit de ligno vetito: nō fuit pulsata nisi a diabolo. Adam vero a diabolo et a muliere: que ab ipso diabolo instigabatur et adiuuabatur ad viri subuersionem. Fortis autem est temptatio viro: que simul est a diabolo et a muliere affectuose dilecta. Mulier etiam mota fuit ad comedendum de ligno vetito: eo ꝙ per hoc intendebat consequi aliquam participationem diuine excellentie: hoc etiam aliquas conditiones: vel partes sublimitatis: que sibi non poterant conuenire. Uir autem ex quadam curiositate et amicabili affectione ad mulierem propter quam causa noluit contristare motus est ad comedendum de ligno vetito. Quia etiam per esum illius ligni estimauit mulier posse consequi excellentiam maiorem q̄ ipse adam estimauerit ex intensiori affectu comedere de ligno illo presumpsit. Pro hoc etiam parte facit quia mulier in virum suum peccauit sibi de ligno vetito comedere suadendo. Ad qōnē fz mētez ppriaz.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum dicendum ꝙ in illa auctoritate paritas accipi debz pro similitudine non pro equalitate.
Ad alia. ¶ Alia duo argumenta non plus concludunt nisi ꝙ adam grauius peccauit habente respectu ad conditiones peccantis. Sed ex hoc non sequitur qđ grauius peccauerit simpliciter: quia alie grauitates preponderant: que fuerunt in peccato mulieris: vt ex dictis in corpore questionis patere potest.

Questio. IIII. Qō. IIII

Quarto queritur vtrum si vir non peccasset et intrasset per peccatum mulieris: ita genus humanum penalitas corruptionis. Et videtur ꝙ sic. Quia alter magis fuisset corruptiuum peccatum viri q̄ mulieris: sed quanto peccatum plus de bono corrumpit: tanto grauius est: ergo grauius peccasset adam q̄ mulier: cuius contrarium in precedenti questione est ostensum. Ar. pᵒ
¶ Item philosophus. 15. de animalibus. dicit ꝙ in generatione animalium ex mare est prin- Secūdo

cipium motus: ex femina autem est materia. Sed ex corrupta materia non potest fieri edificium nisi corruptū: ergo si adam non peccasset eua peccante adhuc intrasset in genus humanum penalitas corruptionis. ¶ Item partus sequitur ventrem quantum ad conditionem libertatis & seruitutis: ergo si sola eua peccasset filij essent de necessitate subiecti corruptioni. ¶ Item Damascen° lib. 3. capitulo scdo dicit: φ spiritus sanctus peruenit in virgine: de qua christus erat sine peccato originali nasciturus purgās eam. Sed illa purgatio non fuisset necessaria nisi peccatum originale contraheretur ex matre: ergo si sola eua peccasset nihilominus proles contraxisset peccatum originale: & ex consequenti subiecta fuisset penalitati corruptionis.

Tertio.

Quarto.

In opp^m

Contra filij procreati ex leprosa & sano nō fiunt de necessitate leprosi: ergo a simili: si sola eua peccasset filij pcreati ex eua & adā nō fuissent de necessitate penalitati corruptioni subiecti. ¶ Itē ad Rom. 5. per inobediētiā vnius hominis peccatores ɔstituti sunt multi: ergo videtur φ per peccatū viri filij nascūtur peccato originali infecti: ergo si nō peccasset pper peccatuz mulieris nō fuisset proles peccato originali infecta: & ex cōsequenti nec corruptioni subiecta.

Secūdo.

Ad qōnē ſz mētez ppriaz.

Ad hanc questionem dixerunt quidam φ si sola eua peccasset filij nati ex ea peccatum originale contraxissent: & ideo dicūt φ deus ipsi ade de alia muliere prouidisset. ¶ Alij dicunt φ filij nati ex ea: & adam originale peccatum non contraxissent: nascerentur tamen subiecti de necessitate penalitati moriendi: & alijs passibilitatibus que ex conditiōe nature proueniunt: & essent in eis naturales defectus nō sub ratiōe pene. ¶ Sed contra hanc opinionē est expresse magister in littera dicens φ peccante muliere si vir non peccasset humanum genus minime peccatis corruptum periret. Et Ansel. lib. de conceptu virginali inter principium & medium lib. dicit φ si non adam: sed sola eua peccasset non necesse esset totum genus humanum perire: sed solam Euam. ¶ Preterea non contrahendo originale peccatum includit nasci cum iustitia originali: sed per iustitiam originalem erat in habentibus eā posse non mori: ergo videtur φ predicta opinio cōtradictionem includit. ¶ Videtur ergo dicendum φ nascerētur cū iustitia originali nec eēnt subiecti de necessitate penalitati moriēdi: nec alijs penalitatib° quibus in statu miserie natura humana subiecta est: qz q̄uis mulier ministrasset corruptā materiā. Per virtutē tamē seminis virilis fuisset purgata materia ministrata a muliere a corruptione: & fuisset de duobus seminib° formata caro nō corrupta: sicut videm° φ de cibo nō multū sano generat nutritiua multū potens: & bene ordinata humores puros & sanos. Hec autē virtus in semine viri nō fuisset per naturalē potentiam generatiuā tantū: sed ad h̄ nō cōcurrisset supernaturale adiutoriū originalis iustitie.

Ꝯ hāc op.

A.I. nō ɔ̄here nascendo.

Ad qōnē ſz mentē ppriaz.

Ad p^m

Ad primum in oppositū cū dicitur: φ quātō peccatum plus de bono corrūpit tanto grauius est &c. Dico φ verum est: quādo plus de bono corrūpit in peccāte: peccatū autē mulieris maiorem corruptionē fecit in anima mulieris q̄z peccatū viri in anima sua. Plus enim fuit mulier habilitata ad malum per suū peccatū q̄z vir per suum. ¶ Ad scdm cū dicitur φ ex corrupta materia nō potest fieri edificium nisi corruptum &c. Dico φ verum est ab artifice per que non posset amoueri corruptio materie: per semen autem viri quod se habet sicut artifex ad materiam ministratam a muliere fuisset amota corruptio ab illa materia vt dictum est. ¶ Ad tertium dicendum: φ & si partus sequitur ventrem quantum ad conditionem libertatis & seruitutis legalis: non tamen quantum ad corruptionem naturalem: sed multo magis sequitur virum cuius semen se habet ad materiam ministratam a muliere: sicut principiū actiuum ad passiuum. ¶ Ad quartum dicendum φ illa purgatio de qua loquitur Damascen° non requirebatur in virgine ad auferendum transfusionem originalis peccati ad ipsum christum. Sed quia vt dicit Ansel. de conceptu virginali capitulo. 18. decebat vt illius hominis conceptio de matre purissima fieret: nempe decens erat: vt ea puritate qua maior sub deo nequit intelligi: virgo illa niteret de qua spiritus sanct° volebat & operaturus erat vt conciperetur & nasceretur ille de quo ipse procedebat.

Ad 2^m

Ad 3^m

Ad 4^m

Consequēter queritur de secundo pricipali. Et circa hoc queruntur quatuor. ¶ Primo vtrū peccatū primorum parentum processerit ex ignorantia. ¶ Secūdo vtrum peccatum sit ignorantia. ¶ Tertio vtrum excuset peccatum. ¶ Quarto vtrum magis excuset peccatum q̄z infirmitas.

¶ Questio. I.

Q.ō. I.

Ar. p°

Primo ostendo φ peccatū primorū parentum processit ex ignorantia: Isidorus secūdo libro de summo bono. 17. capitulo. peccatur aut ex ignorantia aut ex infirmitate aut ex industria. Sz peccatum primorum parentum non fuit ex infirmitate: quia in eis peccatum infirmitas nulla precesserat: nec ex industria: quia peccatū h̄ est peccatum ex certa malitia: quod est peccatum in spiritum sanctum: ergo videtur φ peccauit ex ignorantia. ¶ Item Augu. 14. de ciuitate capitulo. xi. dicit de adam φ inexpertus diuine seueritatis in eo falli potuit vt veniale crederet esse commissum: ergo adam peccasse videtur ex ignorantia: & multo fortius mulier que tantam claritatem intelligentie nō habebat. ¶ Item philosophus tertio Ethicorū capitulo tertio. Ignorat omnis malus: que oportet operari & a quibus fugiendum: ergo cum omne peccatū mortale faciat hominem malum videtur φ omne peccatum mortale procedat ex ignorantia. ¶ Item Augu. 14. de ciuitate capitulo. 17. videtur velle: φ in peccato primorum parentū fuerit infidelitas & inobediētia. Sed infidelitas est ignorantia: ergo primi parentes: vt videtur: ex ignorātia peccauerunt.

Secūdo.

Tertio.

Quarto.

In opp^m

Contra. Augu. 3. de libero arbitrio longe post medium. Approbare falsa pro veris nō est natura instituti hominis: sed pena damnati: ante ergo peccatum in primis parentibus nulla fuit ignorantia: & sic peccatum eorum ex ignorantia non processit. ¶ Item omnis ignorantia pena est: sed ſm Augustī. in lib. retractationū capitulo. 8. omnis pena si iusta est peccati pena est: ergo videtur φ ante peccatum in primis parentibus nulla fuit ignorantia.

Secūdo.

Ad qōnē ſm mētē ppriā.

Ignorantia duplex

Respondeo φ ignorātia extēso nomine quātum sufficit ad propositum dupliciter potest accipi. Uno modo pro simplici nescientia que est respectu illorum que nō tenetur homo scire: & talis ignorantia pena nō est. Sed naturalis defectus consequens creaturam: & h̄ fuit in primis parentibus ante omne peccatū: & ignorantia sic accepta forte cooperata est ad primum peccatum eorū: quia non est probabile φ si tantas penas: & tot alia mala ex peccato suo consequi sciuissent φ peccato consensissent quamuis si hoc sciuissent: tamē per libertatē arbitrij cōsentire potuissent.

¶ Secundo

¶ Secundo modo potest accipi ignorantia magis proprie. scz pro carentia cognitionis eorum que quis tenetur scire pro illo tempore quo debet scire illa: et hec ignorantia nullo modo fuit in primis parentibus ante primum eorum peccatum. Sed ex primo peccato quod fuit in nimis diligendo excellentiam: iam habitam in materia: ut eam plus diligerent quam divinam. In hanc ignorantiam lapsi sunt: et hoc antecessit comestionis actum: et post comestionem fuit in eis augmentata. Et hec ignorantia est pena ex peccato inflicta.

Ad pm

Ad primum in oppositum dicendum quod Isidorus in illa auctoritate aut loquitur pro statu miserie tantum: aut sub ignorantia nescientiam comprehendit. ¶ Ad secundum dicendum: quod illa falsa opinio non precessit in adam primum peccatum: sed comestionis actum. ¶ Ad tertium cum dicitur: quod ignorat omnis malus etc. Dico quod verum est aut de ignorantia ex qua procedit peccatum: aut de ignorantia quam incurrit homo ex peccato. ¶ Ad quartum dicendum quod infidelitas non accipitur ibi pro peccato opposito virtuti fidei. Sed prout opponitur fidelitati que est in volendo implere preceptum domini sui. Unde infidelitas ista fidelitati opposita: est inordinatio in affectu. ¶ Argumenta ad partem aliam bene probant quod falsa opinio et ignorantia proprie dicta non precesserunt in primis parentibus primum eorum peccatum: ex hoc tamen non sequitur quod non precesserint inobedientie crimen in comedendo lignum vetitum: unde expresse dicitur de muliere prima ad Thi. 2. quod fuit seducta in prevaricatione. ¶ Et quod ibi dicitur adam non fuisse seductus: verum est sicut mulier in credendo verum esse quod diabolus persuaserat: fuit tamen seductus estimando peccatum leve quod erat valde grave. Q. II.

Ad 2m Ad 3m Ad 4m A.I. decepcius.

Qo. II. Ar. pmo

Secundo queritur utrum ignorantia aliqua sit peccatum. Et videtur quod non. Omne peccatum deletur per penitentiam. Sed ignorantia non deletur per penitentiam: ergo nulla ignorantia est peccatum. ¶ Item Ans. in li. de concepru virginali c. 4. dicit quod non punitur nisi voluntas ergo videtur quod non sit peccatum nisi in voluntate. Sed omnis ignorantia est in intellectu: ergo nulla ignorantia est peccatum. ¶ Item pho. 2. eth. ca. 4. dicit quod ad virtutes scire parum aut nihil potest. Scientia ergo nec est virtus nec magna dispositio ad virtutem: ergo per contrarium ignorantia nec est peccatum nec magna dispositio ad peccatum. ¶ Item si ignorantia esset peccatum quamdiu homo in illa ignorantia esset continue peccaret quod videtur absurdum.

Secudo. Tertio. Quarto.

In opm

Contra. pho. 3. ethi. ca. 4. vult quod homines vituperantur propter ignorantiam: que est in electione. Sed homo non debet vituperari nisi pro peccato: ergo aliqua ignorantia est peccatum. ¶ Item 1. ad cor. 14. Si quis ignorat ignorabitur. Sed nullus ignoratur a deo nisi propter peccatum: ergo aliqua ignorantia est peccatum. ¶ Item Isa. 5. propterea captivus ductus est populus meus: quia non habuit scientiam. Sed non captivatur spirituali captivatione populus nisi per peccatum: ergo cum ignorantia sit carentia scientie ignorantia est peccatum. ¶ Item velle actum qui non est malus vel carentiam que non est mala non est peccatum: sed velle ignorare necessaria ad salutem peccatum est: ergo et talia ignorare est peccatum.

Secudo. Tertio. Quarto.

Ad qonem sz mentem ppriam.

Respondeo quod in aliquo potest esse duplex ignorantia: una rerum eorum que scire non tenetur: et hoc illi culpa non est: sive sit voluntaria sive involuntaria. Quedam rerum eorum que tenetur scire pro illo tempore quo tenetur ea scire. Et hec ignorantia est in homine: aut per voluntatis commissionem aut per omissionem. Nullus enim habens ignorantiam invincibilem de aliquo tenetur illud scire pro illo tempore: quo illam habet ignorantiam. Si est per voluntatis commissionem dicitur ignorantia affectata: quando scilicet homo vult ignorare ea que scire tenetur pro tempore quo scire tenetur. Si autem sit per voluntatis omissionem tunc dicitur ignorantia crassa: quia scilicet ex quadam negligentia omittit voluntas procurare notitiam eorum: que scire tenetur homo. Dico ergo quod nec ignorantia affectata culpa est formaliter: nisi ratione commissionis voluntatis: nec etiam ignorantia crassa nisi ratione negligentie vel omissionis ipsius voluntatis. Concedendum est tamen quod homo per quamlibet illarum ignorantiarum culpabilis est: et quod quamlibet illarum quantum ad illud quod de ea est in intellectu est vitium formaliter inquantum non convenit institutioni nature: et peccatum inquantum non concordat regule recte: et est etiam materialiter culpa. Sed quantum ad illud quod de ea est in voluntate est culpa formaliter: que autem sit differentia inter vitium peccatum et culpam superius dist. 21. dictum est.

Ad primum in oppositum cum dicitur: quod ignorantia non deletur per penitentiam etc. Dico quod immo quantum ad illud ratione cuius culpa est: hoc est quantum ad illud quod de ea est in voluntate: non tamen semper quantum ad illud quod de ea est in intellectu. ¶ Ad 2m cum dicitur: quod non punitur nisi voluntas: dico quod verum est: et huius ratio est: quia ratio culpabilitatis ignorantie et alterius actus culpabilis cuiuscumque vel omissionis actus penes voluntatem consistit. ¶ Ad 3m dicendum quod illud argumentum non plus concludit nisi quod ignorantia ratione eius quod est de ea in intellectu non est culpa formaliter: et hoc est verum. ¶ Ad 4m dicendum quod ignorare non est culpa: nisi pro tempore quo tenetur homo scire ea que ignorat: et ideo non oportet quod existens in ignorantia continue peccet. ¶ Tria prima argumenta ad partem aliam ostendunt ignorantiam esse peccatum formaliter: ratione commissionis vel negligentie voluntatis. et hoc verum est. ¶ Ad quartum dicendum quod non tantummodo velle actum qui est peccatum: vel carentiam actus: que est peccatum: culpa est: sed etiam velle actum vel carentiam actus ordinantes ad culpam. Ignorantia autem necessariorum ad salutem ita ordinat ad culpam quod cum tali ignorantia in eligendo recte dirigi non potest homo. Q. III.

Ad pm Ad 2m Ad 3m Ad 4m Ad argm ad ptem opposita.

Qo. III. Ar. pmo

Tertio queritur utrum ignorantia excuset peccatum. Et videtur quod non. Glo. super illud ad Ro. 2. Ignorans quoniam benignitas dei etc. gravissime peccas: quia ignoras te contemnere: ergo ignorantia peccatum non excusat: sed aggravat. ¶ Item phus 3. ethi. cap. 8. Ebrius meretur duplices increpationes: ergo ignorantia in ipso non excusat peccatum sed aggravat. ¶ Item sicut se habet ignorantia ad intellectum: ita defectibilitas ad voluntatem. Sed peccatum non excusatur ex defectibilitate voluntatis: quia cum omne peccatum procedat ex tali defectibilitate: esset peccatum haberet excusationem: ergo nec excusatur peccatum propter ignorantiam intellectus. ¶ Item malum additum malo non minuit: sed auget malitiam: ergo cum ignorantia sit malum non minuit peccati malitiam ut videtur.

Secudo. Tertio. Quarto.

In opm

Contra. scientia auget peccatum: unde Algazel li. 5. physi. cap. 4. dicit quod qui crescit in scientia et non crescit in bona vita elongabitur a domino: ergo per contrarium videtur quod ignorantia peccatum alleviat. ¶ Item Aug. 14. de trinita. cap. 15. qui non videt quemadmodum sit vivendum excusabilius peccat quam qui videt quod non est transgressor legis incognite: ergo ignorantia peccatum alleviat. ¶ Item Augu. 21. lib. contra Faustum. longe ante medium loquens de loth: qui ebrius concubuit cum filiabus suis: dicit quod culpandus est: non tamen quantum ille incestus: sed quantum illa meretur ebrietas: ergo videtur quod ignorantia que in ipso fuit per ebrietatem excusavit incestum.

Secudo. Tertio.

Ad qonem sz mentem ppriam.

Respondeo quod tribus modis ad presens possumus loqui de ignorantia. Est enim quedam ignorantia invincibilis simpliciter: et hoc totaliter excusat a peccato sive sit ignorantia iuris sive facti. Quia sicut dicit Aug. primo lib. retracta. cap. 12. peccatum usque adeo voluntarium malum est: ut nullo modo sit peccatum: si non sit voluntarium. Sed talis ignorantia tollit rationem voluntarii: ut accipi potest ex verbis phi 3. ethi. cap. 3. Est alia ignorantia que dicitur affectata: ut cum aliquis sua sponte vult aliquid ignorare: ut liberius peccet: et cum minori remorsu conscientie. Et hec ignorantia peccatum non tollit: nec excusat in aliquo omnibus pensatis. Quia si excuset inquantum est ignorantia:

Ignorantia multiplex.

tamē aggrauat:inquātuz est volūtaria. Ex magna enim
intensione volūtaria ad peccādum ꝑuenit ꝙ homo ve/
lit ignorare vt liberius peccet cū omnes homines natu/
In phe° raliter scire desiderant:vt habetur principio metaph. ꝙ
verbū intelligendū est per se:q: per accidēs ignorātia pt
appeti:vt iā dictū est. Est alia ignorātia partiz volūtaria
partim inuolūtaria:que dicitur ignorantia crassa vt cuz
aliquis per negligētiaz nō vult laborare:ad h vt sciat:ꝙ
scire tenet:q̄uis vellet scire sine labore:vel cū aliqs vult
aliqd facere ad qd ignorātia ꝯseqt:ꝛ talis ignorātia dimi
nuit de rōe volūtarij:ꝛ in h pctm̄ alleuiat. Sz nō totalr
tollit:vñ ēt peccātes ex tali ignorātia facilr° mīsicordiaz
ꝯsequūt:vñ apls.i.ad Thimo.2. Mīsicordiā dei cō,
secutus suz:q: ignorās feci in incredulitate.

Ad pⁿ. **Ad primum** in opp^m cū dī ꝙ grauissime pec/
cas q ignoras ꝛc. Dico ꝙ aut est
intelligēdū de ignorātia affectata:aut de ignorātia crassa
si de ignorātia crassa itelligit illud pctm̄ dī eē grauꝰ:nō
q: sit maiꝰ:sed pp periculū:q: q factuz suum ignorat esse
Ad 2^m. peccatū:minꝰ qrit remediū. ¶ Ad 2^m cū dī ꝙ ebrꝰ me/
retur duplices increpatiōes ꝛc. Pōt dici s3 aliquos ꝙ
A.l.se/ h est:pp duo pctā:que ꝯmittit.s.ebrietatē ꝛ pctm̄ ꝯñs ex
quens ea:pctm̄ tñ ex ebrietate sequēs diminuit p ebrietatē: rōe
ignorātie adiūcte ebrietati. Ita ꝙ qñqz minꝰ est hō culpa
bilis pp ebrietatē ꝛ factū sequēs ex ebrietate sil:q̄3 pp fa/
ctū sine ebrietate:sicut patuit in loth. ¶ Uel pōt dici ꝙ
illud v̄bū dctm̄ est s3 ordinationē cuiusdā legislatoris: q
Ad 3^m statuit ebrios ampliꝰ puniēdos:si pcusserint: nō q: ebrij
peccēt grauꝰ:s3 q: iniuriant frequētius. ¶ Ad 3^m dōm
ꝙ nō est sile de ignorātia in itellectu ꝛ defectibilitate in
volūtate:q: ignorantia crassa ex qua ꝓcedit pctm̄ dimi/
nuit de rōne volūtarij:nō aūt defectibilitas in volūtate
Ad 4^m reⁱⁱ actꝰ mali:imo magis cā:q: sine illa nō posset volun/
tas velle malū actū. ¶ Ad 4^m cū dī:ꝙ malū additū ma
lo nō minuit:sed auget maliciā ꝛc. Dico ꝙ nō opz eē ve
ruz:cū additur malum pene malo culpe: ignorātia autē
sub rōne qua ignorātia tm̄ pena est nō culpa. ¶ Uel pt
dici ꝙ illa ꝓpō intelligi dz extēsiue nō semp itēsiue: vide
mus.n.ꝙ aqua paꝝ calida addita aque multū calide nō
facit totū intēsius calidū:sed remissiꝰ:ita pōt ꝯtigere ꝙ
duo pctā sīt minꝰ hñt itēsaz maliciā q̄3 alteꝝ p se:cuz mi/
nus diminuit de malitia maioris:vt pz in illo:q occidit
hoiez ex ebrietate:minꝰ.n.itēse culpabilis est q̄3 si occide
Ad argᵒ in opp^m. ret nō ebrꝰ. ¶ Duo pⁱ argᵒ ad pte aliā ꝓcedūt de igno
De ince/ rātia crassa q̄ ptiz ē volūtaria ptiz inuolūtaria. ¶ Ad 3^m
stu loth. dñt qdā ꝙ ebrietas loth:nō tm̄ excusauit illū icestuz a tā
to:sed a toto eo ꝙ totalr abstulit sibi ad tps vsum lib.ar.
q: alr dñt ipsi hō q p culpā suā caderet in insaniā p totā
vitā in oībꝰ actibꝰ quos faceret q hñti vsuz li.arbi. essent
pctā:noua pctā cōmitteret:q̄uis minora:qd falsum vī.
Dicēte Ber.li.de lib.arb.nō multū post pn^m: ꝙ i sanis
nihil qd faciūt bonū vel malū iputat. ¶ Alij vī ꝙ illa
ebrietas excusauit illū icestuz nō a toto:s3 a tanto: q: q̄3/
uis ꝯmittēdo icestuz vsuz li.ar.nō haberet: fuit tñ icestꝰ
Qō.iiii aliquo mō volūtarius in virtute illius volūtatis ex qua
ꝓcessit ebrietas. Qō. IIII.

Ar.pⁿ **Quarto** querit vtꝝ infirmitas alleuiet
pctm̄. Et vī ꝙ nō.q: ea q̄ ope/
rant in nobis ad fructificandū morti:nō alle/
uiant pctm̄. Sz s3 aplm̄ Rom̄.7. Cū essemꝰ
in carne passiōes peccatoꝝ q̄ p legē erāt opabant in mē/
bris nr̄is:vt fructificarēt morti.g passiones nō alleuiant
pctm̄. Sz passiōes animi sunt īfirmitates s̄m Tulliū.8.
Secūdo. li.de tusculanis q̄ōnibus:g īfirmitas nō alleuiat pctm̄.
¶ Itē cā nō diminuit effectū:s3 s3 Isido.2.lib.de sūmo
Tertio. bono.ca.17. Infirmitas ē vna cā pctī:g nō diminuit pec/
catū. ¶ Itē p ꝯcupiscētiā inclinat volūtas ad itēsiꝰ vo,
lendū:g nō minuit volūtariū:ꝛ ex ꝯñti:neqz pctm̄. Sz
ꝯcupiscētia est īfirmitas:g īfirmitas nō minuit peccatū.
Quarta. ¶ Itē bona passio auget meritū:tāto.n.hō magis me/
ret quāto maiori mīsicordia pauperi ab eo subuenit: g a
sīli passio iclinās ad malū auget demeritū:cuz g peccare
ex īfirmitate sit ex passiōe peccare īfirmitas non minuit
sed auget peccatum.

In opp^m **Contra** Gal.5. caro ꝯcupiscit aduersus spūz.spūs
aūt aduersus carnē.h.n.sibi inuicē aduer/
sant:vt nō q̄cūqz vultis illa faciatis:ergo īfirmitas car/
Secūdo. nis diminuit de rōne volūtarij:g alleuiat pctm̄. ¶ Itez
Isid.2.li.de sūmo bono.c.17. grauꝰ ē peccare idustria q̄3
īfirmitate.h āt nō eēt veꝝ nisi īfirmitas alleuiaret pctm̄.

Ad qōnē s3 mētē ꝓpriā. **Respondeo** ꝙ īfirmitas alleuiat pctm̄ cum se
h3 ad ip̄z añter:q: passio in appe
titu sensitiuo ex̄ñs inq̄ztū p ipsaz īpedit aīa in actu rōis
q̄dā īfirmitas aīe est ꝛ eꝫᵒ. Sicut mēbꝝ dī eē corpalr in/
firmū cū nō faciliter vel mō debito possit in suā opōnez
exire. Sicut dicimꝰ oculū īfirmū q nō pōt clare videret
passio aūt añter se hñs ad pctm̄ tpm alleuiat:q: tāto ac/
tus minꝰ culpabilis q̄to minꝰ est ibi de motu ꝓprio vo/
luntatis:q: tāto minꝰ est ex̄ñs in ptāte nr̄a. Sed quanto
volūtas magis inclinat a passiōe tanto in illo actu minꝰ
est de motu ꝓprio volūtatis:q: tāto minꝰ mouet volun/
tas sub rōne:qua libera:g īfirmitas se hñs añter ad pec/
catū ip̄z alleuiat:nō sic āt īfirmitas ꝯñr se hñs ad pctm̄.

Ad pⁿ **Ad primum** in opp^m cū dī ꝙ ea q̄ ꝛ opant in
nobis ad fructificādū morti nō
alleuiāt pctm̄ ꝛc. Dico ꝙ falsuz est qñ pp eoꝝ impulsuz
minꝰ est in actu de motu ꝓprio volūtatis sub rōne q̄ mo
Ad 2^m uet libere. ¶ Ad 2^m cū dī ꝙ cā nō diminuit effectuz ꝛc.
Dico ꝙ veꝝ est de effectu p se:sed in pctō est cōuersio ꝛ
auersio:grauitas aūt pctī maxie attēdit ex pte auersiōis
que se h3 ad ꝯuersionē pter itētionē peccātis. Infirmi/
tas aūt p se cā est pctī ex pte ꝯuersionis.p accidēs aūt ex
pte auersionis:ꝛ iō q̄uis nō minuat ꝯuersionē: minuit
Ad 3^m tñ auersionē. ¶ Ad 3^m dōz ꝙ q̄uis p īfirmitatē volun/
Ad 4^m tas itēsius iclinet ad volēdū:nō tñ ille motꝰ ita est volū/
tati ꝓpriꝰ:sicut qñ mouet nō iclinata p passionē. ¶ Ad
q̄rtū cū dī ꝙ bona passio auget merituz ꝛc. Dico ꝙ non
est veꝝ de passiōe ante volūtatis motū:passio aūt sequēs
volūtatis motū:auget meritū vl potiꝰ signū est pfectiōis
motus volūtatis:ꝛ ex ꝯñti signū est magnitudinis meri
ti. Simili modo dōm est de passione inclināte ad maluz
per cōparationē ad determinatuz.

Circa litteram. voluit hic silitu
dinē dei cuz eq̄/
litate quadā. ¶ Cōtra nō pōt appeti:qd non
Dubᵐ pōt cogitari. Sed perfectio dei totalr a crea/
tura cogitari nō pōt:g mulier nō potuit appetē do eq̄ri.
Rñ°. ¶ Rñꝰ ꝙ sicut pōt cogitari ita appeti:cogitari pōt s̄m
qd ꝛ appeti s3 qd. Uel pt cogitari aliquid ꝙ nō pōt cō/
uenire nisi soli deo ꝛ in creatura appetēdo illud appetit
equari deo per accidēs. Cōmissuz vēiale putauit ꝙ per/
emptoriuz erat:h nō accipit veniale put distinguit cou
tra mortale:sed pro mortali de q̄ iter alia facilꝰ hr̄ venia
nimia ꝑsumptiōe elata: credidit ita esse futurū nec ex h
sequit ꝙ error pcesserit pmū eiꝰ peccatū:sed comestio/
nis actū:arbitratꝰ illud eē veniale nō mortale delictū.i.
nō credebat illud delictū sibi iducere necessitatē moriē/
di:ꝛ in h fuit deceptꝰ minꝰ peccauit: q de penitētia ꝛ de
dei mīsicordia cogitauit:minꝰ.n.peccat:q peccādo pe/
nitere ꝓponit:ꝛ dei misericordiā per penitētiā cōsequi
sperat q̄3 qui penitere nō ꝓponit:nec ēt mulier cōfitet
peccatū:vt.s.sicut debuisset:q: cōfessa fuit factuz:sed co/
nabatur excusare factū suū a culpabilitate:grauꝰ est in/
firmitate peccare:q̄3 ignorantia:q: ceteris paribus plus
excusat ignorantia q̄3 infirmitas:q: plus tollit de ratio/
ne volūtarij:tollit.n.cogitationē particularīū circa que
ꝯsistit

ↄsistit opꝰ bona vl' mala. Infirmitas ꝙo diminuit de motu ꝑprio volũtatis q sibi debet sub rõe ꝙ liberat nõ tñ totalr tollit: ꝑt tñ eẽ tãta ĩfirmitas ⁊ ĩgñãtia tã pua: ⁊ tã volũtaria q plus excusaret ĩfirmitas ꝙ̃ ignorãtia. In alio cã extitit: vt fieret deterior ibi accipit cã ꝓ occasione. In ipsa enim fuit cã: ⁊ in alio occasio.

¶ Quare deus permiserit hominẽ tẽptari sciẽs cuz esse casuruz. Dist. XXIII.

Di. xxiij.

Aug. sup Gen.

PReterea queri solet cur deus hominez temptari permiserit quem decipiendum fore presciebat? Sed non esset laudabile homini si ideo bene viuere posset: quia nemo male viuere suaderet: cuz in natura posse ⁊ in potestate haberet velle nõ cõsentire suadenti deo iuuante: ⁊ est gloriosius nõ consentire ꝙ̃ temptari non posse. Mouentur etiaz quidaz dicentes. Cur creauit deus quos futuros malos presciebat? Quia ꝓuidit quid boni de malis eoruz esset facturus? Sic enim eos fecit vt relinqueret eis vnde aliquid facerent: ⁊ si culpabiliter aliquid facerent: illũ de se laudabiliter operantez inuenirent. A se habent voluntatem malam: ab illo naturam bonam ⁊ iustam penam. Frustra ergo dicitur non deberet deus creare quos presciebat malos futuros: sciebat enim bonis profuturos ⁊ iuste pro mala voluntate puniendos. Addunt etiam: talem hominez deberet facere qui nollet omnino peccare. Concedimus quidem meliorez naturã esse que omnino peccare nollet. Concedant ⁊ ipsi non esse malam que talis facta est: vt posset nõ peccare si vellet: ⁊ iuste punitaz: que voluntate non necessitate peccauit. Cuz ergo hec bõa fit: illa melior: cur nõ vtrãqꝫ faceret vt vberius laudaret de vtraqꝫ. Illa. n. de sanctis angelis: hec de hominibus est. Itez inquiunt. Si deus vellet: ⁊ illi boni essent. Et hoc quidez concedimus: sed melius voluit: vt quod vellent essent. Et boni quidem non infructuose: mali vero non impune essent. Item inquiunt. Posset deus voluntatem eoruz vertere in bonum: quia omnipotens est: posset reuera cur non fecit? qꝛ noluit. Cur noluit? Ipse nouit. Nõ debemꝰ plus sapere ꝙ̃ oportet.

Cur deꝰ creauit quos ꝓ//sciebat malos futuros.

¶ Hic qualis ſm animam ⁊ agit de scientia hominis ante peccatum.

Et quidem secundum animaz rationalis fuit homo habens discretionez boni ⁊ mali. Scientiã quoqꝫ rerum creatarum ⁊ cognitionem veritatis: que prime perfectioni congruebat: mox conditus non incongrue accepisse putatur: ⁊ ad illã non studio vel disciplina aliqua per interualla temporis profecisse: sed ab exordio sue cõditionis diuinitus illaz percepisse.

¶ Qꝫ triplicẽ habuit hõ añ lapsuz cognitionẽ. s. rerum propter se factaꝝ ⁊ creatoris ⁊ sui.

Fuitqꝫ homo primus ante lapsum triplici cognitione preditus: rerum scilicet propter se factarum: ⁊ creatoris ⁊ sui. Reruz quippe cognitionem hominẽ accepisse perspicuuz est: cum non ipse creator vel angelus aliquis: sed homo omnibus animãtibus nomina imposuerit: vt ostẽderetur ꝙ singulorum notitiaz homo ipse habuerit. Que enim propter illum creata erant: ⁊ ab illo regenda ⁊ disponenda erant: horum omniũ deus illi ⁊ scientiã tribuit ⁊ prouidentiaz atqꝫ curaz reliqt. Nõ vt ait apostolus non est cura deo de bobus. Quorum aliorũqꝫ animaliuz deus homini curã reliquit ⁊ prouidentiaz: vt dominationi eius subijcerẽtur: ⁊ ratione illiꝰ gubernarentur: vt sciret illis necessaria prouidere a quibus emolumentuz debebat recipere. Hanc autem scientiaz homo peccando nõ perdidit: sicut nec illaz qua carnis necessaria prouidentur. Et iccirco in scriptura homo de huiusmodi non eruditur: sed de sciẽtia anime quam peccando amisit.

De cogne reruz creatarũ.

¶ De cognitione creatoris.

Cognitionem quoqꝫ creatoris primꝰ homo habuisse creditur. Cognouit enim a quo creatus fuerat: nõ eo modo cognoscendi quo ex auditu solo percipitur quomodo a credentibꝰ absens queritur: sed quadã interiori aspiratione qua dei presentiã cõtẽplabatur: nõ tamẽ ita excellẽter: sicut post hãc vitam sancti visuri sunt: neqꝫ ita in enigmate qualiter in hac vita videmus.

¶ De cognitione sui.

Porro sui cognitionẽ idez homo talem accepisse videtur vt ⁊ quid deberet superiori: ⁊ quid equali ⁊ inferiori nõ ignoraret. Conditionẽ quoqꝫ suaz ⁊ ordinez: scz qualis factus esset ⁊ qualiter incedere deberet: quid agere: quid cauere intellexit. Si horũ notitiã nõ habuisset: nõ esset reus preuaricationis: neqꝫ ipsuz cognouisset.

¶ Utrum homo prescius fuerit eorum que sibi futura erant.

Si autez queritur vtrũ homo sciẽtiaz habuerit eoꝝ que circa euz futura erant: idest si ruinã suã presciuerit: ⁊ similiter prescierit bona que habiturus fuisset si in obedientia perstitisset: Respõderi potest ꝙ ei magis faciẽda idicta sunt ꝙ̃ futura reuelata. Accepit eñi scientiaz ⁊ preceptuz eorum que facienda fuerant: sed nõ habuit prescientiaz eorum que futura erãt. Nõ fuit ergo homo presciꝰ sui casus sicut ⁊ de angelo diximꝰ. Quod Augu. super Gen. asserit ratione vtens quã supra posuimꝰ.

Rñꝰ ꝙre di nõ hñe futuroꝝ ꝑsciam.

Hec de scientia hominis quantū ad primū sta
Di. xxiij. tus ptinet: dixisse sufficiat. Di. XXIII.

PReterea queri solet ꝛc. Supi⁹ deter/minauit magr̄ de tēptatiōe pmoꝝ parētuȝ ex pte tēptātis ꝛ temptati. In hac pte determiat de eorūdez tēptatiōe ex pte dei pmittētis. Et diuidit in ptes duas. ¶ Prio excusat illā pmissionē p rōnē legitimā pmittēdi. ¶ 1° p datam hoi sciaȝ pcauēdi. ibi. [Et qdē ꝫ alaȝ.] Prīa in qnqȝ ꝫ qnqȝ qōes: q̄s mouet cuiꝫ sigillatī rn̄sionē subiūgendo. scda ibi. [Mouēt ēt.] 3° ibi. [addūt ēt.] 4° ibi. [Itē inquūt si de⁹ vellet.] 5° ibi. [Itē inquit possꝫ de⁹.] Illa po q̄ ibi icipit. [Et qdē.] Diuidit i q̄tuoꝛ. Prio ondit q̄n hō sciaȝ accepit. 2° q̄z rex sciaȝ accepit ibi. [Fuitqȝ hō.] 3° q̄lē sui ipsi⁹ cogñe habuit. ibi. [Porro.] 4° mouet q̄ōnez de pscia sui casus. ꝛ soluit ibi. [Si aūt q̄rit.]

CIrca hāc dis. q̄rūt duo pncipalr. ¶ Primo de tēptatiōis pmoꝝ parētū p/missiōe. 2° de ipsoꝝ cogñe. ¶ Circa pm̄ q̄rūt q̄tuoꝛ. ¶ Prio vtꝝ de⁹ potuissꝫ fecisse aliquā creaturā rōnalē vel itellectualē q̄ suis nālib⁹ relicta non posset peccare. ¶ 2° vtꝝ melius sit nō posse peccare q̄ȝ posse peccare. ¶ 3° vtꝝ debuit de⁹ hoīez tēptari pmittē. Qō. 1. ¶ 4° vtꝝ aliqs vir iust⁹ dēat tēptationē appetē. Qō. I.

Ar. p° PRimo ostēdo q̄ de⁹ potuit facere ali/quam creaturā rōnalē vl' itel/lectualē q̄ suis nālib⁹ relicta: nō possꝫ peccare ꝟtutē q̄ alicui creatur̄ ē supnāl': possꝫ do alicui aliȷ̄ creature sic ēē nālē: ꝫ p ꝟtutē supnālē vt p glīā creatura nō pt peccare: g̃ de⁹ talē potuit facē creaturā: que nālr nō possꝫ peccare.
Secūdo. ¶ Itē sicut in deo ē nālr bonitas ꝛ veritas: ita ipeccabilitas. Sꝫ creatura p nālia sua pticipat dei bonitatē ꝛ ꝟitatē: g̃ silr creatura rōnalis vl' itellectualis: p nālia sua pt pticipare dei ipeccabilitatē.
Tertio. ¶ Itē de⁹ fecit corporalē creaturā q̄ p nāȝ suā nō ē capax corpalis erroris: cui⁹ ē celū: g̃ a silī potuit facē spūalē creaturā: q̄ p nāȝ suā nō fuissꝫ capax spūalis erroris.

In op̄m Contra. duo opposita non pnt ꝯuenire alicui rei p nāȝ. Sꝫ posse peccare ꝯuenit nālr creature rōnali vl' itellectuali inq̄ȝtū ē de nihilo: g̃ nō possꝫ de⁹ facē creaturā rōnalē vl' itellectualē q̄ nālr non possꝫ peccare.
Secūdo. ¶ Itē vt pōt trahi ex ꝟbis phi. i. phy. qd vni ē sbale nulli ē accñtale: g̃ a silī qd vni ē supnāle nulli ē nāle:
T. c. 29. Sꝫ nō posse peccare cōuenit beatis supnālr: g̃ nulli creature rōnali vel intellectuali potuit ꝯuenire nālr.

Ad q̄ōnē fm̄ mētē ppriā. Respondeo q̄ de⁹ nō possꝫ facere aliq̄ȝ creaturā rōnalē vel intellectualē q̄ suis nālib⁹ relicta nō possꝫ peccare: q̄ nō possꝫ fieri aliq̄ creatura rōnalis vl' itellectualis nālr carēs libera volūtate: q̄ eo ipso: q̄ rōnalis vl' itellectualis ē: nāle ē sibi posse itelligere: ꝛ posse se mouē tēdēdo i rē cognitā vl' ab eo resiliendo nāle ē: g̃ creature rōnali vl' itellectuali vt i istos act⁹ possit libere: nō pōt aūt eē q̄n creatura inq̄ȝtū ē de nihilo sit defectibilis suis nālib⁹ relicta: g̃ sicut voluntas creature possꝫ deficē ab actu eēndi: nisi a deo ꝯuaret in eē ita in actu eēndi ꝯuata: ꝛ suis nālib⁹: q̄ȝtū ad actū volendi relicta pt manē in eē ꝛ defectū icurrere in actū volēdi: ꝛ inq̄ȝtū libera illā defectū pōt phibē. Sꝫ defect⁹ in actu volēdi libere: pctm̄ ē: g̃ nō possꝫ fieri creatura rōnalis vl' itellectualis q̄ suis nālib⁹ relicta: nō possꝫ peccare.

Ad p̄m Ad primum in opp̄m dōȝ q̄ q̄uis ꝟtutē aliq̄ȝ q̄ alicui creature ē supnālis: possꝫ de⁹ facē alicui aliȷ̄ nāle vtpote supnāle ē hoi posse volare ꝛ nāle ē aui: tn̄ sūt aliq̄ ꝟtutes alicui supnāles: que nulli aliȷ̄ creature pnt fieri nāles. Nō. n. pōe ē fieri q̄ glīa vl' grā sit alicui⁹ sbe: sbalis fōa: nec pfectas nālr ꝯsbalē formā vl' a ꝟtute nāe create pducta.
Ad 2m̄ ¶ Ad 2m̄ dōȝ q̄ nō ē sile de bonitate ꝛ ꝟitate ꝛ ipeccabilitate: q̄ pmis duob⁹ nō repugnat nā creare volūtatꝫ: repugnat āt nālī ipeccabilitati vt in corpe q̄ōnis ostīsuȝ ē.
ꝙ primi parentes sine gratia dei non potuissent se serua
re a vertibilitate in nihiluꝫ ⁊c̄. Dico ꝙ verū est extendē
Qō.II. do gratiā dei ad qḋcūqꝫ eius auxiliū. Qō. II.

Ar.p^o **Secundo queritur** vtruꝫ primi parentes per liberuꝫ arbitriuꝫ sine gratia gratum fa
ciente potuissent in bono proficere. Et vide
tur ꝙ sic. Math.19. Si vis ad vitam ingredi serua mā
data:ergo videtur ꝙ ingredi ad vitam eternam consti
tutū sit in hominis voluntate. Sed illud qḋ est constitu
tum in hominis voluntate:potest homo sine gratia gra
tum faciente:ergo sine ea poterant primi parentes ad vi
Secūdo. tam eternam proficere. ¶ Item Damas.lib.scdo.ca.xi.
dicit ꝙ deus fecit primuꝫ hominem habentem potesta
Tertio. tem manere ⁊ proficere in bono. ¶ Iteꝫ perseuerare in
bono est proficere:sed vt in precedenti questione osten
sum est primi parentes sine gratia gratum faciente pote
rāt omni peccato resistere:qḋ est posse perseuerare i bo
no accepto:ergo videtur ꝙ poterāt in bono ꝑficere.

In opp^m **Contra** Magister i littera dicit ꝙ homini in creatione datum est per gratiam auxilium ⁊
collata potentia per quam poterat stare:idest nō declina
Secūdo. re ab eo qḋ acceperat:sed nō poterat proficere. ¶ Item
Hugo primo libr.de sacra.par.6.caplo.29.poterat itaqꝫ
homo per preceptum nature cōseruare bonuꝫ naturale
qḋ habuit. Sed per illud nō potuit eternuꝫ illud bonū
qḋ nec duꝫ habuit adipisci. Hoc autē nō esset verū si sine gra
tia gratuꝫ faciente in bono ꝑficere potuisset.

Ad qōnē fꝫ mēteꝫ ꝑpriaꝫ. **Respōdeo** ꝙ primi parētes sine gratia gratum faciente nō potuissent ꝑficere in bo
no meritorio de condigno:quia per talem profectū me
retur homo vitaꝫ eternam. Mereri autē vitam eternaꝫ
nō potest homo nisi per gratiā gratuꝫ facientem. Unde
apostolus Rom.6. Gratia dei vita eterna:ergo sine gra
tia gratū faciente predictū profectū habere nō poterant.
Per gratiā tamē gratis datā potuerunt ꝑficere in dispo
nendo se de cōgruo ad gratiā gratū facientē.

Ad p^m **Ad primum** in oppositū dicenduꝫ:ꝙ ingre
di ad vitam eternam constitutū
est in hominis volūtate adiuta per gratiā:quā deus dat
cuilibꝫ volēti facere qḋ in se est:vt habeat eā. Unde apo
stolus p^a ad Cori.15. Gratia dei sum id qḋ sum: ⁊ gratia
eius in me vacua nō fuit:sed abundantius illis omnib^s
laboraui:nō ego supple per propriā virtuteꝫ tantum:sed
Ad 2^m gratia dei mecuꝫ. ¶ Ad secundū dōm:ꝙ illa auctoritas
Damas.intelligenda est de profectu in bono accipiendo
bonuꝫ pro quadā dispositione ad gratiaꝫ. ¶ Uel potest
dici ꝙ loquitur de primo homine pro illo statu quo ante
peccatū habuit gratiā gratuꝫ facientē:ꝙ patet:quia post
verba allegata statim sequitur diuinam cooperātē habē
Ad 3^m tem gratiaꝫ. ¶ Ad tertiū cum dicitur ꝙ perseuerare in
bono est ꝑficere ⁊c̄. Dico ꝙ veruꝫ est perseuerare in bo
no gratie gratuꝫ facientis:quia talis actus elicitur a vir
Qō.III. tute formata per gratiam. Qō. III.

Ar.p^o **Tertio** queritur vtruꝫ idem sit liberum arbitrium:qḋ voluntas. Et vide
tur ꝙ sic. Damas.lib.3.cap.14.dicit ꝙ liberuꝫ
Secūdo. arbitriū:nihil aliud est nisi voluntas. ¶ Iteꝫ
Aug.lib.2.de libero arbitrio:quasi in principio nō pec
camus nisi libero arbitrio voluntatis. Sed fm̄ Ans.de
cōceptu virginali.cap.4. Quicquid faciunt mali sensus
⁊ mēbra totum imputandū est voluntati: ergo videtur
Tertio. ꝙ liberuꝫ arbitrium idem sit ꝙ voluntas. ¶ Item fm̄
Ans.in lib.de ꝯcordia prescietie ⁊ liberi arbitrij dicit ꝙ
voluntas est instrumentū mouens omnia alia instrume
ta:quibus sponte vtimur:⁊ que sunt in nobis: ⁊ se ipm̄
Sed ista nō cōueniunt nisi libero arbitrio:ergo ideꝫ est
Quarto. liberū arbitriū qḋ voluntas. ¶ Iteꝫ in anima nihil est
liberius voluntate:nihil etiā in anima liberius est libe
ro arbitrio:ergo idem est liberuꝫ arbitriū:qḋ voluntas.

In opp^m **Contra** Damas.lib.2.cap.22. Diuidit voluntatem in deliberatiuā ⁊ naturalē:sed volūtas na
turalis nō est liberum arbitriū. Ergo differētia est inter
Secūdo. liberū arbitriuꝫ ⁊ voluntatem. ¶ Item nō omnis act^s
procedens a voluntate est actus liberi arbitrij:quia vel
le aliquid ex surreptiōe nō est actus liberi arbitrij. Sed
si essent idem liberuꝫ arbitriuꝫ ⁊ voluntas omnis actus
voluntatis esset actus liberi arbitrij:ergo voluntas ⁊ li
Tertio. beruꝫ arbitriū nō sunt idem. ¶ Item Magister in litte
ra.liberum arbitriuꝫ est facultas rationis ⁊ voluntatis:
ergo videtur ꝙ liberuꝫ arbitriuꝫ comprehendit rationē
Quarto. ⁊ voluntatem. ¶ Item Bernar.lib.de libero arbitrio:
nō multuꝫ post principium.liberum arbitrium est liber
sui propter voluntateꝫ:⁊ iudex sui propter rationem: ⁊
nō multuꝫ postea dicit:ꝙ hoc ꝙ dico liber referetur ad
voluntateꝫ:⁊ arbitriū ad rationeꝫ:ergo videtur ꝙ com
prehendit rationem ⁊ voluntateꝫ.

Ad qōnē fꝫ mentē ꝑpriaꝫ. **Respondeo** ꝙ si dicatur arbitriuꝫ ab arbitratione cōsiliatiua cuꝫ talis arbitra
tio sit actus intellectus:tunc oportet dicere ꝙ liberum
arbitriuꝫ comprehendit intellectum ⁊ voluntatem dire
cte in sui

cte in sui rõne:quia velle liberum elicitur a voluntate:⁊
arbitratio consiliatiua actus est intellectus:vt dictũ est.
¶ Si aũt dicat arbitrium ab arbitratiõe imperatiua:si/
cut arbitrat imperator:volẽdo oĩno.vt ita fiat:vel non
fiat:sic intellect⁹ nõ est de rõne liberi arbitrij:nisi dispo/
sitiue. Sed formalr̃ liberum arbitrium est ipsa volũtas:
put ꝯsideratur post deliberationem:ꝑcedentem in intel/
lectu:vel post tp̃s in quo homo deliberare potuit ⁊ de/
buit. Nõ.n.põt dici ꝙ liberum arbitrium sit aliquis ha/
Uide h̃ mlta d̃ libero arbitrio.
bitus supadditus intellectui ⁊ voluntati realr̃ differens
ab vtroq;:ꝙ habit⁹ inclinat determinate ad alterã par/
tem i modũ nature.liberũ aũt arbitrium non sic:sꝫ ma/
gister videt sonare in quãdam tadiam. Et ꝓpter h̃ etiã
pꝫ ꝙ nõ dicit intellm̃ ⁊ voluntatẽ simul:vel alterũ per
se per modum habit⁹. Unde illud verbum Ber. de libe
ro arbitrio:liberum arbitriũ est habitus anime liberi sui:
sic debet exponi:vt per habitũ intelligat potentia facilr̃
exiens in actum suum. Nec põt dici ꝙ sit alia potẽtia ab
intellectu ⁊ volũtate:quia nõ est potẽtia volũtate iferior
cum ip̃m sit in anima supremuꝫ. Nec par eisq; due po/
tentie appetitiue penit⁹ equales in regno anime nõ sũt.
altera enim supfluere videret. Nec est potẽtia voluntate
superior:quia superioritatem in regno aie:videt Ans. li.
de cõceptu virginali ca.4.attribuere volũtati. Nec põt
dici ꝙ ip̃m liberum arbitrium sit intellectus per se:quia
intellect⁹ cogi põt per euidẽtiam veritatis. Sed liberuꝫ
arbitrium cogi nõ potest:vt in sequẽti dis. declarabitur.
Conclu/dit doctõ
Restat ergo ꝙ liberũ arbitrium vno mõ sit intellectus ⁊
volũtas simul:⁊ alio modo sit formalr̃ ipsa volũtas:put
ꝯsideratur post ꝑcedentem cõsiliationem in intellectu:vel
post tp̃s in quo homo deliberare potuit ⁊ debuit:vt di/
ctum est. Cum enim electio sit actus liberi arbitrij volũ
tas nõ habet rõnem liberi arbitrij:nisi inquãtuꝫ ab ipsa
põt pcedere actus eligẽdi. Sed sm̃ Damas. lib.2.c.24.
opꝫ oĩno consilium antecedere electionem:pbo etiã ter/
tio ethi.ca.4.dicit ꝙ voluntarium non omne eligibile:
Quis ac/t⁹ volũtatis pctm̃
sed certe qd̃ pcõsiliatum. ¶ Preterea omnis actus libe
ri arbitrij cõtra diuinum ꝑceptum mortale peccatũ est.
Sed nullus actus voluntatis ante deliberationẽ:⁊ tem
pus sufficiens ad deliberãduꝫ est mortale peccatũ:ergo
videtur ꝙ volũtas nõ sortiatur rõnem liberi arbitrij ni
si considerata post deliberationem:vel tempus sufficiẽs
ad deliberandum. ¶ Preterea ꝑmissio facta ante deli/
berationem nõ obligat de necessitate salutis. Et tamẽ fa
cta ex libero arbitrio ⁊ firmata obligat de necessitate sa/
Quid vo/tum.
lutis:si est de re que cadere debeat sub ꝑmissione. Unde
dicitur votum conceptio melioris ꝓposita deliberatiõe
Qñ volũtas hꝫ rõnẽ liberi arbitrij.
firmata. Restat ergo ꝙ voluntas nõ habet rõnem liberi
arbitrij nisi post deliberationem:vel saltẽ post tempus
sufficiens ad deliberãdum:quia ꝑsupposita rei itellectio
ne simplici:⁊ habito sufficienti tempore ad deliberãduꝫ
voluntas libere potest mouere:vel non mouere intelle/
ctum ad consiliandum:⁊ ideo si tunc ante consiliationẽ
precipitat se in aliquid illicitum iuste imputatur eidem.
Unde dicũt aliqui ꝙ quãuis ante consiliationem in in/
tellectu voluntas non possit eligere ꝓprie loquendo ꝓp
alias ab ipsa consiliatione intellectus:tamen consiliatio
intellectus potest eligi a voluntate ante aliam intellect⁹
consiliationem:cum nulla intellectus consideratio sit cõ
siliatio proprie loquendo:nisi ad illam moueatur intelle
ctus per imperium voluntatis:vel per aliquam diui
nam inspirationem.

Ad pm̃
Ad primum argumentum ad partem pꝛimã dicendũ:ꝙ verbuꝫ Damas. intel
ligendum est de libero arbitrio:put arbitriuꝫ dicitur ab
arbitratione non consiliatiua:sed imperatiua.⁊ de volũ
tate considerata post deliberationem intellectus:vel sal/
Ad 2m
tem post tempus sufficiens ad deliberandũ. ¶ Ad sc̃dꝫ
dicendum:ꝙ Ans. ibi loquitur de voluntate eo modo
Ad 3m
quo statim ante dictum est. ¶ Ad tertium simili modo
Ad 4m
soluendum est. ¶ Ad quartum cum dicit ꝙ in aia nihil
est liberius voluntate ⁊c̃. dico ꝙ voluntas non est plene
libera in appetendo rem nisi considerata eo modo quo
Ad alia argumẽta
ante dictum est. ¶ Duo prima ad partem aliam cõclu/
dunt ꝙ voluntas rõnem liberi arbitrij non habet quo/
cũq; modo considerata.⁊ h̃ est verum:non eniꝫ volũtas
est liberum arbitrium inquãtum potens se mouere na/
turaliter:sed inquãtum potens se mouere libere:ꝙ sibi
conuenit inquantum est considerata modo supradicto.
¶ Alia duo procedũt de libero arbitrio sm̃ ꝙ arbitriũ
dicitur ab arbitratione consiliatiua:vel quia voluntas
nunq̃ꝫ habet rationeꝫ liberi arbitrij:nisi cõsiderata post
actum intellectus. ¶ Qõ. IIII.

Qõ. IIII.
Quarto querit vtrum volũtas aliquã/
Ar. pᵒ
do velit aliquid ꝙ non vult se
velle. Et videtur ꝙ non Ans. lib. de libertate
arbitrij ca.5. omnis volens ipsum suum velle
Secũdo.
vult. ¶ Item voluntas mouet se ad volendum. Sꝫ nõ
potest se mouere ad volẽdum nisi volendo velle:q: nul/
lus alius actus debetur voluntati q̃ꝫ velle:ergo nunq̃ꝫ
Tertio.
vult aliquid ꝙ non velit se velle. ¶ Item Ans. de casu
diaboli ca.12. quicqd se mouet ad volẽdum prius vult se
ita mouere. Sed voluntas mouet se ad volendum quic
Quarto.
quid vult:ergo quicquid vult:vult se velle. ¶ Iteꝫ vo/
luntas nihil potest velle in vita:quia qui aliquid facit in
uitus ad illud faciẽdum cogitur:volũtas autẽ ad actũ
volendi cogi non potest. Sed si voluntas vellet aliquid
ꝙ nõ vellet se velle:aliquid vellet in vita:ergo quicquid
vult:vult se velle.

In opm̃
Contra sicut voluntas potest se reflectere sup suuꝫ
actum ita intellectus. Sed intellect⁹ aliqd
aliquãdo põt intelligere absq; h̃ ꝙ aduertat se intellige
re illud. Ut patet cum intellectus est ita intentus circa
obiectum ꝙ nõ reflectit se super se:nec super actũ:ergo
similiter voluntas aliquando potest aliquid velle absq;
h̃ ꝙ velit se velle illud. ¶ Item prius ordine nature vo
Secũdo.
luntas vult aliquid q̃ꝫ velit se illud velle:ꝙ ꝓbo a simi/
li:quia prius ordine nature intellectus intelligit aliquid
q̃ꝫ intelligat se illud intelligere. Sed prius ordine natu/
re separari potest a posteriori maxime in actibus volun/
tatis. Ergo voluntas potest aliquando aliqd velle absq;
Tertio.
h̃ ꝙ velit se illud velle. ¶ Item aliquãdo homo diligit
rem aliquam ⁊ dolet ꝙ diligit eam. Sed diligere aliqd
est ipsum velle:ergo voluntas aliquãdo vult aliquid ꝙ
Quarto.
vellet non velle. ¶ Item possibile est voluntatem aliqd
nollere cum h̃ ipsum velle h̃ nolle:ergo a simili possibile
est voluntatem aliquid velle:⁊ cum h̃ ipsum nolle h̃ vel/
le. qua ratione enim possum velle meum nolle:videtur
ꝙ possum nolle meum velle.

Ad qõnẽ sꝫ mẽteꝫ ꝓpriã.
Respondeo. ꝙ voluntatem velle aliquid du/
pliciter potest itelligi. Uno mo/
do de velle forti ⁊ perfecto. Alio de velle debili ⁊ imper/
fecto. ¶ Primo modo quãdocũq; volũtas vult aliqd
vult se h̃ velle:quicunq; enim perfecte diligit aliqd:opꝫ
ꝙ diligat omne illud per qd̃ vnitur cuꝫ dilecto. Sed cũ
re volita vnitur aliquo modo voluntas per h̃ ꝙ vult eã.
⁊ ideo oportet ꝙ velit se illam reꝫ velle. ¶ Preterea ex
reflectione voluntatis super actum suum primus actus
aliquam recipit perfectionem:sicut ex reflexione intelle
ctus super actum suum primus actus recipit aliquã pfe
ctionem. nunq̃ꝫ enim homo perfecte intelligit aliquid:
nisi se h̃ intelligere intelligat. ¶ Loquẽdo autem de vel
le debili ⁊ imperfecto:dico ꝙ aliquando voluntas vult
aliquid ꝙ non vult se velle. Sicut enim per sui liberta/
tem potest se mouere in actum volendi non perfecte:sꝫ
remisse:ita potest abstinere ne super ipsum actum refle/

erat se:non enim oportet ꝙ aliquam rem remisse diligēs
diligat quicquid est consonum rei dilecte. Unde frequē-
ter videmus ꝙ diligentes aliquam rem imperfecte ⁊ re-
misse non diligunt illam dilectionem.

Ad p[rimu]m **Ad primum** dicendum: ꝙ illud verbū Ans. debet intelligi de volēte aliquid
Ad 2[m] actu volendi formali ⁊ perfecto. ¶ Ad secūdum dicendū:
ꝙ minor est falsa. Si enim esset vera voluntas nihil actu
volens nō posset se mouere actu volendi: qd multis fal-
sum videtur. Non enim oportet omnem actionem eē a
potentia agente mediante alia actione: quia enim poten
tia actiua aliqua actualitas est ab ea potest esse imediate
aliqua actio. Unde illa motio qua voluntas mouet se in
Ad 3[m] primum actum volendi vltra voluntatem: ⁊ ipsum vo-
lendi actum non dicit in voluntate nisi relationē. ¶ Ad
tertium dicēdū: ꝙ opinio Ans. videt fuisse ꝙ nulla vo-
luntas creature rationalis seu intellectualis potuit habe-
re primum velle a se. Unde expresse dicit de angelo facto
apto ad volendum: ⁊ nihil volente: ꝙ non potuit habe-
re primum velle a se: sed tm̄ ab illo qui talē dedit sibi na-
turam: ⁊ per illud velle se mouere potest ad aliud velle:
⁊ ideo omnis mouens se ad aliquid volendū prius vult
se ita mouere in generali. Ego autem credo ꝙ primum
velle non tm̄ est in voluntate: sed etiam a voluntate quē-
uis principaliter a creatore voluntatis. Unde actus vo-
lendi finem qui est primus voluntatis actus ab ipsa vo-
luntate elicitur quāuis ad illum actum non sit determi-
nata a se: sed a creante. Sicut ignis per virtutem suā mo-
uet se sursum quāuis ad illum motum non sit determi-
natus a se: sed a generante. Ad volendum autem ea que
sunt ad finem: voluntas non tm̄ mouet se: sed etiam de-
terminat se. Sic ergo expone verbum Ans. quicquid se
mouet ad volendum prius vult se ita mouere. Ut sit sen-
sus ꝙ quicquid se determinat ⁊ mouet ad aliquid volē-
dum h facit in virtute alterius velle ad qd determinatū
Ad 4[m] est a creante. ¶ Ad quartum dicēdum: ꝙ non est idem
non velle ⁊ nolle. ⁊ ideo non sequitur ꝙ si voluntas ve-
lit aliquid qd non vult se velle: ꝙ propter hoc ꝙ velit ali-
quid qd vult se nolle. Utrum autem sit possibile ꝙ velit
aliquid qd vult se nolle: planum est ꝙ si vtrisqȝ actus cō-
sideretur in actu perfecto nō possunt simul esse: neqȝ etiā
altero existente perfecto. tamen vtroqȝ imperfecto existē-
te videtur multis ꝙ possunt simul esse melius ꝙ̄ calidū
⁊ frigidum sm̄ suum esse imperfectum in eadem parte
materie: que tamen simul esse possunt in predicto modo:
vt ipsi dicunt: ⁊ sic dicunt ea constituere tepidum.

Ad alia argumēta in oppositū ad p[rimu]m **Ad primum** ad partem aliam dicēdum: ꝙ si-
ue intellectus aliquādo intelligat
aliquid qd non intelligit se intelligere siue nō: tm̄ nunqȝ
potest aliquid perfecte intelligere quin se illud intellige-
re intelligat quantumcūqȝ intentus sit circa obiectum.
Unde ⁊ intellectus beatus qui ex toto conatu suo intue-
Ad 2[m] tur deum se ipsum intueri intelligit. ¶ Secundum ar-
Ad 3[m] gumentum bene concludit. ¶ Ad tertium dicunt aliq
ꝙ quāuis aliquando homo doleat ex deliberatiua volū-
tate de h ꝙ amat aliquam rem ex passione: tamen dicūt
ꝙ amans aliquid ex deliberatiua volūtate non potest si-
mul dolere ex deliberatiua volūtate de amore illo qd pla
num est loquendo de vtroqȝ actu: vel altero eorum: sub
Ad 4[m] esse perfecto: quāuis sm̄ aliquos simul possunt se compa
ti: vtroqȝ actu existente imperfecto. ¶ Ad quartum di-
cendum ꝙ non est simile de volendo meum nolle: ⁊ de
nolendo meū velle: quia nolle est respectu alicuius sub
aliqua ratione mali: ⁊ consequens est: vt qui refugit malū
tendat in bonum repugnās illi malo. Et quia nolle ma-
lum est bonus actus repugnans malo: quia nolle malū
est velle malū non esse: vel non habere: ideo consequēs
est qd si nolo malum ꝙ velim me illud nolle. Uelle autē
est respectu alicuius sub ratione qua bonum: ad velle au-
tem bonum non est consequens: imo magis repugnās:
ꝙ homo nolit illud quod est consonū illi bono: ⁊ quia
velle bonum est consonum bono volito: ideo ad velle bo
num: non est consequens: sed repugnans ꝙ homo nolit
illud velle. ¶ Questio. V. Q.6.v.

Ar. p[rim]o **Quinto** queritur vtrum volūtas sit no
bilior intellectu. Et videtur ꝙ
non. Illa potentia est nobilior: que habet ob-
iectum vniuersalius. Sed intellectus habet
obiectum vniuersalius ꝙ̄ voluntas: quia obiectum in-
tellectus est ens absolute: sub illa enim ratione intelligit
quicquid intelligit: obiectum autem voluntatis est ens
sub ratione qua bonum: ergo intellectus est nobilior vo
luntate. ¶ Item intellectus potest exire in actum suū Secūdo.
sine voluntate ⁊ non econuerso. Quia sm̄ Aug. 10. de tri.
ca. 1. non possumus velle nisi cognitum. Ergo intellect[us]
est voluntate potentior ⁊ ex cōsequenti nobilior. ¶ Itē Tertio.
intelligere sine appetere nobilius est ꝙ̄ appetere sine in-
telligere: ergo velle ratione huius qd addit super intelli
gere minus est nobile ꝙ̄ intelligere. Sed velle non est a
voluntate nisi ratione huius qd addit super intelligere: Quarto.
ergo voluntas est minus nobilis intellectu ¶ Itē quā-
to motor est prior in mouendo tanto est vltimior in ra-
tione finis. Unde primus motor simpliciter est vltimus
finis simpliciter. Sed in motibus anime intellectus est
prior motor ꝙ̄ voluntas: quia mouet voluntatem: cum
voluntas non possit moueri nisi a bono apprehenso: er-
go actus intellectus est vltimior finis in motibus anime
ꝙ̄ actus voluntatis. Sed quanto finis est vltimior: tan-
to nobilior: ergo actus intellectus est nobilior actu volū Quinto.
tatis: ⁊ intellectus voluntate. ¶ Item duorum moto-
rum ille minus est nobilis qui ab alio recipit formā mo-
uendi. Sed voluntas recipit formam ⁊ modum mouē-
di ab intellectu: quia forma per quā voluntas mouet est
bonum apprehensum per intellectum: ergo volūtas est
minus nobilis ꝙ̄ intellectus. ¶ Item Augustinus. 22. Sexto.
lib. contra faustum: quasi medio loco inter principium ⁊
medium: vult ꝙ in omnibus actibus anime contempla
tio precedat. Sed contemplatio est actus intellectus. Septio
¶ Item philosophus. 12. metaphysice dicit maximam T.c.51.
nobilitatem dei esse in eo ꝙ intelligit. ¶ Item philoso- Octauo.
phus. 10. ethicorum ca. 8. intellectus est optimum eorū
que in nobis sunt: ergo est voluntate melior.

Contra Bernardus libro de libero arbitrio non In op[positu]m
multum post principium dicit de volun-
tate: habet sane quocunqȝ voluit se rationem semper co Secūdo.
mitem ⁊ quodammodo pedissequā. ¶ Item Ans. lib.
de concep. virginali cap. 4. dominium totius regni ani- Tertio.
me attribuit voluntati. ¶ Item Hugo super illud capi
tuli septimi angelice hierarchie calidū acutū ⁊ super
feruidum: dicit ꝙ dilectio supereminet scientie: ⁊ maior
est intelligentia: plus enim diligitur ꝙ̄ intelligatur: ⁊
appropinquat dilectio ⁊ intrat vbi intellectus foris est.
¶ Item illa potētia est nobilior per quā creatura ratio- Quarto.
nalis ⁊ intellectualis magis vnitur cum deo. Sed ma-
gis vnitur cum deo per voluntatem ꝙ̄ per intellectū.
experimur enim nos magis deum diligere ꝙ̄ cognosce-
re. Dionysius etiam ca. 4. de diuinis nominibus magis
attribuit amori esse virtutem vnitiuam ꝙ̄ cognitioni:
ergo voluntas est nobilior intellectu. ¶ Item illa potē- Quinto.
tia per quā magis transformatur creata in similitudinē
creatoris que possibilis est creature est nobilior. Sȝ crea
tura rationalis magis transformatur in aliquam simili-
tudinem dei per voluntatem quā per intellectum. Un-
de Hugo in soliloquio de arra anime non multum post
principium: vim transformādi attribuit amori. ergo no
bilior est voluntas ꝙ̄ intellectus. ¶ Item illa potentia Sexto.
per quā

per quam anima magis viuit in esse secundo: et magis se
mouet in summam vitam que deus est: est nobilior. Sed
voluntas est huius: vnde Hugo vbi supra: circa princi-
pium: dicit sic: anima mea ego scio ꝙ vita tua dilectio est.
T.c.10. Philosophus etiam .9. metaphysice et commē. ibidem.
Expresse volunt ꝙ volūtas determinat rationem ad al-
teram partem: ꝙ non esset verum nisi anima magis mo-
ueret se et principaliꝰ per voluntatem q̃ per rationem:
Septio ergo nobilior est voluntas q̃ intellectus. ¶ Item nobi-
lior est potentia anime que cogi nō potest: q̃ illa que co-
gi potest. Sed homo cogi potest in actiōe intellectualis
cognitionis: quia motus quo res mouetur de necessita-
te ab alio contra propriam inclinationem est motus co-
actus. Sed homo aliquando de necessitate assentit ali-
cui veritati motus ab alio: vtpote ab euidentia rei: vel
ab idoneitate testificantium contra propriam inclinatio-
nem. Unde aliquando assentit alicui veritati dolēs. Sz
homo non potest cogi quantum ad inferiorem actum
voluntatis. Sicut enim dicit Bernardus de libero ar-
bitrio non multum post principium: voluntas pro sui
libertate nulla vi: nulla cogitur necessitate: ergo vo-
Octauo. luntas nobilior est intellectu. ¶ Item philosophus .9.
T.c.10. metaphy. postq̃ locutus est de ratione: quasi statim post
dicit: necesse est vt dominꝰ verius sit aliud: et dico ꝙ h est
appetitus vel voluntas: h habeo expresse per ipm ꝙ vo-
luntas verius dominatur in regno anime q̃ ratio: et ibi-
dem dicit cōmē. de voluntate qd est verum principium
in motibus ipsius anime.

Ad qōnē sm mētē ppoīā. **Respondeo** ꝙ voluntas simpliciter nobilior
est q̃ intellectus. Ad cuius intel-
ligentiam. ¶ Primo videndum est: quid est obiectum
intellectus et voluntatis. ¶ Secūdo declarabitur ꝙ no-
bilior est rō bonitatis q̃ entitatis: vel veritatis. ¶ Ter-
Arti. pri- tio ex his concludetur propositum.
mus. **Quantum** ad primum sciēdum ꝙ formalis ra-
Obm vo tio obiecti intellectꝰ dupliciter pōt
luntatis et accipi. Uno modo pro eo ꝙ primo de qualibet re occur-
intells qd rit apprehensioni intellectus: h est primum intellectum
eē ōndit. de re. Alio modo pro eo per qd res potest ab intellectu in-
telligi: ꝙ tamen primo non occurrit apprehensioni intel-
lectus: sicut intellectum. Primo modo ens absolute est
formale obiectum intellectus: est enim primum qd intel-
lectus intelligit de qualibet re. Secundo modo essentia
rei sub ratione qua res per ipsam est apta nata se manife-
stare: est formale obiectum intellectus: nisi enim res esset
apta nata manifestare se ipsam: nunq̃ eam possemus in-
telligere: et tamen h ratio non est primum intellectum a
nobis: sed ens absolute: vt dictum est. Et quia eēntia rei
inquantum per ipsam res apta nata est se manifestare in-
tellectui est veritas eius: ideo bene dicitur ꝙ vno modo
T.cō.9. formale obiectum intellectus est ens absolute dictum: sm
c.10. quem modum loquitur philosophus de obiecto intelle-
ctus tertio de anima: cum dicit ꝙ obiectum intellectus
est qd quid est. Alio modo formale obiectum intellectus
est verum. Obiectum autem voluntatis: siue accipiatur
pro primo volito: siue pro prima ratione volendi: nō est
ens absolute dictum. Sed ens sub ratione qua bonum:
ratio enim bonitatis in re est illud per qd est a nobis ap-
petibilis: et est illud qd ordine nature pmo est a nobis vo-
litum. Si enim a diligente rem aliquam queratur quare
diligit eam nō respondebit si rationabiliter respondeat: quia
Arti. scōs est ens: sed quia est bona. ¶ Secundo declaro ꝙ fuit cō-
sequenter propositum: ratio bonitatis est ratio perfectio-
nis: ens enim dicitur bonum sub ratione qua perfectum.
Unde res que plene perfecta est: plene bona est: et que di-
minutam habet perfectionem diminutam habet bonita-
tem. Nobilior autem est ratio perfectionis q̃ ratio enti-
tatis tātum. Sicut nobilior est ratio entis perfecti q̃ en-
tis tm̄: h enim regulare est ꝙ ratio perfectionis nobilitat
obiectum maxime: cum eius ambitum non contrahit:
qualis est ratio perfectiōis que est bonitas: tāti enim est
ambitꝰ: sicut ens. Sequitur ergo ꝙ nobilior sit ratio bo-
nitatis q̃ entitatis. Cuius conclusionis veritas faciliter
patet intelligenti ꝙ ratio entitatis absq̃ contractiōe sui
ambitus est de ratione bonitatis. Quod etiam sit nobilior q̃
ratio veritatis patet sic: deus est vltimus finis sub ratio-
ne qua bonus: alias enim ratio bonitatis nō esset in crea-
turis inquantum ordināt ur in ipsum: vt in vltimum fi-
nem. Sed deus sub nobilissima sui ratione est finis vlti-
mus: ergo nobilior est ratio bonitatis q̃ veritatis. Que
comparatio non debet attendi in deo sm aliquem gra-
dum nobilitatis qui realiter sit in ipso: quia omnium que
sunt in ipso est eadem nobilitas. Sed h comparatio in-
telligi debet sm modum nostre apprehensionis. Prete-
rea illa ratio est in ente nobilissima per quam ens est obie-
ctum nobilissime virtutis. Sed ens sub ratione qua bo-
num obiectum est nobilissime virtutis que est charitas:
dicit enim Augustinus .15. de trinita. cap. 18. qd nullum
est isto dei dono excellentius: ergo ratio bonitatis est no-
bilissima ratio que sit in ente. Preterea propter qd vnū-
quodq̃ tale: et illud magis: sm philosophum .1. poste. Sz T.c.5.
ratio entitatis et ratio veritatis bone sunt propter ratio-
nem bonitatis: ratio autem bonitatis bona est formali-
ter per seipsam. Melior est ergo ratio bonitatis q̃ ratio
entitatis vel veritatis. Quod absq̃ omni calumnia dici po-
test in creaturis. Sed qd est melius est nobilius. Dicit
enim Augustinus .6. de trinita. cap. 8. ꝙ in his que non
mole magna sunt idem est maius et melius: qd autem ma-
ius est nobiliꝰ est: ergo nobilior est ratio bonitatis q̃ ra-
tio entitatis: vel veritatis. ¶ Consequēter ex dictis cō- Arti. 3ᵒ.
cludo propositum. Sicut declaratum est in primo articu-
lo: ens sub ratione qua ens: vel verum: est obiectum in-
tellectus: et sub ratione qua bonum est obiectum volun-
tatis. In secundo etiam articulo declaratum est: ꝙ nobi-
lior est ratio bonitatis q̃ ratio entitatis vel veritatis. Ex
quibus sequitur ꝙ ens sub nobiliori ratione est obiectum
voluntatis q̃ intellectus: sed illa potentia anime est no-
bilior: cuius ens est obiectum sub ratione nobiliori. Si-
cut enim in cognitione potentiarum deuenimus per a-
ctus et in cognitionem actuum per obiecta: sm philoso- T.c.32.
phum .2. de anima. Sic in cognitionem nobilitatis po-
tentie deuenimus per cognitionem nobilitatis sui actꝰ:
et in cognitionem nobilitatis actus per cognitionem no-
bilitatis formalis rationis obiecti: ergo sequitur ꝙ nobi-
lior est voluntas q̃ intellectus. ¶ Si autē dicas ꝙ que- Instātia.
dam nobilius est cognoscere q̃ ea diligere dico ꝙ verum
est. Sed h non infringit ea que iam dicta sunt: quia ip- Rñᵒ.
sius actus nobilitas simpliciter attendit per compara- A.l. attē-
tionem ad nobilissimum obiectum. Sed nobilissimum do.
obiectum actus intelligendi et actus volendi est ipse de-
us: ergo per comparationem ad ipsum debet attendi no-
bilitas simpliciter et nostri intelligere et nostri velle. Sz
secundum omnes nobilius est deum diligere q̃ intelli-
gere: in tantum ꝙ ipsa cognitio si non assit dilectio elon- Nō pul-
gat a deo. ¶ Quod etiam concedūt philosophi. Dicit enim chrū dcīsi
Algazel in physica sua libro quito capitulo .4. ꝙ qui cre-
scit in scientia: et non crescit in bona vita elongabitur a
deo. Cum ergo nobilior actus simpliciter sit potentie
simpliciter nobilioris: restat vt prius ꝙ simpliciter nobi-
lior sit voluntas q̃ intellectus. ¶ Pro hac etiam par-
te multum faciunt auctoritates: et alique rationes: spe-
cialiter penultima ad secundam partem adducte.

Ad primum in oppositum cum dicitur ꝙ in- Ad pᵐ.
tellectus habet obiectum vlius
q̃ voluntas etc. dico ꝙ falsum est: tāti enim ambitus est
bonum: quāti ambitus est ens vel verum. ¶ Ad scōm di- Ad 2ᵐ.

cedum ꝙ ꝗ̄uis intellectus possit in aliquē actū sine vo
luntate ⁊ nō econuerso:non tamen ꝓpter h̄ sequit̄ ꝙ sit
nobilior voluntate:q2 incōplementum sui actus qui cō
sistit incompleta formatione verbi non pōt nisi per vo
luntatem. Q̄z patet per Augustinum.9.de trini.ca.vlti.
dicentem ꝙ ꝑtum mentis antecedit appetit⁹ quo id qd̄
nosce volumus querendo ⁊ inueniendo nascit̄ ꝓles ipa
notitia. Actus etiam inquātum potest voluntas cū mo
dico adiutorio intellectus fortissimus est. Ille autem in
quem potest intellectus sine adiutorio voluntatis debi
lis est ⁊ imperfect⁹. Ita ꝙ omnibus pensatis maius est
adiutorium ꝙ facit voluntas intellectui ad perfectionē
sui actus ꝗ̄ illud qd̄ facit intellectus volūtati ad sui act⁹
Ad 3m perfectionem. ¶ Ad tertium cum dicitur ꝙ intelligere
sine appetere nobilius est ꝗ̄ appetere sine intelligere ⁊c̄.
dico ꝙ verum est de actu appetendi qui est in rebus in
rationalibus:qui ꝓprie loquendo nō est actus volendi.
Non est autem verū de illo appetitu qui proprie loquen
do est actus volendi qui est libera inclinatio in rem voli
tam:nobilius enim est libere inclinari in summum bo
num ꝗ̄ ipsum intelligere ⁊ in ipsum non inclinari. Vn̄
velle deum quātum ad illud qd̄ addit vltra intelligere:
Ad 4m nobilius est ꝗ̄ ipsum intelligere sine velle. ¶ Ad quar
tum cum dicitur ꝙ in motibus anime intellectus est ꝑor
motor ꝗ̄ voluntas ⁊c̄. dico ꝙ verum est loquēdo de mo
uente dispositiue:intellectus enim per suum actuz dispo
nit ad actum voluntatis:non est autem verum de mo
uente principaliter ⁊ effectiue. Sicut enim sub deo mo
uet voluntas se ipsam. Nō oportet autem ꝙ primus mo
tor in anima ratione disponentis sit nobilissimus. Sed
ille qui mouet principalr̄ ⁊ effectiue:⁊ ille motor est vo
luntas:⁊ ideo actus voluntatis est vltimior in ratione fi
nis ꝗ̄ actus intellectus:actus enim intellectus ad actuz
voluntatis ordinatur. Cuius signum est ꝙ non quiescit
creatura rationalis in cognoscendo. Sed vltra tendit.
Ad 5m ¶ Ad quintum dicendum:ꝙ minor est falsa:forma eniz
per quam voluntas mouet se non est bonum apprehen
sum:imo est finis motus eius. Sed forma per quam mo
uet se est illud qd̄ est actuale in ea presupposita cognitio
Ad 6m ne in intellectu. ¶ Ad sextum dicenduz:ꝙ Augustinus
in illo verbo per cōtemplationem intelligebat vitam cō
templatiuā que consistit in cognitiōe dei ⁊ dilectiōe:vn
de non intendebat distinguere contemplationem cōtra
dilectionem. Sed contra exercitium operum exteriorū
⁊ moderātiam sensibilium passionuz. Dicit enim sic:in
ipsa ratione que partim est contemplatiua partim acti
ua proculdubio contemplatio ꝓcellit. In hac enim ima
go est dei qua per fidem ad speciem reformamur. Certū
est autem ꝙ imago comprehendit intellectum ⁊ volun
Ad 7m tatem. ¶ Ad septimum dicendum:ꝙ ibi philosophus
non intendit itelligere dei distinguere a suo diligere:vo
lens dicere ꝙ maxima nobilitas dei est in intelligēdo ⁊
Ad 8m diligendo se. ¶ Ad octauum dicendum:ꝙ plus in illo
verbo sub intellectu comprehendit totam partem ani
me intellectiuam que comprehendit itellectum ⁊ volū
tatem. Volens dicere hanc partem eē incomparabiliter
nobiliorem ꝗ̄ vegetatiuam ⁊ sensitiuam.

Consequēter

queritur de secun
do principali. Et
circa h̄ queruntur quinqꝫ. ¶ Primo vtrum
intellectus agens ⁊ possibilis sint potentie di
stincte in anima. ¶ Secundo vtrum memoria ⁊ intelli
gentia sint distincte potentie. ¶ Tertio vtrum irascibi
lis ⁊ concupiscibilis sint distincte potentie in volunta
te. ¶ Quarto vtrum inferior portio rationis ⁊ supe
rior sint distincte potentie. ¶ Quinto vtrum sensuali
tas numeretur sm̄ numerum potentiarum sensitiuarū
cognitiuarum.

¶ Questio. I. Q̄ō.1.

Primo

ostendo ꝙ intellectus agens ⁊ Ar.p⁹.
possibilis non sint distincte po
tentie in anima Auic.6.naturaliuz lib.5.ca.5.
dicit de intelligētia agente ꝙ comparatio ei⁹
ad animas nostras est sicut cōparatio solis ad visus no
stros:ergo videtur ꝙ intellectus agens ⁊ possibilis non
distinguuntur:sicut due potentie:sed sicut due substan
tie. ¶ Item Auic.9.metaphysice ca.3.dicit ꝙ est que Secūdo.
dam intelligentia que instuit super animas nostras:⁊ h̄ Infi. ca.
est intelligentia mundi terreni:⁊ vocamus eam intelligē
tiam agentem:ergo videtur ꝙ intellectum possibilē vo
cat animam nostram ⁊ intellectum agentem quandam
intelligētiam separatam:ergo videtur ꝙ intellect⁹ agēs
⁊ possibilis sint due substantie. ¶ Item philosoph⁹.3. T.cō.19.
de anima:loquens de intellectu agente dicit ꝙ h̄ intelle
ctus est separatus ⁊ immixtus ⁊ ipassibilis. Substantia
autem actu est:ergo videtur ꝙ distinctio intellectus in
agentē ⁊ possibilem non est distinctio potentiarum:sed
substantiarum. ¶ Item imaginatiua per idez abstrahit Tertio.
speciem imaginabilem:⁊ recipit eam:ergo cum intelle
ctiua sit potentior per idem abstrahit speciez intelligibi
lem:⁊ recipit eaz. Sed inq̄ztū abstrahit est agens:inquā
tum recipit est possibilis:ergo intellectus agens ⁊ possi
bilis non sunt distincte potentie. ¶ Itez vnus act⁹ sim Quarto.
plex non est actus distinctarum potētiarum:ergo cū in
telligere sit vnus actus simplex ad quē eliciendum con
currit intellectus possibilis ⁊ agens videtur ꝙ non sint
distincte potentie. ¶ Item intellectus agēs aut iudicat Quinto.
de intelligibili aut non:si non tunc esset minus nobilis
ꝗ̄ intellect⁹ possibilis:quod falsum est:quia vt dicit phi T.c.19.
losophus.3.de anima:semper honorabilius est agens pa
tiente. Si sic cum etiam itellectus possibilis iudicet de
intelligibili:tunc in intellectu essent due potentie qua
rum quelibet per se intelligeret:si intellectus agēs ⁊ pos
sibilis essent distincte potentie.

Contra

philosophus.3.de anima:loquens de itel In opp⁹
lectu agente ⁊ possibili:dicit ꝙ necesse est T.c.17.
esse in anima has differentias:⁊ ꝙ huius potentie intel T.c.18.
lectus possibilis est in quo oīa fiunt:ille vero.i.agēs quo
oīa est facere. Sicut habit⁹ qdā est:vt lumen:ergo vr̄ ꝙ
sint in aīa distincte potētie. ¶ Itē maior est distinctio in
aīa inter actiuū ⁊ passiuū ꝗ̄ iter duo actiua. Sed itell̄s Secūdo.
agēs ⁊ voluntas q̄ sunt actiue potētie sunt distincte potē
tie:ergo multo fort⁹ itell̄s agēs ⁊ pos̄is. ¶ Itez pho.2. Tertio.
physicorum mā ⁊ efficiens nō coincidunt in eandē cau T.c.70.
sam numero:nec etiam in specie:ergo similiter potentia
actiua ⁊ passiua non coincidunt in eandem potentiam
numero:ergo intellectus agens ⁊ possibilis distincte po
tentie sunt.

Ad istaz questionem

dixerūt aliq:ꝙ Ad q̄ōnē
distō intell̄s in sz mētez
agentem ⁊ possibilem est distinctio iter duas substātias: aliorum.
dicentes intellectum possibilem illuz qui est vnitus cor p⁹ opi.
pori. Intellectum autem agentem dicunt esse quādam
substantiam creatam separatam a corpore:superiorez ad
intellectum possibilem irradiando super ipsum facit eū
de nō actu intelligente actu intelligētem. Et huius opi
nionis videtur fuisse cōmē.sup lib.de anima. Et Auicē. 3⁹ð aīa t.
vt pz per auctoritates suas allegatas in opponendo. Et c.18.⁊ ali
aliquibus videt̄ ꝙ Ar.3.de anima:hoc senserit:ꝗ̄uis in bi:
verbis suis:pp obscuritatez eoꝛ bona expō poni possit. Ar.excō.
¶ Sz h̄ opio est erronea ⁊ reprobata ⁊ excōicata a dn̄o
stephano quondam episcopo parisien̄.⁊ sacre theologie
doctore. ¶ Alij dicunt ꝙ itellectus agens est ipse deus: 2⁹.opi.
quia ipse est qui illuminando nostrum itellectum redu
cit ipsum de potentia in actum:⁊ hoc modo illuminat
omnez hominem venientem in hūc mūduz:vt di Joā.1.

Huic

Huic videtur consentire Augustinus.13.de trini.ca.26. dicens ꝙ luce incorporea mens nostra quodammodo radiatur: vt de hys omnibus de quibus iudicamus recte iudicare possimus. Et sicut de sole corporali aliqua dicimus ratione sue substantie ⁊ aliqua ratiōe sue influentie que est lumen. Sic ⁊ de intellectū agente. Unde si loquimur de eo ſm se: sic est substātia increata que est de°. Si ratione sue influentie: sic dicitur intellect° agens eē qḋdam lumen in anima: quo formaľr illustratur ad intelligendum. De quo potest exponi verbum psalmiste dicēns. Signatū est super nos lumen vultus tui domine.

T.c.18. Et verbum philosophi.3.de anima: cum dicit ꝙ intellectus agens est in anima sicut quidam habitus vt lumē. ¶ Sed quāuis verissimum sit intellectuȝ nostrum nō posse reduci de potentia in actum: nisi per diuinam virtutem principaliter operantem: tamen nō sic est consuetudo loquendi: vt ipsum vocemus nomine intellectus agentis: cum non determinando verba loquimur de intellectu possibili ⁊ agente. Sed intendimus h̄ ad anime nostre naturam pertinere: vel ad eius naturales ꝓprietates.

Ad q̄onē ſm mētē ꝓpriā. ¶ Dico ergo ꝙ intellect° agens ⁊ possibilis sunt distincte potentie in anima nostra. Est enim intellectus possibilis potētia passiua in anima nostra qua potest recipere speciem intelligibilem ⁊ motum motione intellectuali: que vltra illud qḋ est in anima nostra: loco materie nihil videtur addere absolutum: sed tm̄ modo habitualem respectum ad speciem in ipsa receptibilē ad passionem receptiōis tam speciei itelligibilis q̄ȝ intellectualis motionis. Intellectus vero agens est potentia actiua in anima nostra qua potest anima de specie intelligibili: in potentia facere speciem intelligibilem in actu: ⁊ se ipsam intellectuali motione mouere: que vltra formale principium anime nostre: nihil videt addere absolutū: sȝ tm̄ modo habitualem respectum ad speciem: vt possibilem fieri actu itelligibilē: ⁊ ad actus suos: qui sunt spēm intelligibilem in potentia facere intelligibilem in actu: ⁊ mouere animam intellectuali motione.

Ad duo p° argu. **Ad duo** prima in oppositū dicēdū: ꝙ nō est stādum verbis Auic. in proposito. ¶ Ad

Ad 3m tertium dicēdum ſm quosdam ꝙ nō est etiā stādū Ar. in proposito: cum in verbo prealligato videat loqui de intellectu agente tanq̄ȝ de substātia separata. ¶ Potest etiam ſm alios dici ꝙ principium actiuū nostri intellect° dicit eē in actu: nō q: sit purus act°: sed q: est quid actiuus principio passiuo: ⁊ eodē sensu dicit ipsum eē qḋ impassibile ⁊ separatū a passione ⁊ imixtuȝ passioni: inquātum per ipm aia non patit: sed agit.

Ad 4m ¶ Ad quartū dicēduȝ: ꝙ nō est simile de imaginatiua ⁊ intellectiua in mō abstrahendi ⁊ recipiendi spēm: quia spēs in imaginatione habet aliud esse q̄ȝ species in itellectu: quia in imaginatione habet eē sensibile in intellectu itelligibile. Sed spēs in imaginatione nō habet aliud eē q̄ȝ spēs in sensu: vtrobiq̄ȝ habet esse sensibile: ideo q̄uis per idē agēs per qḋ spēs facta est in sensu: fiet alia in imaginatione: nō tn̄ per idem agēs pōt fieri in itellectu. Sȝ ad h̄ requirit nona potētia quā vocamus intellectum agēteȝ. ¶ Uel pōt dici: ꝙ sicut in intellectu ponimus principium actiuum ⁊ passiuum: ita modo suo in imaginatiōe ⁊ sensu. Unde

Com.60 vult cōmen. super scḋm de anima: ꝙ sicut in intellectu est dare motorem alium p̄ter rem intellectaȝ: quā philosophus vocat intellectum agentem. Ita in sensu est dare motorem alium preter ipsam reȝ que sentitur: ⁊ patet intuenti verba sua ibideȝ: ꝙ sicut est dare intellectū agētem: ita sensū agentem. Et dicit ꝙ Ar. ponit h̄ in intellectu ⁊ tacuit de sensu: ꝓpter h̄ forte ꝙ ibi nō erat ita clarum.

Ad 5m. ¶ Ad quintum cum dicitur ꝙ vnus act° simplex non est actus distinctarum potentiarum ⁊c. dico ꝙ imo quando vnam respicit: sicut principium passiuum aliaȝ sicut principium actiuum: ⁊ sic motio intellectualis respicit intellectum possibilem ⁊ agentem: ⁊ principalius respicit intellectum agentem q̄ȝ possibilem: quia intellectum agentem respicit: sicut principium actiuum: ⁊ possibilem: sicut principium passiuum. Aliter tamen dicendum est de intelligere eo ꝙ non significat motionem intellectualem absolute: sed in relatione ad illud in quo est ratione cuius relationis contrahitur ad rationeȝ passionis: vt declarabitur in tertio articulo principali. Ad 6m

¶ Ad sextum dicēdum: ꝙ ꝓprie loquendo non debemus dicere: nec ꝙ intellectus possibilis intelligat: nec ꝙ itelligat intellectus agens. Sed anima vel homo itelligit. Sicut enim cum graue: vel leue mouetur: non possumus dicere loquendo proprie: ꝙ principium eius passiuum moueatur: ⁊ actiuum mouear. Sed totū graue: vel leue mouetur per principium passiuuȝ ⁊ mouet se per principiū actiuum: ita dico ꝙ ipsa anima: vel homo mouetur motione intellectuali per intellectum possibilem: ⁊ mouet se motione intellectuali per intellectum agentem. Hoieȝ vl' aiaȝ itelligē: n̄ itellectū agētē vl' possibilē dicimus.

¶ Questio. II. Q̄o.II.

Ar.p°

SEcundo queritur vtrū memoria ⁊ itelligentia sint distincte potentie. Et videtur ꝙ nō. Actus enim memorie est cōseruare species. Sed h̄ attribuit phs intellectui possibili. Tertio de T.c.6. anima: vbi dicit bene dicentes sunt animam esse locum specierum: nisi ꝙ nō tota: sed intellectiua: ergo intellect° possibilis qui est idem ꝙ intellectiua non est potētia distincta ab intellectuali memoria. Secūdo. ¶ Item eiusdem potentie est actus ⁊ habitus. Sed in eadem potētia in qua est habitus scientie conseruanť species intelligibiles: ergo eadem est potentia spērum intelligibilium cōseruatiua: ⁊ in qua est habitus scie ⁊ actus intelligēdi. Sed illa in qua est actus intelligēdi est intelligētia: ⁊ illa in qua cōseruanť spēs intelligibiles est memoria: ergo eadem potentia est memoria ⁊ intelligentia.

Contra imago trinitatis ꝯsistit in anima intellectiua penes vnitatem substātie: ⁊ trinitatem potētiarum: que sunt memoria intelligētia ⁊ voluntas: ſm Aug.10. de trini. versus finem: ergo memoria est potentia distincta ab intelligentia. In opp̄m. ¶ Item in parte sensitiua alia est potentia que apprehendit: alia que conseruat: que enim per sensum cōmunem apprehenduntur in imaginatiua conseruantur: ⁊ que apprehenduntur per estimatiuam cōseruantur per memoriam ſm doctrinaȝ Auic. Secūdo. 6. naturalium lib.4.ca.1. ergo a simili in parte intellectiua: alia ratio est potentie que comprehēdit: alia que conseruat. Sed illa que cōprehendit est intelligētia: alia que conseruat est memoria: ergo memoria est potentia distincta ab intelligentia.

Ad q̄onē ſm mētē aliorum. **Ad istaȝ questioneȝ** dicunt aliq ꝙ memoria ⁊ itelligētia nō sunt distincte potētie: q: potētie distinguunť scḋȝ formales rōnes obiectoꝝ suoꝝ: nō ſm pticulares dr̄ias ꝯtētas sub formali rōne obiecti: formalē aūt rōnē obiectiuo co illud rōne cui° p se ⁊ p° obiectū respicit a potētia: cuiusmodi ē color respectu visus: Son° respectu audit°: vñ visus nō distinguit in plēs potētias pp pticulares dr̄ias coloꝝ: eadē.n. est potētia visiua respectu albi ⁊ nigri. Cū ergo formalis rō obiecti itellc̄s sit ens: vel verū eo ꝙ sub illa rōne p se ⁊ p° respicit qcqḋ respicit: nō distinguit in plures potētias pp diuersas dr̄ias entis: q̄uis distinguatur in diuersas potētias ex diuersa sui cōparatiōe ad ens ſm rōnem actiui ⁊ passiui: q: inquātum passiuus cōparatur ad suum obiectū: vt ens in potētia ad ens in actu. Op. p°. Formalis rō obiecti Et inquātum actiuus cōparať ad suū obiectū: vt ens i actu ad ens in potētia. Ur ergo ꝙ in pte cognitiua aie intellectiue nō sint plēs potētie q̄ȝ intellc̄s agēs ⁊ possib.

Differt i telligētia ab itellu pol'i rōe. Cum ergo memoria nõ sit intellect⁹ agens. Videt ꝙ sit idem ꝙ intellectus possibilis qui realr idem est qḋ intelligentia: differēs tñ rōne. Quia eadē potētia anteꝗ̃ sit reducta in actum dicit intellectus possibilis dr intellectus in habitu qñ est reducta in actum per habitū: ⁊ dr intelligentia quando est reducta in actum per actualem ꝯsiderationē. ¶ Alij dicūt ꝙ memoria ⁊ itelligētia sunt

Opi. 2ª. distincte potētie. Actus enim memorie est ꝯseruare speciem intelligibilem: actus intelligentie est intellectualis motio: non est autem aliqua cōmunis ratio sub qua ens comparetur ad actum conseruandi: ⁊ ad actum itelligēdi: est enim obiectū actus intelligendi inquātum est aptum natum se manifestare intellectui. Sub hac autē ratione nõ est obiectum actus conseruandi: sed sub ratione qua retentibile: ⁊ quia qḋlibet ens aptū natum est retineri: ideo qḋlibet ens potest esse obiectum memorie. Cū ergo potētie distinguant̃ ſm formales rōnes obiectorū: videt ꝙ memoria ⁊ intelligentia sint distincte.

Sustētat 2ᵃᵐ opionez īō dr ad ꝑmū. **Qui vult** hanc opinionē tenere: que magis videtur cōcordare Aug. ⁊ ſʒ quā expressi⁹ potest assignari imago dei in aīa: potest dicere ad ꝑmū ꝙ phs in verbo predicto non attribuit h̃ intellectui possibili: sed anime intellectiue que continet intelligentiā ⁊ memoriam. Et sciendū ꝙ cū distinguimus istas tres potentias in anima. s. memoriam intelligētiam ⁊ voluntatem: quālibet earum intelligimus esse compositam ex actiuo ⁊ passiuo: actiuum enim anime nõ tm̃ inuenitur in potentia cognoscente: sed etiam in potentia volente:

Actiuū ⁊ passiuū tā i volūtate ꝗ̃ in itelligētia ⁊ mēoria ⁊ in potentia retinente. Unde voluntas per suū actiuū mouet se ⁊ per suum passiuum mouet̃: ⁊ similr intelligētia. ¶ Memoria etiam nõ tm̃ conseruat species intelligibiles per suum passiuum: nõ enim idem est cōseruare ⁊ recipere: sed ad conseruandū cōcurrūt actiuum ⁊ passiuū simul. Sicut videmus ꝙ lumen qḋ recipit̃ i medio: ⁊ tñ ad eius conseruationem nõ sufficit ipsum medium: ſʒ cōseruatur ꝑncipaliter per suum actiuum ꝑncipiū. Et ex h̃ moti fuerunt quidam ad dicēdum intellectum agentē esse memoriam. ¶ Magis enim debet dici actus memorie

Ad 2ᵐ conseruare ꝗ̃ recipere. ¶ Ad scḋm dicēdum: ꝙ nõ opʒ ꝙ ad eandem potentiam pertineat habituari ⁊ cōseruare spēm intelligibilem: cum anima nõ est in actu intelligendi: species enim non sunt de essentia ipsius habitus. Nec sunt ſm illos qui tenent hanc opinionē imediata rō intelligendi. Sed ille que ex hijs gignunt̃ que nõ manent nisi dum intellectus actu itelligit: ⁊ talis spēs est in illa potētia: cuius est actus intelligendi. Sed ista species memoriter non retinēntur: qꝛ simul cū actu itelligēdi esse desinit: ⁊ h̃ species ſm ipsos dicitur verbum.

Sustētat ꝑᵃᵐ opionez īō dr ad ꝑᵐ in oppositū **Qui vult** tenere ꝑmam opinionem pōt dicere ad primum ad partē secūdam: ꝙ imago cōsistit i memoria intelligētia ⁊ volūtate: nõ ſm ꝙ nominant tres potentias: sed tres habitus: vel tres actus i vna substātia. Dicit̃ tamē aliquo modo imago cōsistere i intellectu ⁊ volūtate inquātū predicta tria virtualiter

Ad 2ᵐ sunt in istis. ¶ Ad secūdum dicēdū: ꝙ nõ est simile: ea enim que multiplicant̃ in inferioribus vniunt̃ magis in superiorib⁹: quia in summe supremo omnia sunt vnum: ⁊ ideo quāuis in ipsa sensitiua per vnā potentiam nõ sit apprehensio: ⁊ similitudinis rei apprehēse cōseruatio: tñ in anima intellectiua possunt esse ista duo per vnam potentiam.

¶ Questio. III.

Qõ. iii. Ar. ꝑº **Tertio** querit̃ vtrū irascibilis ⁊ cōcupiscibilis sint distincte potētie in volūtate. Et videt̃ ꝙ sic: qꝛ sunt distincte potētie in appetitu sensitiuo: ergo a simili in appetitu itellectiuo: vel quare nõ. ¶ Item spes ⁊ charitas sunt in volūtate.

Secūdo. Sed spes est in irascibili: qꝛ respicit bonū sub rōne qua arduum: charitas in ꝯcupiscibili: qꝛ respicit bonum sub ratione qua delectabile delectatione vera: ergo videt ꝙ irascibilis ⁊ concupiscibilis sunt due potentie in volūtate. ¶ Item ſm phm̃. 2. de anima: potētie inotescunt per

T. c. 22. actus: ⁊ actus per obiecta. Cum ergo volūtas respicit bonum sub ratione duplici. s. sub ratione ardui ⁊ delectabilis: videt̃ ꝙ volūtas sit distincta in duas potētias: quarum vna tendit in arduum. Et h̃ dicitur irascibilis: alia in delectabile: ⁊ h̃ dicitur concupiscibilis.

In opp^m **Contra** Dam. lib. 2. ca. 21. dicit ꝙ concupiscentia ⁊ ira sunt passiones animales: ⁊ vocat passiones animales que sunt in appetitu sensitiuo: ergo videt̃ ꝙ iste due potentie sint in appetitu sensitiuo non electiuo. ¶ Item a philosopho nõ inuenitur appetit⁹ distin-

Secūdo. ctus in irascibilem ⁊ cōcupiscibilem nisi sensibilis: ꝓbabile autem videtur ꝙ si ita eēt in appetitu electiuo ipm in istas duas potentias distinxisset.

Ad qōnē ſʒ mēte ꝓpā. **Respondeo** ꝙ quāuis volūtas tendat: ⁊ in arduum ⁊ in delectabile: nõ tamen possumus dicere ꝓprie loquendo: ꝙ distinguat̃ in irascibilem ⁊ concupiscibilem: tanꝗ̃ in duas potentias: qꝛ cū anima tendit in aliquod obiectum sub aliqua ratione generali: non distinguit̃ in plures potentias ꝓpter speciales rationes sub illa generali contentas. Unde qꝛ visus respicit obiectum suum sub ratione qua color: nõ distinguitur in plures potētias propter diuersas species coloris: voluntas autem respicit arduū ⁊ delectabile sub aliqua ratione cōmuni arduo ⁊ delectabili: respicit enī bonum sub cōmuni ratione boni sub qua continetur ratio ardui: ⁊ ratio delectabilis: ⁊ ideo ꝓpter illas diuersas rationes speciales boni: non oportet voluntatē in plures potentias diuidi. Non sic autem dici potest de appetitu sensitiuo: qui ꝓpter sui artationem non attingit ad communem rōnem boni: vnde arduum ⁊ delectabile sub aliqua cōmuni ratione nõ respicit: ⁊ ideo ſm has duas rationes in duas potentias distinguit̃. s. in concupiscibilē per quā tendit in delectabile: ⁊ irascibilem per quam in arduum tendit.

Ad ꝑᵐ Ad 2ᵐ **Et sic** solutum est primum argumentum in oppositum. ¶ Ad secūdum dicēdū: ꝙ quāuis spes in volūtate sit sub ratione qua respicit arduum: ⁊ charitas ſm ꝙ respicit delectabile verum: vel bonum simpliciter: non tamē ex hoc sequitur ꝙ irascibilis ⁊ concupiscibilis sint due potentie in voluntate: quia potētia superior sine sui multiplicatione bene habet actus correspōdentes pluribus potentijs inferioribus: non tamen per eundem modum. Sed modo altiori ⁊ nobiliori: ⁊ certe altiori modo tendit voluntas in arduū ⁊ delectabile verū: vel bonū simplr: ꝗ̃ appetit⁹ sensitiuus p duas poten-

Ad 3ᵐ tias i arduū ⁊ delectabile sensibile. ¶ Ad tertium pʒ solutio per ea que dicta sunt in corpore questionis.

¶ Questio. IIII.

Qõ. iiii Ar. ꝑº **Quarto** querit̃ vtrū iferior portio rōnis ⁊ supior sint disticte potētie. Et vr̃ ꝙ sic. Aug. 12. de tri. ca. 3. iferiorē portionē cōpat mulieri: ⁊ supiorē viro: ⁊ dicit iter eas eē spūale ꝯiugiū: ergo sicut i cōiugio carnali vir ⁊ mulier sūt distincte psone: ita vr̃ ꝙ in isto ꝯiugio spūali portio supior ⁊ i-

Secūdo. ferior sint disticte potētie. ¶ Itē ſʒ Aug. eodē li. c. 4. nõ attēdit̃ imago dei i aīa nisi ſʒ portionē supiorē. Sʒ eē de ratione imaginis: ⁊ non esse eidem potentie conuenire non potest: cum esse imaginem sit quid inseparabile ab anima: ſm illud psalmiste in imagine pertransit homo. Ergo portio superior ⁊ inferior: sunt distincte potentie.

Tertio. ¶ Item ſm philosophum. 6. ethi. ca. 2. altera pars anime est respectu non cōtingentium aliter se habere: altera respectu cōtingētium aliter se habere. Sed ſm Aug. 12. de trini. ca. 3. superior portio vacat contemplationi incōmutabilis veritatis: inferior portio inferioribus tra-

ctandis

eiundis ⁊ gubernandis. Cum ergo incōmutabilez veritatem non cōtingat aliter se habere: ⁊ ista inferiora cōtingat aliter se habere. Videt ꝙ altera pars anime sit superior portio rationis ab inferiori.

A.l. po^a. Quarto. ¶ Item cum: vt superi^o dictum est: lib. 1. potentie anime nō distinguunt: nisi sm relationes ad actus ⁊ obiecta: ⁊ alia sit relatio intellectus ad superiora ab illa relatiōe que est ad inferiora: ⁊ sm portionem superiorem referat ad superiora: ⁊ sm inferiorē ad inferiora. Videtur ꝙ ille due portiones sint in anima due distincte potentie.

In opp^m **Contra** Augustinus. 12. de trinita. ca. 4. cuʒ de natura mentis humane disserimus: de vna quadam re disserimus: nec eam in h duo que cōmemorauimus .i. superiorem portionem ⁊ inferiorem nisi per officia

Secūdo. geminamus: ergo nō sunt due potentie. ¶ Item idem est habitus quo diligitur summa bonitas: ⁊ propter eam inferiora: ergo cum minor diuersitas sufficiat ad distinctionem habituum ꝗ potentiarum: cum in vna potentia sint plures habitus. Videtur ꝙ ad cōsiderandum incōmutabilem veritatem ⁊ inferiora ꝑpter eam: sufficiat vna potentia in intellectu.

Ad qōnē sm mētē ꝓpriā. **Respondeo** ꝙ inferior portio rationis ⁊ superior non sunt due distincte potentie: intellectus enim noster inquātum contemplatur incōmutabile veritatem dicitur portio rationis superior:

Quid portio superior ⁊ inferior. inquantum autem cōtemplatur ista inferiora ad administrandum quāuis recte dicitur portio inferior. Scōm ꝙ expresse patet per Augustinum. 12. de trini. cap. 3. Et quia incōmutabilis veritas nobilior est hijs inferiorib^o: ⁊ quia etiam est eorum cām: ⁊ intellectus maxime dirigitur in consideratione effectuum per cōsiderationeʒ cause: ideo ratio per considerationem incōmutabilis veritatis regit se ipsam in consideratione inferiorū. Cui videt concordare Augustinus non tātum in loco primi allegato: sed etiam. 9. de trini. cap. 6. vbi vult ꝙ super mentem nostram: sunt quedam regule incommutabiliter manētes quibus recte approbamus: vel improbam^o qua nos contingit recte approbare: vel improbare. Et quia etiaʒ incommutabilis veritas fortior est ⁊ purior ꝗ creata veritas: ideo ratio nostra per conuersionem ad eam vigoratur ⁊ fortius illuminatur: ⁊ per sui conuersionem ad inferiora aliquo modo debilitatur ⁊ minus illuminat. Et quia vir est mulieris rector ⁊ ea superior: ⁊ in rōne viuacior ⁊ stabilior: ideo superior portio rationis comparatur viro: ⁊ inferior mulieri. Nec ex hijs potest concludi ꝙ due potentie sint: quia intellectus respicit incommutabilem veritatem: ⁊ ista inferiora sub vna ratione communi analoga. s. sub ratione veri: vel sub ratione entis. Et quia h ratio per prius ⁊ nobilius conuenit incommutabili veritati ꝗ inferioribus istis: potest etiam summi penes h: ratio quare intellectus per sui conuersionem ad incommutabilem veritatem dici debeat portio rationis superior: ⁊ per comparationem ad inferiora: portio rationis inferior.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum dicendum: ꝙ inter portionem superiorem ⁊ inferiorem dicitur esse coniugium secundum similitudinem: non proprie scilicet sm habitudinem diuersorum officiorum non personaruʒ: non oportet enim ꝙ in omnibus sit simile.

Ad 2^m ¶ Ad secūdum cum dicitur ꝙ esse imaginem ⁊ non esse eidem potentie cōuenire nō potest ⁊c. dico ꝙ verum est sm eundem respectuʒ. Sed sm diuersos respectus in actu: vel in aptitudine possibile est. Nō est ergo inconueniens ꝙ potentia intellectiua sm sui cōuersionem actu: vel aptitudine ad incommutabilez veritatem sit de ratione imaginis: ⁊ non sub rōne qua actu vel aptitudine conuertitur ad inferiora.

Ad 3^m ¶ Ad tertium cum dicitur ꝙ altera pars anime est respectu necessariorum: ⁊ altera respectu contingentium ⁊c. dico ꝙ ibi nō vocatur altera pars idem ꝙ altera potentia. Sed eadeʒ potentia sm diuersa officia partita: ⁊ aliquo modo est similis distinctio inter intellectum speculatiuum ⁊ practicum: qui tamen sunt eadem potentia.

¶ Ad quartuʒ dicendum: ꝙ quāuis alia sit relatio intellectus ad superiora: ⁊ alia ad inferiora propter diuersitatem rationuʒ specialium. Inquātum tamen referuntur ad ea sub vna ratione communi analoga vna generali relatione refertur ad ea: sm autem relationes intellectus ad speciales rationes obiecti: non oportet multiplicari potentias. Ad 4^m

¶ Questio. V. Q̄ō. v.

Quinto queritur vtruʒ sensualitas numeret sm numerum potentiarum sensitiuarum cognitiuaruʒ. Ar. p^o Et videtur ꝙ sic. Sensualitas est appetitus sensitiuus. Sed quelibet potētia sensitiua cognitiua est appetitus sensitiuus: aut ipsum cōcomitatur sensitiuus appetitus illi proprius: quia quelibet illarum potentiarum suam appetit perfectionem: ergo sensualitas numerat sm numerum potentiarum sensitiuarū cognitiuarum. ¶ Item si sensualitas non numeraret sm numerum ꝑdictarum potētiarum haberet organum distinctum ab organis earum. Sed hoc est falsum: nō eniʒ inuenitur organum anime sensitiue ꝙ nō sit organū alicuius potentie cognitiue: ergo videt ꝙ sensualitas numeret sm numerū potētiarum sensitiuarū cognitiuaꝝ.

Contra sensualitas est appetit^o sensitiuus. Sʒ nō est nisi vna potentia sensitiua appetitiua: quia quicquid appetit sensus appetit sub vna ratione. s. sub ratione delectabilis sm sensum: qḋ patet per h ꝙ nihil refugit nisi sub rōne qua contristabile sm sensum: ergo sensualitas non numerat sm numerum potētiarum sensitiuarum cognitiuarum.

Respōdeo ꝙ sensualitas nō numerat sʒ numerum sensitiuarum potentiarum cognitiuarum: quia sensualitas est appetitus sensitiuus cōmunis. Talis appetitus autem sensitiuus non distinguitur nisi in duas potentias. s. cōcupiscibilem ⁊ irascibilē. Distinctio enim potētiarum innotescit per distinctioneʒ rōnum formalium obiectorum suorum. Appetitus autē sensitiuus quicqd appetit: aut appetit: qꝛ est delectabile sm sensum: aut apprehendit sub ratione ardui: nec preter ea duo appetit sub aliqua rōne cōmuni. Sequit ergo ꝙ sensualitas non est vna potentia tm̄: nec distinguit in plures potentias ꝗ in duas.

Ad primuʒ in oppositū dicēdum: ꝙ potentiam cognitiuā appetere suā ꝑfectionē dupl'r pōt intelligi. Vno mō de appetitu nāli antecedente ordine nature cognitionē: ⁊ talis appetit^o numerat sm numerationē eaꝝ. Aut de appetitu ordine nāe sequēte cognitionē: ⁊ talis appetit^o nō numerat sm numeꝝ eaꝝ: nec. n. tali appetitu potētia cognitiua suā ꝑfectionē appet: t. Sʒ sensiens appetit^o: cuiuslibet potētie sensitiue cognitiue appetit suā ꝑfectionē. ¶ Ad scōm dōm: ꝙ minor est falsa. Sicut. n. organa potētiarū sensitiuaꝝ cognitiuaꝝ sunt in capite: sic organa sensualitatis sunt in corde. ¶ Qꝫ vt posse ꝯiecturari per verba Ar. 3. de aīa: ꝗuis ab ipso expsse nō habeat ibidē. Vñ ⁊ cōmē. ibidē dicit ꝙ instrm ꝑ qḋ corp^o desiderat ꝑmo ⁊ v'r non est cognitū a nobis: tñ postea sentire vr ꝙ illud mēbrū est cor. Cuius signū est: qꝛ i forti motu cōcupiscibilis: vel irascibilis hō experit maxie motionē in corde. ¶ Aliqui tamen dixerunt illud organum eē epar. Vnde ⁊ homines ⁊ mulieres calidi epatis fortis sunt concupiscentie ⁊ affectuose amant. ¶ Sed ꝑma opinio verior est: epar enim organum est virtutis digestiue: ⁊ cūda digestione digerētis. In eo ꝯe enim humores gñ inturt

A.l. ad pmū l op^m dōm ꝙ potētiā cognitiuā appetere suā ꝑfectiōeʒ triplr sm aliquos pōt intelligi vno mō de appetitu nāli ante ordie nāe cognitioneʒ: vel sequēte ꝑticulari intētiōe: ꝓ opionē ponētium potētias sensitiuas appetitiuas ꝑticulares correspōdētes sēsib^o ꝑticularibus: de q^o fiet mētio li. 3°. ⁊ talis appetitus nūerat sm numerationē eaꝝ: aut de appetitu sēsitiuo cōi ⁊ talis appetit^o nō numerat sm nūeꝝ eaꝝ: nec eni tali apetitu potētia cognitiua suā ꝑfectiōeʒ appetit: sed ille sēsitiu^o appetitus cuiꝫ potētie sensitiue cognitiue appetit suaʒ ꝑfectionem.

Viri z mulieres epatis calidi affectuose cōcupiscūt.

z quia in calido epate generantur humores feruentes q postea transmittuntur per corpus z faciunt organū sensualitatis feruere: ideo viri z mulieres epatis calidi multum concupiscunt affectuose. ¶ Ad argumentum ad partem aliam dicēdum: q minor est falsa: q patet ex dictis in corpore questionis.

Consequēter queritur de tertio principali. Et circa h quertunt .5. ¶ Primo vtrum in intellectu sit aliqua actio: vel passio ordinenature ante intelligere. ¶ Secundo vtrum nostruz intelligere sit agere. ¶ Tertio vtrum intelligamus substātiam per ppriam speciem ipsius substātie. ¶ Quarto vtrum possimus singularia intelligere. ¶ Quinto vtruz intellectus noster argumentando discurrens a creaturis ad creatorem in fine discursus intelligat per suam naturalem virtutem diuinam essentiam imediate. ¶ Qō. I.

Qō. I. Ar. pº.

Primo ostēdo q in intellectu nō sit aliqua actio: nec passio ordine nature ante intelligere: qz in sensu nō est aliqua actio vel passio ordine nature: ante sentire: ergo a simili in intellectu non est aliqua actio: vel passio ordine nature ante intelligere.

Secūdo. ¶ Item in volūtate nō est actio ante velle: ergo a simili in intellectu non est aliqua actio ante intelligere.

In opm. Contra. prius ordine nature est cōuersio intellectus ad intelligibile: qz ipsum intelligat. Sicut prius ordine nature est cōuersio visus ad visibile: qz ipsum videat. Sed conuersio intellectus ad itelligibile est aliqua actio in itellectu: ergo in itellectu est aliqua actio

Secūdo. ordine nature ante intelligere. ¶ Item conatus intellectus ad intelligēdum est actus differēs ab actu intelligē

Circa principium. di: qd probo per simile. Dicit Auic. 9. meta. ca. 2. q iclinatio ad motum que est i mobili quiescēte per violētiaz: nō est motus: nec virtus mouens. Inclinatio aūt illa est quidam conatus ad motum. Sed conatus ad itelligēdum ordine nature videtur pcedere ipsum intelligere: sicut inclinatio ad motum ipsum motū: ergo in intellectu est aliqua actio ordine nature ante intelligere.

Ad qōnē sz mētez ppriā.

Ad istaz questionez dixerunt aliqui q differt dicere aliqz actionem intellectus ordine nature pcedere actum itelligēdi: z aliquā actionē eē in itellectu ordine nature ante actum intelligendi. Actio. n. itellectus agentis que cōsistit in faciendo intelligibile in potentia intelligibile in actu ordine nature prius est qz actus intelligendi. Sed quāuis h actio sit intellectus inqztum est ab eo: nō tamē est in eo sz in fantasmate qd est passuz: z actio trāsiens in aliquid exterius est in eodem subiecto in quo est passio:

T. c. 20. sm doctrinam phi. 3. phy. Cum ergo nulla actio intellectus alia ab ista que dicta est pcedat ordine nature actuz intelligēdi: dicūt q in intellectu nō est aliqua actio prior ordine nature qz actus intelligēdi. ¶ Et si dicatur eis q prius formaf ordine nature: spēs intelligibilis in intellectu qz intellectus intelligat: dicūt h eē falsum. Quia sicut dicit Auic. 6. nāliuм lib. 5. ca. 6. formam intellectā eē

2ª opi. in aīa hoc est qd apprehēdere eā nō pōt: ergo dici q vnū sit prius alio nā. ¶ Aly dicūt q in itellectu est aliq actio ordine nature ante intelligere: qz itellectus per suū actiuū: tanqz per principale agēs sub deo: mediante fantasmate tanqz instrāli agēte educit de sui potētia inqztū est possibilis spēm intelligibilē per quā intelligit rez quā per essentiaz intelligere nō pōt. Talis aūt eductio spēi aliqua actio est ab itellectu z in itellectu: z ordine nature ipsaz intellectionē pcedit. ¶ Preterea informatio potētie cognitiue a specie cognoscibilis: nō est sufficiēs rō eliciēdi cognitiōis actū: qd pz tam in sensu: qz in itellectu: potest eniz cōtingere: q hō hn̄s oculos apertos z in directa op

positione ad colorem: ipm colorē nō videat. Cum tamē eius oculi recipiant coloris similitudinē: planū est etiaz q intellectus noster nō semp intelligit res quaz habet in se species intelligibiles. Intellectus etiam angelicus: nō semp intelligit in proprio genere oēs res: quaz hz spēs intelligibiles Sed potest actu ɔsiderare vnaz z nō aliā. Restat ergo p ad actū cognoscendi requirit cū ipsa spē informante potētiaz aliqua determinata habitudo ipsius potentie cognoscitiue ad cognoscibile: ordine nature cognitionem pcedens. Hoc aūt habitudo nō semp causaf per variationem factaz in cognoscibili. Causaf ergo per aliquam variatonē factam circa potētiaz: z h est forte qd ab aliquibus dicif aliqua cōuersio potētie ad obiectum: que cōuersio nō est cognitio: sed psupponif a cognitiōe.

Sustētās 2am opionez iō dē ad pm principale. Circa principium.

Qui vult tenere hāc opionem pōt dicere ad primum in oppositum q maior est falsa: vt visum est in corpore questionis. ¶ Ad scdm etiā dicēduz: q maior est falsa: dicit enim Auic. 9. meta. c. 2. q nulla virtus mouet: nisi mediante inclinatione: que non est virtus mouēs: nec ipse motus. Pōt ergo dici q ipsa volitio presupponit in volūtate aliquā inclinationē ad volendum: quāuis nō ad volendum determinate hoc: vel illud z forte hanc inclinationem vocat Ans. lib. de similitudinibus ca. 1. affectionez: quā distinguit a potētia voluntatis: z ab actu volendi dicens: q est eorum que mēs non memorat. ¶ Sed quia aliquibus non videf probabile q in voluntate aliqua actio precedat actum volēdi. Nec Auic. per pdictam inclinationem intellexit aliquā actionē: sed dispositionē coadiuuantez virtutē ad mouēdum. Et loquif de inclinatione qua mediante mouetur corpus celeste a suo motore: z de illa qua mediante mouetur graue inferius: z leue superius a naturali loci virtute que est in eo per influentiam celestem in aliqua debita pportione. Ideo aliter soluēdum est ad argumētum dicendo q nō procedit per bonum simile: quia ad h q intellectus intelligat: prius opz ipsum reduci in actu per receptionem intelligibilis speciei. Sed ad hoc q voluntas possit exire in actum volendi sufficit q prius ordine nature apprehēdatur eius obiectū per intellectum.

Sustētās pam opēm iō dē ad pm i opm

Qui vult tenere primam opinionem potest dicere ad primum ad partem secūdam q preter illam dispositionem que requirif in potētia ad receptionem speciei nō est alia cōuersio: nisi apprehensio: z quia receptio speciei intelligibilis in intellectu non est aliud qz intelligere ipsum intelligibile: quia nō ponūt aliam speciem in intellectu qz ipsam intellectionem quā imediate dicunt in intellectu causari ab ipso intelligibili facto in actu per intellectum agentem. Ideo nulla cōuersio que sit aliqua actio in ipso intellectu precedit intellectionem: nec in sensu sentiendi actū. Unde Aug. dicit 11. de trini. ca. 2. q forma que a corpore visibili imprimif sensui visus visio vocatur.

Ad 2m ¶ Ad secūdum dicēdum: q conatus ad intelligendum: nō videtur esse aliud qz appetere intelligendi actum: ipsum autē appetere non precedit quēcūqz actum intelligendi: quāuis precedat actū intelligendi formatum: sm Aug. 9. de tri. versus finem: actus etiam appetendi non est actus intellectus: sed appetitiue potentie. ¶ Qō. II.

Qō. II. Ar. pº.

Secundo queritur vtrū nostrum intelligere sit agere. Et videtur q sic: sm phm primo ethicorum ca. 9. felicitas ɔsistit in actu. Sed felicitas consistit in intelligendo primum principium: sm phm. 10. ethicorum cap. 8. ergo intelligere est

Secūdo. agere. ¶ Item intelligere est iudicare. Sed iudicare est agere: ergo intelligere est agere.

Tertio. ¶ Item videre est agere: basiliscus enim videndo hominem interficit: z mulier tempore menstruorum speculum inficit: sicut dicit

philosophus

philosophus scdo[libro de somno ⁊ vigilia. Sed intellc⁹
Quarto. magis est actiuus: q̃ sensus: ergo intelligere est agere.
¶ Item illud quod non debetur rei nisi cū est ad actū
reducta est agere. Sed intelligere nō debetur intellectui
Quinto. nisi inquātum est reductus in actum per similitudinē:
ergo intelligere est agere. ¶ Item pati est ignobilitatis:
vnde res maxime ignobilis est maxime passibilis. Sed
Sexto. intelligere est magne nobilitatis: ergo ē agere ⁊ nō pati.
¶ Item intelligere est dicere: intelligendo enim forma-
n opp^m tur verbum. Sed dicere est agere: ergo ⁊ intelligere.

Contra si intelligere est agere: illa potētia cui⁹ est: est actiua. Sed intellectus passibilis cuius
est intelligere est potētia passiua: ergo itelligere est pati.
Secūdo. ¶ Item cōtrario modo se hꝫ intellect⁹ in intelligendo
⁊ volūtas in volendo. cum velle sit mot⁹ ab aia: ⁊ intelli
gere ad aiam. Sed velle est agere: ergo intelligere est pa-
Tertio. ti. ¶ Item si intelligere est agere: intelligi est pati. Sed
ħ est falsum: q: res que intelligit: inquātum intelligitur
Quarto. nō patit: ergo itelligere nō est agere: sed pati. ¶ Itē phs
T.cō.2. tertio de aia dicit ꝙ intelligere est quoddam pati.
c.12.
Ad qōnē **Respondeo** ꝙ nrm intelligere cōsistēs in sim plici apprehēsione in qua non est
sꝫ mētē cōpositio: nec diuisio ē pati. Q. sic pꝫ: sm phm. 9. meta.
ppalē. quedā actiones sunt que trāseunt in exterius sbm: sicut
T.c.16. texere ⁊ edificare: quedā que remanent in agēte: sicut vi
sio in vidente: ⁊ speculatio in speculante. Nūc aūt ita est
ꝙ actio trāsiens in exterius subiectum ⁊ passio sibi cor-
respōdēs radicant in vno motu: ⁊ differūt sm diuersas
habitudines: q: motus: vt a mouente est actio. Et sic si-
gnificat per mouere: mot⁹ vt imobili est pati. ⁊ sic signi-
ficat per moueri. Mot⁹ aūt absolute significat⁹ dicit qd
cōtrahibile ad actionē ⁊ passionem. Sed in qbusdā spē-
bus motus: nō est vnum nomē īpositū ad significādum
ipm in cōparatione ad mouēs. Uerbi grā currere signi-
ficat cursum: vt imobili: vñ currere est pati: q: est moue
ri nō mouere. cursus significat illud qđ significat absolu
te. nō est aūt vnū nomē īpositum saltē vsitatū quo signi
ficetur cursus: vt a mouente. Predicta aūt dña inter ac-
T.c.21. tionē ⁊ passionem habet a pho. 3. phy. ca. de motu: vbi
dicit ꝙ actio: ⁊ passio sunt vnus motus ⁊ differūt: sicut
via ab athēis ad thebas: ⁊ a thebis ad athenas. Et eius-
dem sniē est Ans. lib. de veritate ca. 8. vñ dicit ꝙ pcussio
est agētis ⁊ patientis. Uñ ⁊ actio dici pōt ⁊ passio: ⁊ acci
pit ibi percussio: put est nomē: ⁊ vt pꝫ suam sīaꝫ intuēti
ibidem ipse vult ꝙ illa motio: vt est a pcutiēte est actio.
⁊ vt ē in pcusso ē passio. ¶ A simili dico aliqualr ꝙ mo
tio sensibilis pōt cōsiderari absolute: ⁊ sic dicit quid con
trahibile ad actionem ⁊ passionē. ⁊ ipsa inq̃tuꝫ ē a sensu
est actio: ⁊ inq̃tum est in sensu est passio. Uñ pħs lib. de
plātis dicit ꝙ sensus est passio sentientis. Nec mireris:
Scdo de q: dixi motionem sensibilem esse a sensu ⁊ in sensu: q: in
anima. t. sensu est cōsiderare ⁊ actiuū ⁊ passiuū: vt superius eadeꝫ
cō. 60. dis. per cōmē. est ostensum. Et huic ꝯcordat Aug. 12. sup
gen. non multū ante mediū: vbi pbare nitit ꝙ corp⁹ nō
pōt facere suā sitūdinē in virtutē sensitiuam. Sed vir-
tute sensus fit in sensu: q̃đ nō esset verum nisi in sensu eēt
principiū actiuūꝫ ⁊ passiuum. Per sentire aūt ⁊ videre
significat ipsa motio sensibilis: vt in sentiente: ⁊ iđ dicit
Aug. lib. de quātitate aie: quasi i medio libri ꝙ videre est
pati. Uisio aūt significat illā motionē absolute: nō habe-
mus aūt vnū nomē īpositum saltem vsitatū quo signifi
cetur visio: vt a vidēte. ¶ Ex dictis possumus facilr de
clarare: q̃ñ intelligere est pati: motio enim intellectua-
lis est ab intelligente per actiuū intellectus: ⁊ est in intel
ligente per passiuum ipsius intellectus. Pōt ergo cōsi-
derari: vt est ab intelligente: ⁊ vt est in intelligēte: ⁊ etiā
absolute. ¶ Primo mō nō est vnū nomē īpositū saltem
vsitatū ad significādum eam. Nisi forte ħ verbū dicere:
ꝙ ideo dico: q: sm vnā acceptionē verbi ipsa intellectio
formata: verbū est sm Aug. dicētem in sermone de nati-
uitate beati Joānis ꝙ verbū est ipsa cogitatio. dicere aūt
est formare verbū: vnde sicut mouere est facere motum:
ita dicere videt idem ꝙ formare motionē intellectualeꝫ.
¶ Secūdo modo significatur per ħ verbū intelligere.
¶ Tertio modo per ħ nomen intellectio. Cum ergo ip
sa motio intellectualis: inquātum est ab itelligibili age-
te sit actio: sequit ꝙ dicere est agere. ⁊ cum ipsa motio in .i. ab in
tellectualis inquātum est in intelligente: sit passio: sequi telligēte.
tur ꝙ intelligere sit pati. passione tamen que est salus.
Unde est de illis verbis de quib⁹ dicit Priscianus in mi
nori volumine: ꝙ sub voce actiui ⁊ constructione actiui
significant passionem. ¶ Uideo ergo ꝙ dicere ⁊ intelli
gere in vna intellectione radicant. nec addit dicere ali-
quid sequit intellectionem ꝙ sit medium inter ipsam ⁊
intellectum: nisi relationē ipsius ad intellectum inq̃tū
ab ipso est. nec intelligere nisi relationē intellectionis ad
intellectum inquantum in ipso est.

Ad primum in oppositum cum dicit ꝙ felici tas cōsistit in actu ⁊c. dico ꝙ ibi Ad p^m
accipit actum pro motione intellectus ⁊ affectus nō tm̄
inquātum est ab intelligente ⁊ diligente: sed etiā inquā-
tum in intelligente ⁊ diligēte: ⁊ sic nō tm̄ excedit nomē
actus ad actionem ꝑprie dictam: sed etiam ad passioneꝫ
que est salus ⁊ secūdaria perfectio patientis. ¶ Ad scdꝫ Ad 2^m
cum dicitur ꝙ iudicare est agere ⁊c. pōt dici ꝙ iudicare
significat ipsam intellectionem nō put est simplr appre- Differt
hensio: sed prout est cum compositione ⁊ diuisione: non iudicare
vt est in intelligente: sed vt est ab intelligente. Intellige ab intelli
re autem significat non tm̄ apprehēsionem cōpositaꝫ: sꝫ gere.
simplicem: ⁊ tm̄ vt est in intelligente. ¶ Uel pōt dici ꝙ
⁊ si iudicium extēdatur ad simplicem apprehensionem:
sm illud Job. 12. non ne auris verba dyiudicat: ⁊ fauces
comedentis saporem: per iudicare significat ipsa cogni-
tio: vt est a cognoscente. per intelligere aūt significatur
ipsa intellectio: vt est in intelligente. ¶ Ad tertium cuꝫ Ad 3^m
dicitur ꝙ videre se agere ⁊c. dico qđ falsum est: q: signi-
ficat ipsam visionem: vt est in vidente. Nec tamen pro-
pter ħ nego visum esse actiuū: sed non est vnum nomen
impositum saltem vsitatum quo significet visio: vt a vi-
dente. Intelligendū tamē ꝙ q̃uis pħs. 2. lib. de somno
⁊ vigilia: dicat quoniam non solum patitur visus aliqđ
ab aere: sed ⁊ facit aliquid pati ⁊ mouet aera: non tamen
facit ħ ratione virtutis visiue. sed quia immutatio facta
in oculo aerem imutat: ⁊ per hanc viam basiliscus homi Cur basi
nem interficit: quia cum videt hominem excitatur ve- lisc⁹ iterfi
nenū in corpore suo mediāte imaginatione quo maxime cit hoieꝫ
inficiuntur oculi sui: quia sunt tenerrima pars ⁊ prope
imaginationem: ⁊ ipsi infecti: inficiunt aerem sibi conti
guum: ⁊ illa pars aeris aliam: ⁊ sic vsqꝫ ad partem aeris
que ab homine inspiratur. Et per viam similem mulie-
res in tempore menstruorum inficiunt specula valde pu
ra ibi faciendo velut nubē sanguineā. Quia sm phm. 2. Cur mu
de somno ⁊ vigilia tempore illo afficiuntur oculi mulie- lieres isi-
rum propter turbationem ⁊ feruorem sanguineuꝫ eo ꝙ ciunt spe
sunt pleni venarum: ⁊ mouetur aer ab ipsis vsqꝫ ad aerē cula.
speculis contiguum. ¶ Ad quartum cum dicitur ꝙ in- Ad 4^m
telligere non debetur intellectui: nisi inquantum est re-
ductus in actum per similitudinem ⁊c. dico ꝙ ex ħ non
sequitur ꝙ intelligere sit agere. Sed ꝙ ipsa itellectio sit
ab intelligente sub ratione qua est actio. Sed sub ħ mo-
do non significatur per intelligere: sed tantum: vt est in
intelligente: vt superius dictum est. ¶ Ad quintum cū Ad 5^m
dicitur ꝙ pati est ignobilitatis ⁊c. dico ꝙ non est veruꝫ
de passione que est salus ⁊ pfectio cuiusmodi pati est itel
ligere. ¶ Ad sextū pꝫ solutio ex dictis i corpore qōnis. Ad 6^m
ibi enim posita est differentia inter intelligere ⁊ dicere.

Solutū arg° i op positū D.i.ītelle ct io.

¶ Quāuis autem argumenta ad partem aliā possent
concedi grā principalis ɔclusionis:tum etiam:ꝙ aliqui
bus viderent ɔcludere:ꝙ non posset contrahi:ad rōnē
actionis:qḋ falsum est:ideo soluenda sunt.

Ad pᵐ **Ad primum** dicēdum ꝙ intellectus possibilis maxime reductus in actum per
similitudinē:non tantūmodo est passiuus:sed etiam ali/
quo modo actiuus. ¶ Vel potest dici ꝙ intellectio non
tm̄ est respiciens principium passiuum intelligētis : sed
etiam actiuū:quia intelligēs mouet se:illa motione:per
suum actiuum:ꝛ subiectum illius motionis per suū pas
Ad 2ᵐ siuū. ¶ Ad scdm dicēdm:ꝙ motio volūtatis est a volēte:
p suū passiuū:ꝛ inquātū a volēte rōnē hȝ actionis:ꝛ iqȝ
Ad 3ᵐ tū i volēte rōnē hȝ passiōis. ¶ Ad tertiū dicēdm:ꝙ quā/
uis intellectio:vt ab intelligente:sit actio:nō tamen ex
hoc sequit:ꝙ intelligi sit realiter pati. Sȝ ꝙ intellectio:
vt est in intelligente sit passio:sub quo modo significat
Ad 4ᵐ per intelligere. ¶ Ad quartum dicēdum:ꝙ auctoritas
philosophi est concedenda:ꝙ intelligere est intellectio:
Qō.iii. vt in intelligente. ¶ Qō. iii.
Ar.pᵒ

Tertio queritur:vtrum intelligamus substā/
T.c.ii. tiam per ppriā spēm ipsius substā/
tie. Et videt ꝙ sicut. Secūduȝ phm.i.de anima
accidentia maximam partem ɔferunt ad cogno
scendum ꝙ quid est:non dicit ꝙ totum cōferant. Ergo
videt:ꝙ cum accidentibus ppria spēs substātie requira
Secūdo. tur. ¶ Item sm phm.3.de anima:lapis non est in aīa.
T.c.38. Ergo videt ꝙ substātia lapidis per ppriam eius spēm
Tertio. intelligat a nobis. ¶ Item Auic.6.naturaliū lib.i.ca.i.
dicit:ꝙ si causaret hoc sine omni actu alicuius sensus:af
firmaret se esse. Sed illam cognitionem nō haberet per
aliqua accidentia. Ergo haberet eam per ppriam spēm
Quarto. sue substantie. ¶ Item phs.7.meta.dicit ꝙ substantia
T.c.4. prior est omni accidente:cognitione nō cognoscit:ergo
a nobis substātia per accidētia:sed per ppriaȝ eius spēȝ:
ꝛ per cognitionem substātie accidētia intelligunt a no/
Quinto. bis. ¶ Item Aug.in lib.de videndo deo longe post me
dium ea que mente conspiciunt non indigent vllo cor/
poris sensu:vt ea vera esse nouerimus. Ergo ad cogno/
scendum substātiam intelligibiliter:non indigemus ali
quo sensu:qḋ nō esset verum:si nō per ppriam eius spe/
Sexto. ciem:sed per accidentia cognosceret. ¶ Item omne qḋ
intelligitur:p̄sens est intellectui:vel per eēntiaȝ:vel per
propriam eius spēm. Sed substātie exteriores quas in/
telligimus:non sunt p̄sentes nostro intellectui:per suā
essentiam. Ergo per suam speciem.

In opᵐ **Contra.** forma substantialis:non apprehendit ali/
quo sensu:vt habet in libro de ortu scien/
tiarum. Sed sm Aug.ii.de trinita. ca.8.nulla spēs sub/
stantie corporee sit in intellectu:nisi mediante sensu:per
viam nature. Ergo substantiam corpoream non intelli/
Secūdo. gimus per suam propriam spēm:vt videt. ¶ Item no/
T.c.33. strū intelligere cognoscim° per obiectū. Scdm phm.2.
de anima. Ergo nostrum intelligere:nō cognoscimus p
ppriam eius speciem. Cum ergo substātia exterior min°
sit nobis cognoscibilis:cum non ita sit nobis p̄sens:eaȝ
Tertio. per ppriam eius speciem non cognoscimus:vt videtur
¶ Item si substātiam:per ppriam eius speciem cogno
T.c.ii. sceremus:accidentia nihil conferrent ad eius cognitio/
Ad qōnē nem:qḋ falsum est sm phm.i.de anima.
sm mētē
propriā.

Respondeo. ꝙ nos in statu corruptibili non cognoscimus per naturam de le
ge cōmuni substātiam per ppriā eius spēm:nisi accipiat
Realiter spēs pro verbo qḋ intellectus ɔcipit de ea:per suas pro
ideam eē prietates. Non enim cognoscimus eam imediate:p suaȝ
tō qḋ eēn spēm increatam:que est idea:ꝙ per ipsam ideam:nō co
tia diuia. gnoscimus eam:per modum forme intellectū informā/
tis:ꝙ idea realiter ideȝ est:qḋ diuina eēntia:que nullius
est forma. Nec per modum forme intellectui assistentis: Nō ītuā palchā.
quia forma quātūcūqȝ esset intima alicui rei:dum tamē
rem illam non informaret:res ipsa non posset dici age/
re per eam imediate:nisi esset talis forma:que respectu il
lius actionis:hret rōnem instrumētalis agentis. Unde
si lumen ita intimū esset aeri:sicut est modo ꝛ nō īforma
ret ipsum:quāuis possemus dicere:ꝙ lumen intimum
aeri luceret:nō tamen dicere possemus:ꝙ aer luceret p
ipm. Cum ergo diuina idea non possit hēre rōnē instru
mentalis agentis:respectu nostri actus intelligendi:cū
instrm sit trāsmutabile a principali agente:ꝛ ab ipso ali/
quā virtutē recipiat:dum principale agēs agit per ipm:
ꝛ diuina essentia cum sit idē realiter:qḋ deus oīno sit in
trāsmutabilis:nec ab alia essentia aliquā possit recipere
virtuteȝ:non obstāte ꝙ idea sit intima intellectui meo:
non pōt dici ꝙ ex quo nō informat possit intellect° me°
per ipsaȝ imediate se mouere intellectuali motiōe:q̄uis
ipse deus. si enim placeret per se ipsum imediate : posset
facere in intellectu modo intellectualem motionē. Nec
cognoscimus substātiam per suam ideā in mente:tanqȝ
per obiectum a nobis imediate cognitum:quia diuinā
essentiam nō cognoscimus imediate per nām:imo ascē
dimus in cognitionem ipsius per cognitionem creatu/
raruȝ:idea aūt substātie create:imediate diuina:realiter T.c.14.
idem est:qḋ ipse deus:vt supra dictuȝ est. Nec cognosci
mus substātiam per eius ppriam spēm:nobis concrea/
taȝ. Quia sm phm.3.de anima.anima nostra ante intel/
ligere est sicut tabula:in q̄ nihil ē actu scriptū. ¶ Pre/
terea iam intelligere:esset reminisci:ꝙ si spēs substātia/
rum essent cōcreate nostro intellectui:tunc videt etiaȝ
pari rōne:ꝙ esset nobis cōcreatum lumē sufficiens:ad
intelligēdum. ꝛ sic essent nobis cōcreati scientiaꝝ habi/
tus. ꝛ sic etiam sola reminiscentia nobis esset necessaria
ad actum sciendi. ꝛ addiscendo solam reminiscētiā acq/
reremus:qḋ falsuȝ est ¶ Preterea nō cognoscim° sbāȝ:
per ppriam eius spēm acqsitā:nisi accipiendo spēm pro
verbo:quia cum aliqua res cognoscit per ppriam eius
spēm. aliaȝ a verbo. illa spēs directe ducit virtutē cogni/
tiuā in id cuius est spēs. Sed ꝙ sic cognoscit cognitio/
ne intuitiua cognoscit:q̄uis non oporteat:ꝙ quicquid
sic cognoscit:statim resoluat per intellectū in suas par/
tes rōnales:substātia autē ignis:vel aque. ꝛ sic de aliis
non cognoscitur ab intellectu nostro. cognitione intui/
tiua. experimur enim nos intelligere qditates substātia/
rum:per argumentationē. ¶ Preterea intellectus no/
ster nullam pōt recipere spēm itelligibilem ab inferioris
nisi per ministerium sensuum. Scdm doctrinā Aug.ii.
detrini.ca.8.per ministerium aūt sensuum:non pōt reci
pi species intelligibilis illius rei:que non apprehendit:
per sensum exteriorem:vel interioreȝ:qḋ dico ppter esti/
matiuam:que in similitudinibus rerum apprehēsarum
per exteriorem sensum apprehendit intentiones:quas
nullus sensus exterior apprehēdit. Substātia aūt nō ap/
prehendit a sensu:sm actorē libri de ortu scientiaꝝ : sed
accidētia eius. ergo intellectus nr:per nām non pōt ac/
quirere ppriam spēm substātie. ¶ Preterea in sacramē
to altaris non remanet substātia panis:sed eius accidē/
tia. Et tamen per illa accidentia ita posset homo deue/
nire in cognitionē substātie panis:sicut posset:si illis ac/
cidentib° sub esset substātia. aliter enim per naturaȝ pos/
set homo cognoscere per inqsitionem:ꝙ illis accidenti/
bus nō subesset substātia:cum tamē via nature h scire
non possimus. Sed certa fide credimus. ¶ Restat er/
go:ꝙ via nature:ꝛ de lege cōmuni nō cognoscim° sub/ Sube co
stantiam per ppriam eius spēm:sed per suas pprietates gnitionē
argumentādo:eo ꝙ in illis est aliqua similitudo substā/ eē qūo.
tie:non tamen modo vniuoco. per spēs enim accidētiū
que mediāte sensu recipiunt in intellectu:cognoscit in/
tellectus

tell ectus:intentionem entis dependẽtis.Et ex hoc argu/
mentando:concludit q̄ illi enti natum est aliquod ens
subsistere.Et tandem concludit:illud ens esse per se sub/
sistens:et sic deuenit in cognitionẽ substantie. Cuius rõ
est ens per se existens:postea ex illis ꝓprietatibus vlte/
rius venatur diuisas substãtie:et tñ põt procedere:quãtũ põt
ex illis ꝓprietatibus elicere:et non plus nãliter:et de cõ/
muni lege.Unde et phi cum venabantur diuisas substãtiarum:
hoc faciebant ex cõparatione substã tiarum:ad earũ ꝓprie/
tates:et tñ descẽdebant:quãtum per ꝓprietates poterãt
manuduci.Et hũc modum cognoscẽdi põt homo experi
ri.Si enim requisitus debeat respõdere:quid est ignis:
dicet:q̄ est ens per se existens.natum subdi dimensioni/
bus:et aptum natum ad caliditatem:et siccitatem:et leui/
tatem.et sic de alijs ꝓprietatibus eius.Et cõstat:q̄ si hõ
aliter posset cognoscere differẽtias substãtie:q̄z per com
parationem ad proprietates:aliter posset eas exprimere.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositũ dicẽdum:q̄ phs in
hoc q̄ dicit accidentia maximam
partem conferre ad cognoscẽdum:q̄ quid est etc.nõ di/
cit:q̄ totum conferant:volebat dare intelligi:q̄ aliquid
de rõne cuiuscũq̄ substantie latet nos in hac vita:de le/
ge cõmuni.et q̄ illud qđ cognoscimus de rõne substãtie:
Ad 2ᵐ per accidẽtia cognoscimus cum adiutorio luminis ina/
ti:q̄ in nobis est.¶ Ad scđm dicẽdum:q̄ in illa aucto/
ritate phs:spẽm lapidis vocat:spẽm accidẽtium lapidis.
Ad 3ᵐ ¶ Ad tertium dicẽdum:q̄ si crearetur homo:sine oi actu
sensus:si cognosceret se esse:vt dicit Auic.hoc non eẽt per
aliquã spẽm:sed per p̄sentiam eẽntie sue:sibi ipsi.¶ Uel
põt dici:q̄ in illo verbo cõsentiendum nõ est Auic.quia
extimauit spẽs intelligibiles in nostro intellectu:recipi
ab intelligentia agente. Sicut p̄z lib.6.nãlium li.5.ca.5.
Ad 4ᵐ ¶ Ad quartum cum dr̄:q̄ substãtia prior est omni acci
Ad 5ᵐ dente cognitiõe etc.dico q̄ verũ est quãtum est ex parte
sua:nõ tamẽ quo ad nos.¶ Ad qntum dicẽdũ:q̄ illud
verbum Aug.vel intelligendum est de cognitione illorum
intelligibilium:quorũ cognitionẽ recipimus a superio/
ri.Aut si de alijs intelligitur:intelligẽdum est post acq̄sitio
nem intelligibilis forme accidẽtium:tunc enim nõ sunt
Ad 6ᵐ necessarij actus sensuum particularium. ¶ Ad sextum
dicẽdum:q̄ et si substãtie exteriores:nõ sint p̄sentes intel/
lectui nostro per suas eẽntias:nec per suas proprias spe/
cies:sunt tamen p̄sentes intellectui nostro per spẽs suarum
ꝓprietatum accidẽtalium:per quas põt deueniri in co/
gnitionem substantiarum per modũ:qui supra dictus est.

Q̄ō.IIII ¶ Questio. IIII.
Ar.pᵒ

T.c.35. **Quarto queritur** vtrum possumus intelligere sin/
gularia.Et videtur q̄ non.Q̄z nõ possumus diffi/
nire:nõ possumus intelligere.Sed sm phm.7.
meta.singularia non possunt a nobis diffiniri.ergo nec
Secũdo. intelligi.¶ Item eorum que a nobis possunt intelligi:
T.c.19. est scientia.Sed sm phm.1.posteriorum singularium non
Tertio. est scientia.Ergo non possunt a nobis intelligi. ¶ Item
T.c.49. sm phm.1.phy.vle sm rõnem notum est.Singulare aũt
sm sensum.Ergo videtur q̄ tantũmodo cognoscatur per
Quarto. sensum.¶ Item si cognosceremus singularia per intel/
lectum:superflueret illa cognitio:quã habemus de his p
Quinto. sensum.¶ Item materia cã est singularitatis.Unde sm
T.c.28. phm.7.meta.generans generat aliud ꝓpter materiam.
Sed intellectus non potest recipere similitudinem ma/
terie:Ergo nec similitudinem singularis:et ex ꝯsequẽti:
Sexto. nec intelligere singulare.¶ Itẽ per spẽm vlem non pos
sumus intelligere singulare:q̄z spẽs vlis nõ ducit deter/
minate in aliqđ signatum:nec spẽs singularis põt simul
esse in intellectu:cum spẽ vli.q̄z sicut in hoc hoie:est hõ:
ita in spẽ huius hominis:est spẽs hominis.et ita cũ spe/
cie singulari superflueret species vniuersalis: Ergo per
nullam spẽm:intellectus noster põt intelligere singulare.

Contra. omnis spẽs in intellectu nr̃o existens:est In opᵐ.
singularis.q̄z omne accidẽs existẽs in sub/
iecto singulari:est singulare.Intellectus aũt noster est ali/
quid singulare.ergo sicut ipsa spẽs intelligibilis:ratione
sue abstractionis põt ducere intellectum nim in cogni
tionem vlis:ita rõne sue singularitatis:potest ipsum du
cere:in cognitionẽ singularis.¶ Item intellectus noster Secũdo.
abstrahit vle a singulari:ergo cum istã abstractionẽ:nõ
faciat:ignorans.Uidetur q̄ prius ordine nature intelligat
singulare:q̄z vle.¶ Item qđ põt potẽtia inferior:potest Tertio.
superior nobiliori modo.Ergo cum per sensum cogno
scamus singulare.Uidetur q̄ per intellectum:qui est potẽ
tia superior:possumus ipsum nobiliori mõ cognoscere.

Respondeo q̄ possumus intelligere singula/ Ad q̄ōnẽ
ria:non tantũmodo spũalia:sed sm ymẽtẽ
etiam sensibilia.Et per vnam spẽm singularem intelligi ꝓpriam
mus et vle:et singulare.Et hoc declaro per illum ordinem
quo sunt ꝓposita.¶ Q̄z aũt possimus intelligere singu
laria sensibilia:ꝓbo sic.Scđm phm.3.de aia.q̄ quid est: T.cõ.9.
est obiectum intellectus:ergo q̄d ꝑticipiat rõnem entita/ t.10.
tis:a nobis põt intelligi.Singularia aũt sensibilia rõnẽ
entitatis participãt.¶ Preterea Aug.10.detri.ca.1.fir/
missime nouimus amari:nisi nota:nõ posse.Sed nõ tñ
amamus singularia sensibilia per appetitũ sensitiuũ:sed
etiam per appetitum electiuũ.qui ꝓprie dr̄ volũtas:er/
go nõ tantũmodo cognoscimus singulare sensibile co/
gnitione sensibili:sed etiam cognitione intellectuali.nõ
enim mouetur volũtas post cognitionẽ sensibilem:nisi me/ T.c.11.et
diante intellectuali.¶ Preterea sm sniam phi.3.de aia infra.
intellectus cõpositus:p̄supponit simplicem.Sed nos p
intellectum:componimus vle:cum singulari:formando
hanc compositionẽ.petrus est homo.ergo intelligimus
et hoiem:et petrum.¶ Preterea nõ tñ per potẽtias sen
sitiuas inferiores:sed per potẽtiam sensitiuam superiorẽ
nos cognoscimus singulare:et scimus nos cognoscere sin/
gulare:sicut docet experientia.Sed nulla virtus sensiti/
ua potest se reflectere sup actum suum:q̄z omnis virtus
sensitiua:cognoscit mediante organo.organum aũt non
est medium inter ipsam:et actum suum:q̄z huius sit mediũ
inter ipsam:et obiectũ.Ergo per illam superiorem potẽ/
tiam sensitiuam nescimus nos cognoscere singulare:qđ
cognoscimus per eam.ergo scimus hoc per aliam virtutẽ
superiorem.Sed virtus apprehẽsiua in nobis altior su/
periori potẽtia sensitiua est intellectus:ergo per intellectũ
cognoscimus:nos cognoscere singulare.Sed cognoscere
cognitionẽ singularis depẽdet ex cognitiõe singularis:
ergo per intellectũ cognoscimus singulare.¶ Q̄z aũt per
eandem spẽm in numero possimus intelligere et vle:et sin
gulare:declaro sic.In hoc enim colore est color: Spẽs ergo
que representat hũc colorẽ:representat etiam colorẽ:vñ
cum intellectus noster per suũ actiuum:tanq̄z per agẽs
principale sub deo:mouet se ipsum:et mouetur:inq̄ztũ pos/
sibilis est mediante illa similitudine:tanq̄z agẽte instru/
mẽtali sub rõne qua est representatiua coloris tñ:cogno
scit colorem in vli.Inq̄ztũ aũt mouet se ipm per illam
similitudinem sub rõne:qua est representatiua huius colo
ris:cognoscit colorem in singulari.Inq̄ztũ etiam mouet
se ipm per illam similitudinem sub vtraq̄ rõne:cogno
scit colorem in vli in habitudine ad colorem in singula
ri:et q̄ intellectus possit se mouere per illam spẽm:sub vna
ratiõe:et nõ sub alia:vel sub vtraq̄ simul:nõ est mirãdũ
si aduertas:q̄ vnum re hoc est plura:sm rõnem et q̄ intel
lectus distinguit vbi nõ distinguit natura. ¶ Q̄z etiam
prius ordine nature intelligamus vle q̄z singulare decla Caplo hoc
ro sic.prius enim ordine nature est color:q̄z hic color:qđ p̄z: priori.
quia sequitur:hic color:ergo color.Sed non cõuertitur.et
sm phm lib.p̄dicamentorum:prius est a quo nõ ꝯuertitur

consequentia:ergo ꝛ similitudo huius coloris prius or/
dine nature representat intellectui colorem ꝙ hunc co/
lorem:ergo prius ordine nature mouetur itellectus per
illam similitudinē sub rōne qua est representatiua colo/
ris ꝙ sub rōne sub qua est representatiua huius coloris.
¶ Preterea idem declarat per reductionem possibilita
tis nostri intellectus ad actum:qꝛ illud qd de potētia re/
ducit in actū ordine nature ꝓcedit ab imperfectiori ad
magis perfectū:ꝛ a minus distincto ad magis distictū.
Cognitio aūt in vli tm̄ est imꝑfecta respectu cognitiōis
que est in vli ꝛ singulari simul. Cognoscere aūt in vli est
cognoscere indistincte:cognoscere in singulari ē cogno/
scere distincte:ergo videt ꝙ intellect⁹ noster pri⁹ ordine
nature cognoscit vle ꝙ singulare:nec attingit ad cogni
tionem rei singularis nisi mediante cognitiōe vlis:ꝛ for
te ꝓpter hoc voluerūt aliq dicere singulare sensibile nō in
telligi a nobis nisi per reflexionem.

Ad pm **Ad primum** in oppositū cū dicit ꝙ illud qd
nō possumus diffinire nō possu/
mus intelligere ꝛc. dico ꝙ falsum est de hijs que intelli/
gimus ex ꝯsequenti:sicut sunt singularia sensibilia:ꝛ lo/
T.c.35. quēdo de diffinitiōe de qua loquit phs. 7. meta. qua dif/
finitione singulare a nobis diffiniri nō pōt:quia sua diffi
nitio aut nō esset cōuertibilis cum suo diffinito:aut cō/
tineret aliquid nō spectans ad eēntiam diffiniti:aut eēt
data vno noie:que oia sunt cōtra rōnem diffinitionis de
Ad 2m qua phs loquit ibi. ¶ Ad scdm cum di ꝙ eorū ꝗ a nobis
possunt intelligi est scia ꝛc. dico ꝙ verum est:vel de scia
qua possumus scire ea esse postꝗ subtracta sunt a sensu.
Qualis cuiusmodi scia est vlium ꝛ singularium incorruptibiliū:
scia hi de vel de scia qua possumus scire quid sunt tm̄ in esse intel
singulari lecto:ꝛ etiam quid sunt realr si sunt:ꝛ talis scia pōt etiā
b⁹ corru/ esse singularium corruptibilium. Cum aūt dicit phs:ꝙ
ptibilib⁹. singularium nō est scia intelligēdum est de singularibus
corruptibilibus:ꝛ de scia qua nō tm̄ scimus qd sunt:sed
Ad 3m ea esse etiam in absentia sensus. ¶ Ad tertium cū di ꝙ
vle ſm rōnem notū est ꝛc. dico ꝙ verum est cum ꝑcisio
ne:qꝛ vle nō cognoscit a sensu:singulare aūt a sensu no/
tum est:nō tamē cum ꝑcisione:qꝛ etiam per intellectum
Ad 4m cognoscit. ¶ Ad quartum dicēdum ꝙ ꝗuis cognosci
mus singularia per intellectum:nō tamē supfluit illa co
gnitio qua cognoscimus ea per sensum:qꝛ nō est idē mo
dus cognoscēdi vtrobiqꝫ:qꝛ superiori modo cognoscit
per intellectum:per sensum enim cognoscit singulare cō
fuse:nō resoluēdo ipsum distincte in suas partes rōna/
les:per intellectum aūt cognoscit distincte resoluendo
ipsum in suas partes rōnales. nulla etiā virtus sensitiua
cognoscit se cognoscere singulare:quāuis homo per su/
periorem sensitiuam possit cognoscere se cognoscere sin
gulare per inferiorem sensitiuā potētiam. Unde per sen/
sum cōem sentit se videre hunc colorē. Intellectus aūt
cognoscit se cognoscere singulare:ꝛ sic pꝫ ꝙ perfectius
Ad 5m cognoscit singulare per itellectū ꝗ per sensum. ¶ Ad
quintū cum dicit ꝙ mā est causa singularitatis ꝛc. dico
ꝙ falsum est:loquēdo de singulari:qd dicit singulare:qꝛ
ꝑdicat de vno solo. Sic enim res est singularis per suam
ꝓpriam eēntiam:sub rōne qua indiuisibilis salua itegri/
tate sua:ꝛ hoc modo si deus faceret actu aliquā formā sine
mā:illa eēt singularis. Cum autem dicit phs ꝙ generās
Generās generat aliud ꝓpter māmː sic intelligēdum est:ꝙ gene/
gnat aliō rans nō posset generare aliud singulare nisi decidēdo ali
pp mām. quid a se:que decisio nō posset fieri per naturā nisi in re
sensū vi/ māli:vel aliud a se educēdo de potētia alicuius rei:possi
de hic. bilitas aūt huius eductionis requirit mām loquēdo de
eductione rei que educit de alterius potētia per realem
operationem nature. qd ideo dico. qꝛ de substātia etiā ca
rente materia si esset aliqua talis posset aliquid educi de
potētia ad actum per actionē primi agentis:de potentia
fantasmatis:de cuius essentia nō est materia educit per
actionem intellectus agentis ꝗdam refulgentia:qua me
diante intellectus agēs causat in intellectu possibili itel
lectionem vlis:ꝙ in sequēti dis. declarabit. ¶ Preterea
peccat argumētum in hoc ꝙ supponit nos non posse rem
intelligere:cuius noster intellectus nō recipit propriam
spēm. hoc enim ostēsum est:nō eē verum in qōne ꝑcedēti.
Et ꝓpterea sensibilia accidētia sunt ꝗdam singularia de
quorum eēntia nō est materia que intelligimus per pro/
prias species eorum. ¶ Ad sextū solutū est per dicta in Ad 6m
corpore questionis. ¶ Q ō. V. Q ō. V.
Ar. pᵒ

Quinto querit vtrū intellectus noster
argumētando discurrēs a crea/
turis ad creatorē in fine discursus intelligat
per suam nālem virtutem diuinam eēntiam
immediate. Et videt ꝙ sic in demonstratione:qꝛ in fine
discursus intelligitur cā imediate. Sed discursus a crea/
turis ad creatorem est ꝗdam demōstratio:qꝛ per talē di/
scursum demōstrat causa per effectum:ergo in fine talis
discursus intelligit creator imediate. ¶ Item discurrēs Secūdo.
per viam in fine discursus cōiungitur termino vie ime/
diate. Sed creatura est via ad cognitionem creatoris:er
go in fine discursus quo intellectus discurrit a creaturis
ad creatorem coniungit intellectus imediate cum crea
tore. ¶ Itē si intellectus in fine ꝑdicti discursus nō in/ Tertio.
telligeret diuinam eēntiam imediate:tunc in fine discur
sus nō cognosceret intellectus aliter diuinā eēntiam:ꝗ
in principio:qꝛ tam in ꝑncipio ꝗ in fine nō eēt imedia/ Quarto.
tum obiectum intellectus nisi qd creatum. ¶ Item di
scursus nostri intellectus ad cognoscēdum deū ad aliqd
imediate terminat:nō ad creaturā:qꝛ illa est quasi pre/
missa ad cōcludendum veritatem de creatore:ergo ime
diate terminatur ad cognitionem creatoris.

Contra. cum intellect⁹ noster ꝑ sua naturalia pos/ In cpm
sit inuestigando discurrere a creaturis ad
creatorem:si in fine discursus intelligeret diuinam essen
tiam imediate posset per sua nālia pertingere ad cogno/
scēdum eēntiam cause prime imediate. Sed hoc est falsum Arti. ex/
ꝛ excōicatū a dn̄o stephano parisieñ. epo:ꝛ sacre theolo/ cōicatus.
gie doctore:ergo intellect⁹ noster discurrendo a creatu/
ris ad creatorem nō intelligit in fine discursus diuinam
eēntiam imediate. ¶ Item aliquā rē itelligere imedia Secūdo.
te est ipsam videre. Sed ꝗtūcūqꝫ argumētando discurra
mus a creaturis ad creatorē nō videmus in fine discur/
sus predicti eēntiam creatoris:ergo in fine ꝑdicti di scur
sus non intelligimus imediate essentiam creatoris.

Respondeo ꝙ ꝗuis homo bene vtēdo crea/ Ad qōnē
ris dispositiue ascēdat ad gratiā ſm mēte
dei cognitionē ꝛ dilectionē pro qbus retribuit in patria propriā.
imediata ꝛ clara dei cognitio. Tamē quātūcūqꝫ i hac vi
ta discurramus:argumentādo a creaturis ad creatorem
nunꝗ intelligimus per nostram nālem virtutē in fine
discursus eēntiam creatoris imediate:qꝛ quādiu res nō
cognoscit:nisi per aliud obiectum primo cognitum non
cognoscit imediate. Sed eēntia creatoris etiā in fine di
scursus nostri intellectus nō cognoscit ab eo de lege cō/
muni:nisi per aliud obiectum primo cognitū. Illud. n.
qd nō cognosco de creatore:nisi per creaturā actualiter
non intelligo:nisi quādiu actu cōsidero ipsam creaturā
ꝛ necessariam habitudinē seu ꝯsequētiam illius verita/
tis quā de creatore cognosco per creaturā ad illud qd de
creatura cognosco. Sicut vides ꝙ itellus nr̄ nūꝗ actu in
telligit ꝯclonē:cuius cognitionē nō hꝫ:nisi ꝑ discursū
nisi dū actu intelligit ꝑmissas:ꝛ necessariā habitudinē
seu consequētiam cōclusionis ad eas:cum enim hoc desti/
terit itueri:ꝗuis in eo remaneat scia ꝯclusionis:vel cre
dulitas. non tamen remanet actualis intellectio eiusdē.
¶ Preterea ſm Aug. 9. de trini. ca. 11. cū deū itelligim⁹
in hac

in hac vita fit in intellectu nostro aliqua similitudo eius: que est verbum. Sed verbum rei dum per verbũ intelligitur est imediatum obiectum actus intelligẽdi: in quo quasi: sicut in quodã speculo intellectus cõsiderat illud cuius est verbũ. Videt ergo ꝙ cum intellectus noster inuestigando discurrit a cognitione creature ad cognitionem creatoris imediatum obiectum intellectus: in fine illius discursus est verbuz de creatore formatum: eo modo quo de ipso possumus formare verbum. Sed quia aliqui dicunt verbum nõ esse aliud ꝙ̃ actum intelligẽdi formatum aut ipsam eẽntiam vt intellectam: ideo ista secũda ratio non cogeret ẜm opinionem eorum.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum dicẽduz: ꝙ maior non est vl̃r vera: causa enim cuius non hꝫ intellectus cognitionem: nisi acq̃sitã per discursum ab effectu non intelligitur in actu: nisi quãdiu intelligitur eius effectus et necessaria cõnexio inter ipsaz et eius effectum. ❡ Ad scõm dicẽdum: ꝙ predictus discursus intellectus imediate terminat ad aliquã cognitionez de creatore qua cognoscit creator non imediate: sed mediate. Ipse enim discursus imediate terminatur ad cognitionẽ qua de nouo cognoscitur aliq̃d de deo per h̃ ꝙ de nouo cognoscitur necẽia eius ꝯñtia ad illud qḋ cognoscit intellectus de creatura. ❡ Ad tertium dicẽdum: ꝙ maior est falsa: quia per discursum deuenit intellectus in aliquam cognitionem de creatore ꝙ̃uis mediatã: quã non habebat in principio discursus. ❡ Ad quartuz dicẽdũ: ꝙ p̃dictus discursus imediate terminat ad aliquam nouam cognitionem. Sed ex hoc nõ sequit ꝙ imediate terminetur ad aliquã cognitionem qua imediate deus cognoscatur. Sed terminatur ad cognitionem qua deus p cognitionem creature et necessitatis ꝯñtie alicuius proprietatis que in deo est ad ipsam creaturam cognoscitur.

Onseque͂ter queritur de q̃rto principali. Et circa hoc queruntur quinq̃. ❡ Primo vtrum possit esse peccatum in sensualitate. ❡ Secundo vtruz possit esse peccatum in rõne ꝙ non oriatur ex sensualitate. ❡ Tertio vtrum motus sensualitatis ẜm suum impetuz sit naturalior sibi ꝙ̃ ille quo mouetur frenata rõne. ❡ Quarto vtrum possit esse peccatum in inferiori portione rõnis sine consensu superioris. ❡ Quinto vtrum possit esse peccatum in superiori portione rationis sine inferiori.

Qõ. i. ❡ Questio. I.

Ar. pᵒ **Rimo** ostendo ꝙ in sensualitate non possit esse peccatuz. Quia bruta habent sensualitatem: et tamen peccare nequeunt. Secũdo. ❡ Item nulla virtus est in sensualitate: ergo nec peccatum: quia cõtraria nata sunt fieri circa idem. Tertio. ❡ Item peccatum in anima recedente a corpore sine pnia remanet. Sed sensualitas nõ remanet. ergo nõ est peccatum in sensualitate. Quarto. ❡ Itez illud qḋ vitari non potest non est peccatum. Sed quãdoq̃ inordinatio sensualitatis vitari non potest: ergo inordinatio sensualitatis non est peccatum.

In oppᵐ **Contra** Aug. 3. de libero arbitrio lõge post mediũ. sunt q̃dam de necessitate facta improbãda vbi vult homo recte facere et non potest: ergo nõ obstãte: ꝙ inordinatio sensualitatis non est in potestate volũtatis: tamen peccatũ est: vt videt. Secũdo. ❡ Item magister in littera. Si in motu sensuali tantũ illecebra peccati teneatur veniale ac leuissimum est peccatum: ergo in sensualitate est peccatum.

In oppm. **Contra** quidā hoīes difficiliꝫ mouent ad bonū ꝗ̄ȝ alij: sed quāto in motu volūtatis plus est de difficultate tāto minꝫ est ibi de libertate: ergo libertas arbitrij nō est equalr in oībus hoībus.

Secūdo. ¶ Itē Ench. 63. cap. multo liberiꝫ erit arbitriū qd̄ oīo nō poterit seruire peccō: ergo liberiꝫ est in beatis ꝗ̄ȝ in viatoribꝫ.

Tertio. ¶ Itē gc̄quid est in deo nobiliꝫ est ꝗ̄ȝ in creatura: sed vt ostensum est liberū arbi. est in deo: ergo nō est equalr in oībꝫ in qbꝫ est.

Ad qōnē sꝫ mētez ꝓpriaz. Libertas liberi ar. triplex. **Respōdeo** ꝙ liberū ar. liberū est ab aliquo ꝛ ad aliqd. Primo mō sꝫ Ber. de libero ar. longe post pn̄cipiū: triplex est liberi arbi. libertas. s. a necessitate cogēte a culpa inclināte ꝛ a miseria impellente: quā ēt distictionē ponit Magr̄ in lr̄a: ꝛ sicut dicit Ber. ibidē inter has tres libertates: libertas a necessitate cogēte maxime ꝯuenit libero ar. ꝛ sm̄ ipm ibidē libertatez a necessitate ꝯtulit nobis in cōditiōe nā. in libertatē a peccato restauramur a grā libertas a miseria nobis reseruat in pr̄ia. Dico ꝙ libertas a peccato recipit magis ꝛ minꝫ. Hac eniꝫ libertate liberiꝫ est liberū ar. in iustis ꝗ̄ȝ in peccatoribꝫ: libertas ēt a miseria recipit magis ꝛ minꝫ: hac eniꝫ libertate liberiꝫ est liberū ar. in beatis ꝗ̄ȝ in viatoribꝫ: libertas aūt a necessitate cogēte nō recipit magis ꝛ minꝫ: qꝛ vt inferiꝫ ondet liberū ar. nullo mō cogi pōt. ¶ Sc̄dꝫ sic cōsideret liberū ar. per ꝯparatiōnē ad illud ad qd̄ est. Sic a Ber. de libero ar. quasi inter pn̄cipiū ꝛ mediū. Distinguitur triplex liberi arb. libertas. s. libertas arbitrij q̄ est ad faciendū id qd̄ licet. Et libertas ꝯsilij que est ad faciēduz id qd̄ expedit. Et libertas ꝯplaciti que est ad faciendū id qd̄ libet. Et quorūlibet istoꝝ triuz modoꝝ liberū ar. recipit magis ꝛ minus. Qꝛ in qbusdā maior est facilitas ad faciēdū id qd̄ licꝫ vel expedit vel libet.

Ad argª ad tria simul. **Tria prima** argumēta ad partē pmaꝫ ꝓcedūt de libertate a necessitate cogente.

Ad 4m. ¶ Ad quartū dōm ꝙ ꝗ̄uis vna aīa itellectiua in semet ipsa non recipiat magis ꝛ minꝫ: tn̄ vna nobilior est alia a sua creatiōe in ꝓprietatibꝫ nālibꝫ: ꝛ ēt vna minus aggrauatur a suo corpore ꝗ̄ȝ alia: ꝛ pp hoc minꝫ hō faciliꝫ pōt exire in actū eligēdi id qd̄ libet ꝛ expedit ꝗ̄ȝ aliꝫ.

Ad argª in oppm. **Primum** argumentū ad partē aliā ꝓcedit de libero arbi. per cōparationē ad illud ad qd̄ est. ¶ Scdm̄ procedit de libertate a seruitute culpe. ¶ Tertiū ꝓcedit de libero ar. per cōparationē ad illud ad qd̄ est: sm̄ quā cōparationē dr̄ positiue: qꝛ per cōparationē ad illud a quo est liberū: est in eo libertas priuatiue vel negatiue. Certū est aūt ꝙ quātū ad oē illud qd̄ positiuū est in libero ar. nobilius est in deo in infinituꝫ ꝗ̄ȝ in creatura. ¶ Alij ēt dicunt ꝙ liberū arb. diuinū liberiꝫ est a cogibilitate ꝗ̄ȝ liberū ar. angelicū vel humanū: nō quia in libero ar. angelico vel humano sit aliqd de cogibilitate: qꝛ in nullo libe. arbitrio est aliqd de cogibilitate. Sꝫ qꝛ liberū ar. diuinū magis est a cogibilitate elōgatū ꝗ̄ȝ liberū ar. angelicū vel humanū: ꝗ̄uis nullū eoꝝ possit cogi: pura eniꝫ negatio pōt recipere magis ꝛ minꝫ: vt ipsi dicūt: per maiorē vel minorē elongationē a re que negat. Et ponūt exm̄ in ista ꝓpōne quatuor sunt qnqꝫ nō plus est de veritate ꝗ̄ȝ in ista q̄tuor sunt mille: qꝛ vtraqꝫ ē pure falsa: ꝛ tn̄ sm̄ sniam phi. 4. meta. ꝛ sui ꝯmētatoris ibidē nō equalr mētitus est: qui opinatꝫ est q̄tuor esse qnqꝫ ꝛ qui opinatus est q̄tuor esse mille: ergo vr̄ ꝙ velint dicere ꝙ ista q̄tuor sūt mille est falsior ꝗ̄ȝ ista q̄tuor sunt qnqꝫ ꝓpter maiorē sui elongationē a veritate. ¶ Sed quō pura ꝛ totalis negatio alicuiꝫ rei recipiat magis ꝛ minꝫ: nō est mihi bene intelligibile. T. c. 18.

Qō. II. Qō. II.

Ar. pº. **SEcundo** queritur vtrum liberū arbi. in omnibꝫ in quibus est sit inamissibilr. Et videtur ꝙ nō. Augu. in Ench. cap. 18. libero arbitrio male vtens homo se ꝑdidit ꝛ ipsum.

Secūdo. ¶ Item Augꝫ. 14. de ciui. cap. xi. dicit ꝙ liberū arbitrium amissum ꝓprio vitio nisi a quo dari potuit reddi non pōt: ergo videtur ꝙ liberum arbitrium amitti potest.

Tertio. ¶ Item in malis angelis ꝛ animabus dānatis non est libertas ad bonum. Sed sm̄ Ans. lib. de libertate arbitrij ꝓpe pn̄cipiū nec libertas nec pars libertatis est potestas peccandi: ergo in damnatis nullo modo est liberum arbitriuꝫ.

Quarto. ¶ Item Ansel. eodem lib. quasi inter principium ꝛ medium libertas arbitrij est potestas seruandi rectitudinem voluntatis propter ipsaꝫ rectitudinem. Sed damnati hāc rectitudinem seruare nō possunt: quia nec eam habent nec habere possunt: ergo videtur ꝙ liberum arbitrium amiserunt.

Quinto. ¶ Item Apostolus ad Romā. 7. Non eniꝫ qd̄ volo bonum h facio: sꝫ ꝙ nolo malum: h ago: ꝛ parum postea dicit ꝙ h operatur inhabitans in se peccatum: ergo videtur ꝙ libertas arbitrij amitti valeat per peccatum.

Sexto. ¶ Item sm̄ philosophuꝫ. 3. ethicorū capitu. 5. voluntas est respectu finis electio autem eoꝝ que sunt ad finem: ergo beati qui sunt iam coniuncti actum eligendi non habent. Cū ergo electio sit actuꝫ liberi ar. videtur ꝙ liberū ar. amiserūt.

In oppm. **Contra** qd̄ sequitur naturam rei inamissibile est natura manente. Sed liberum arbitrium sequitur naturam rei in qua est. Unde dicit Ber. de libero arbitrio: longe post principium: ꝙ libertatem a necessitate contulit nobis in conditione natura: ergo liberum arbitrium inamissibile est.

Secūdo. ¶ Item Ber. eodem libro quasi in medio liberum arbitriuꝫ: ita vbiqꝫ sequitur voluntatem: vt nisi illa penitus esse desinat isto non careat. Sed voluntas est vbicūqꝫ est inamissibiliter: ergo ꝛ ipsum liberum arbitrium.

Tertio. ¶ Item parum postea dicit: ꝙ nec liberū arbi. destruere siue in se quantū est aliquatenus minuere potuit quecūqꝫ aduersitas vel necessitas.

Ad qōnē sꝫ mentē ꝓpriā. **Respōdeo** ꝙ libertas arbitrij a coactione absoluta est inamissibiliter vbicunqꝫ est: h enim libertas essentialis est libero arbitrio. Libertas vero accidentalis que est a seruitute peccati amissibilis est. Libertas etiam a miseria que est accidentalis libero arbitrio amissa fuit per peccatuꝫ: quia ꝛ angeli ꝛ primi parentes a primi sua conditione erant ab omni miseria liberi: ꝛ primi parentes ꝛ angeli qui peccauerunt per peccatum in seruituteꝫ miserie inciderunt.

Ad pᵐ ꝛ ad 2ᵐ **Duo prima** argumenta ad partem primam ꝓcedunt de libertate a seruitute cul-
Ad 3ᵐ pe ꝛ miserie. ¶ Ad tertiū cum dicitur ꝙ potestas peccandi nō est libertas ꝛc̄. Dico ꝙ hoc intelligitur de liber
tate per comparationem ad terminū ad quem: quia pec
care est deficere: tamē potestas peccandi sub ratione qua
nullo modo potest cogi libera est: ꝛ sic est in demōibus:
Ad 4ᵐ quia sine omni coactione volunt malum. ¶ Ad quartū
cum dicitur ꝙ libertas arbitrij est potestas seruandi re-
ctitudinem ꝛc̄. Dico ꝙ h̄ dicitur de libertate per compa
rationem ad terminum ad quē: bene est tamen libertas
a coactione sine ista. ¶ Uel potest dici ꝙ demones ha-
bent potestatem qua possent seruare rectitudinem si ha-
Ad 5ᵐ berent. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ Apostolus in illo
verbo: in se exprimit duplicem appetitū. s. appetitū li-
bere voluntatis ꝛ appetitum sensualitatis recalcitranē
cōtra liberā voluntatē: que recalcitratio ortum habuit
Ad 6ᵐ a peccato. ¶ Ad sextū dicendum ꝙ ꝛ si in beatis nō sit
electio respectu eorū: que sunt ordinata ad finem inquā-
tum sunt ducentia ad finē distantē: tamen eligunt per-
seuerare in illis bonis sine quibus nō possent permane-
re coniuncti cum fine. Et etiam eligunt quosdam actus
quos maxime conuenit habere illos qui sunt perfecte cō
iuncti cum fine: cuiusmodi actus sunt electorū salutem
optare ꝛ pro eis orare. ¶ Argumenta ad partem aliā ꝓ-
cedūt de libertate que est a coactiōe absoluta.

Consequēter querit̄ de tertio prin-
cipali. Et circa hoc
queruntur duo. ¶ Primo vtrū omnes ac-
tus humani sint actꝰ liberi arbitrij. ¶ Scdo
Qō. I. vtrum omne ens sit obiectum liberi arbi. Qō. I.

Ar. pᵒ **Primo** ostendo ꝙ nō omnes actus hu-
mani sunt actus liberi arbitrij:
quia actuū humanorum quidam sunt natu-
rales. Sed actus naturales nō sunt actus libe
ri arbitrij: ergo nō omnes actus humani sunt actus libe
Secūdo. ri arbitrij. ¶ Item liberū arbitrium cogi nō potest: vt
īferius ostēdetur: sed aliqui actus humani cogi possunt:
Tertio. ergo nō omnes actꝰ humani sunt actꝰ liberi arb. ¶ Itē
vt superius dictum est: liberum arbitriū est facultas ra-
tionis ꝛ voluntatis: sed in homine sunt aliqui actus qui
nō sunt actus rationis nec voluntatis nec in earum po-
testate. Cuiusmodi sunt actus potentie vegetatiue: ergo
Quarto. nō omnes actus humani sunt actus liberi arbi. ¶ Itē
si omnes actus humani essent actꝰ liberi arbitrij omnes
homines haberent liberum arbitriū. Sed non omnes
homines habent liberū arbitriū. Quia sicut dicit Ber.
de libero arbitrio. Longe post principiū insani: ꝛ infan-
tes non habent iudiciū libertatis: ergo non omnes actꝰ
humani sunt actus liberi arbitrij.

In oppᵐ **Contra** Ansel. in lib. de concordia prescientie ꝛ li-
beri arbitrij longe ante finē: voluntas in-
strumentū mouet omnia alia instrumēta quibus spon-
te vtimur: ꝛ que sunt in nobis vt manū linguam visū:
ꝛ que sunt extra nos vt stilum ꝛ securim: ꝛ facit omnes
voluntarios motus: ipsa vero se suis affectibus mouet:
ergo videtur ꝙ omnes actus humani sunt a voluntate:
Secūdo. ꝛ ex consequenti a libero arbitrio. ¶ Item Damas. lib.
scdo cap. 21. dicit ꝙ animal rationale libero arbitrio ap-
petit ꝛ libero arbitrio vult: ꝛ libero arbitrio īgrit ꝛ scru-
tatur: ꝛ libero arbitrio iudicat: ꝛ libero arbitrio disponit
ꝛ libero arbitrio eligit ꝛ libero arbi. īpetū facit: ꝛ libe. ar.
egit ꝛ operatur semper in his que s̄m nām sunt.

Ad qōnē s̄m men. ꝓpriā. **Respōdeo** ꝙ actus potest dici alicuius potētie
dupliciter. Aut quia ab illa elicitur:
cuiusmodi est ille qui ab ea imediate procedit: ꝛ hoc mo
do non oēs actus humani sunt actus liberi arbitrij: sed
tantūmodo actus libere volendi ꝛ libere intelligendi: eo
modo quo intellectus est de ratione liberi arbitrij. Aut
quia ab illa imperatur vel elicitur: ꝛ sic omnes actus hu
mani sunt actus liberi arbitrij. Quia omnes actus huma-
ni: aut a libero arbitrio eliciuntur: aut imperantur: quia
nō omnes actus qui sunt in homine actus humani dici
debent proprie loquendo. Sed tantū illi qui sunt homi
nis vt homo est: sicut sunt actus intellectus ꝛ volunta-
tis: ꝛ potentiarū voluntati obedientium: vel persuasi-
bilium a ratione cuiusmodi sunt actus irascibilis ꝛ con-
cupiscibilis: quibus ꝛ si nō dominētur ratio ꝛ voluntas
despotice: sicut dominantur potentie motiue manuū ꝛ
pedum: dominantur tamen eis politice: quia sicut dicit
philosophus primo ethicorum caplo penultimo: suaden-
tur aliqualiter a ratione.

Ad primū in oppositum dicendū ꝙ actus qui Ad pᵐ
sunt in homine naturales non dicū-
tur proprie actus humani: quia nō sunt hominis inquā- Ad 2ᵐ
tum rationalis est. ¶ Ad secundū cum dicitur ꝙ libe-
rum arbitrium cogi nō potest ꝛc̄. Dico ꝙ verum est re-
spectu actus qui ab ipso elicitur: tamē per comparatio-
nem ad actum exteriorem quē imperat: cogi potest: sed
tunc ille actus nō procedit a libero arbitrio: quāuis aliās
procederet ab ipso mediante alia potentia. ¶ Ad tertiū Ad 3ᵐ
dicēdū ꝙ actus potentie vegetatiue proprie nō dicunt̄
actus humani: quia homini nō conueniunt inquantum
rationalis est. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ quāuis pueri Ad 4ᵐ
ꝛ insani nō habeant vsū liberi arbitrij: habent tamē id
qd̄ est liberum arbitrium. s. potentiam intellectiuā ꝛ vo
luntatem: sed quia vsum non habent rationis: actus eo-
rum non debent dici proprie loquendo actus humani.

¶ Questio. II. Qō. II.

Secundo queritur vtrū omne ens sit
obiectum liberi arbitrij. Et Ar. pᵒ
videtur ꝙ non. Quia qd̄ nō est obiectū volun
tatis nō est obiectum liberi arbi. Sed malum
nō est obiectum voluntatis: Quia s̄m Diony. 4. cap. de
diuinis noībus. nō multū ante finem: nemo respiciens
malum facit: que facit: ergo malum non est obiectum li-
beri arbitrij. ¶ Item qd̄ nō est obiectum actus eligendi Secūdo.
non est obiectum liberi arbitrij: quia eligere est proprius
actus liberi arbitrij: sed electio non est finis: sed eorū que
sunt ad finem: s̄m phm̄. 3. ethicorū. cap. 5. ergo finis non
est obiectum liberi arbitrij. ¶ Item liberum arbitrium Tertio.
includit vel presupponit consilium: quia s̄z philosophū
3. ethicorū capitu. 5. voluntarium non oē eligibile: sed
certe qd̄ precōsiliatū: sed ens qd̄ non est in potestate no
stra non est obiectum consilij. Unde s̄m philosophū. 3.
ethicorū. capitulo. 6. de eternis ꝛ de his que fiunt ex ne
cessitate nullus consiliatur: ergo non omne ens est obie-
ctum liberi arbitrij. ¶ Item Magister in littera liberū Quarto.
arbitrium ad presens vel ad preteritum non refertur: s̄z
ad futura contingentia: ergo nō omne ens est obiectum
liberi arbitrij.

Contra quicquid est obiectum voluntatis est obie- In oppᵐ.
ctum liberi arbitrij: sed omne bonum est
obiectum voluntatis. Cum ergo bonum ꝛ ens conuer-
tantur omne ens est obiectum liberi arbitrij. ¶ Itē nō Secūdo
tantum actus liberi arbitrij est libere velle: sed etiam li-
bere nolle. Sed quodlibet ens possumus per liberū ar-
bitrium libere velle vel nolle: ergo omne ens est obiectū
actus liberi arbitrij. ¶ Item Augu. in Enc̄h. cap. 63. di- Tertio.
cit ꝙ neq̄ voluntas libera dicenda non est qua beati sic
esse volumus: vt esse miseri: non solum nolumus: sed ne-
quaquā prorsus velle possimus: ergo beatitudo que est
res de necessitate volita est obiectum liberi arbitrij: ergo
pari ratione quodlibet ens aliud.

Respondeo ꝙ nostrum liberum arbitrium ꝛ Ad qōnē s̄m mēt. ꝓpriā.
est liberū inquantum per ipsū
possumus

possumus libere velle: et est deliberatiuum inquantum per ipsum possumus libere consiliari: et est defectibile inquantum est ex nihilo. Si consideretur inquantum est liberum sic omne bonum est obiectum eius: quia per ipsum possumus omne bonum libere velle: etiam finem loquendo de libertate a coactione: quamuis finem in generali velimus naturali necessitate: quia in volendo finem voluntas sine coactione mouet seipsum ad illum motum determinata sit a creante vt planius inferius declarabitur. Si consideretur inquantum deliberatiuum sic non omne ens est eius obiectum primum: sed tantum ens operabile vel disponibile per nos vel per amicos nostros. Quia secundum philosophum .3. ethicorum. ca. 6. que per amicos per nos aliqualiter sunt. Nullus enim deliberat de necessarijs: eo quod non possunt aliter se habere secundum philosophum cap. predicto. Sic tamen omne ens aliqualiter est obiectum eius remotum: inquantum quodlibet potest esse obiectum alicuius actus a libero arbi. imperati. Si autem consideretur inquantum habet defectibilitatem in libertate sic obiectum eius est malum. ¶ Ex dictis faciliter possunt solui argumenta ad vtramque partem.

Ad primum. **Primum** argumentum deficit dupliciter: quia et si voluntas non velit malum per se: vult tamen malum per accidens: inquantum vult aliquid cui accidit malitia: et hoc velle conuenit voluntati ratione defectibilitatis in libertate. ¶ Preterea malum formaliter hoc est consideratum ratione deformitatis: non tamen debet dici ens quam entitatis priuatio. Unde Aug. xi. de ciui. cap. 10. nulla natura est mali: sed amissio boni: mali nomen accepit. ¶ Ad

Ad 2m secundum cum dicitur quod illud quod non est obiectum actus eligendi non est obiectum liberi arbi. Dico quod verum est sub ratione qua deliberatiuum: bene est tamen obiectum eius sub

Ad 3m ratione qua liberum. ¶ Ad tertium cum dicitur quod liberum arbitrium includit consilium etc. Dico quod verum est inquantum deliberatiuum: non est autem hoc necessarium quando conside-

Ad 4m ratur sub ratione qua liberum tantum. ¶ Ad quartum dicendum quod Magister ibi loquitur de libero arbitrio non tantum inquantum est liberum: sed etiam inquantum deliberatiuum.

Ad arg in oppm ad pm **Primum** argumentum ad partem aliam procedit de libero arbitrio: non inquantum considera-

Ad 2m tur vt deliberatiuum: sed vt liberum tantum. ¶ Simili modo potest dici ad secundum: quia tamen per hoc videretur posse concludi quod malum esset obiectum liberi arbitrij sub ratione qua est liberum: eo quod potest malum nolle: ideo dicendum quod non propter hoc debet malum dici obiectum li-

Ad 3m beri arbitrij sub ratione qua liberum: nisi cum hac determinatione ad nolendum vel detestandum. ¶ Ad tertium dicendum est sicut ad primum.

Consequenter queritur de quarto principali. Et circa hoc queruntur duo. ¶ Primo vtrum liberum arbitrium possit cogi a creatura. ¶ Secundo vtrum possit cogi a creatore.

Qo. 1. ¶ Questio. I.

Ar. pm. **Primo ostendo** quod liberum arbitrium potest cogi ab aliqua creatura. Eque immaterialis potentia est intellectus sicut voluntas. Cum ergo libertas sit in voluntate ratione immaterialitatis: eque est liber intellectus sicut voluntas. Sed intellectus cogi potest: vt assentiat alicui vero: ergo et voluntas vt assentiat

Secundo. alicui bono: et sic liberum arbitrium potest cogi. ¶ Item omne mobile potest cogi a suo motore. Sed voluntas mouetur ab appetitu sensitiuo. Unde Jaco. i. Unusquisque tem-

Tertio. ptatur a concupiscentia sua abstractus et illectus: ergo voluntas a sensualitate cogi potest. ¶ Item facilius videtur liberum arbitrium cogere quam totaliter tollere eius vsum. Sed aliqua creatura potest totaliter tollere vsum liberi arbitrij: inquantum potest hominem in incurabilem furiam mittere: ergo multo fortius videtur quod liberum arbitrium ab aliqua creatura possit cogi.

Contra. Ans. in libro de libertate arbitrij: quasi in medio vult quod cum liberum arbitrium vincitur non aliena vincitur potestate: sed sua quod non esset verum si cogi posset. ¶ Item parum post auctoritatem prealle- gatam dicit quod temptatio impugnare potest inuitam voluntatem expugnare nequit inuitam: ergo liberum arbitrium saltem a temptatione cogi non potest. ¶ Item in omni actu liberi arbitrij possumus mereri vel demereri. Sed actu procedente per coactionem non meremur nec demeremur. Unde pho. 3. ethicorum. cap. 8. vult quod puniendi sunt operantes male: quotquot non vi: aut per ignorantiam: cuius ipsi non sunt causa: et bene operantes honorandi. In quo satis dat intelligere quod in actu procedente per coactionem non est meritum nec demeritum: ergo nullus talis actus potest esse actus liberi arbitrij. In oppm / Secudo / Tertio.

Respondeo quod liberum arbitrium cogi non potest ab aliqua creatura: si enim esset a creatura cogibile: maxime posset cogi a diabolo: cum non sit potestas terrena: que comparetur sue potestati. Ut habetur Job. 41. Sed a diabolo cogi non potest: quia cum diabolus sit obstinatus in malitia et odiens genus humanum semper cogeretur liberum arbitrium hominis ad malum actum. Restat ergo quod a nulla creatura cogi potest ad malum: ergo a simili neque ad bonum. ¶ Ratio autem quare cogi non potest ab aliqua creatura est hec quia libertas arbitrij consequitur naturam ipsius anime intellectiue: vel ipsius angeli. Fundatur enim immediate in natura rei cuius est. Illud ergo quod non potest transmutare naturam rei habentis liberum arbitrium non potest sibi auferre liberi arbitrij potestatem: neque simpliciter neque ad tempus. Sed nulla creatura potest naturam rei transmutare in qua immediate fundatur libertas arbitrij. Quamuis enim possit creatura aliqua transmutare naturam corporis nostri: et per hoc vsum liberi arbitrij a nobis auferre: tamen non potest transmutare naturam anime intellectiue: et ex consequenti nec ab ea auferre liberi arbitrij potestatem. Sed libertas et cogibilitas opponuntur: ergo liberum arbitrium non est cogibile ab aliqua creatura: neque simpliciter neque ad tempus: quamuis ab aliqua creatura possit auferri et ab homine eius vsus. Ad qonem secundum mentem propriam. / Cur voluntas non possit cogi a creatura.

Ad primum in oppositum dicendum quod quamuis eque sit immaterialis intellectus sicut voluntas per carentiam materie corporalis: tamen ipsa anima intellectiua non est ita libera sub ratione qua potens intelligere: sicut sub ratione qua potens velle: quia quamuis sub vtraque ratione sit actiua et passiua: magis tamen est passiua sub ratione: qua potens intelligere quam sub ratione qua potens velle: et hoc exigit natura ipsorum actuum. ¶ Ad secundum cum dicitur quod voluntas mouetur ab appetitu sensitiuo etc. Dico quod verum est inclinando et aliquo modo disponendo. Non oportet autem quod mouens per hunc modum: cogere possit ipsum mobile. ¶ Ad tertium cum dicitur quod facilius videtur esse liberum arbitrium cogere quam eius vsum totaliter tollere etc. Dico quod falsum est: quia cogere liberum arbitrium esset auferre liberi arbitrij potestatem. facilius autem est auferre vsum quam potestatem: quia potestas liberi arbitrij fundatur in natura rei cuius est immediate: vsus autem eius in nobis dependet etiam ex corporis dispositione. Ad pm / Ad 2m / Ad 3m

Qo. II. Qo. II.

Ar. pm **Secundo queritur** vtrum liberum arbitrium possit cogi a creatore. Et videtur quod sic. Luc. 14. dicitur. Exi in vias et sepes et compelle intrare vt impleatur domus mea. Sed compellere est cogere: ergo aliqui homines a deo coguntur ad bonum volendum. ¶ Item Joan. 6. dicit Saluator: nemo Secudo.

potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit illū: ergo illi qui ad filium per bonam voluntatem vadunt trahuntur a patre. Sed trahere est cogere: est enim motus violentus: ergo liberum arbitrium euntium ad deū
Tertio. cogitur. ¶ Item plus potest deus super quācūq; creaturam: q̄3 homo possit super corpus. Sed corpus hominis potest cogi ab alio homine: ergo multo fortius liberum arbitrium creatum potest cogi a creatore.

In opp^m **Contra** si aliqs cogeretur velle aliquid: illud vellet inuitus. Sed hominē velle aliquid inuituz cōtradictoria sunt. Cuz ergo deus nō possit facere
Secūdo. cōtradictoria simul deus nō potest cogere liberum arbi. ad aliquid volendū. ¶ Item Ber. de libero arbi. longe post principiuz. Voluntas pro sui ingenita libertate nulla vi nulla cogitur necessitate. Cū ergo voluntas sit liberum arbitriū: vel pars liberi ar. Videtur q̄ liberū ar. cogi nō possit nec a creatura nec a creatore.

Ad q̄ōnē s̄3 mētez aliorum. **Ad istaz questionem** dictuz est aliqñ q̄ quāuis deus nō posset facere q̄ liberuz arbitriū: duz manet liberū arbitriuz cogeretur: q2 h̄ esset facere ꝯtradictoria simul: tñ posset facere q̄ liberuz arbitriū post cōsiliationez in intellectu moueretur ad aliquid volenduz de necessitate: nō a se: sed a virtute diuina eliciēte illum motuz in volūtate: ita q̄ illo motu voluntas nō esset mouens: sed tantuz modo mota. Et h̄ posset facere salua natura potestatis liberi arbitrij: sicut videmus q̄ deus nō mutat naturam lapidis: & si mouet eum sursum: quia tamē illo motu
opion ē volūtas nō esset mouens volūtas nō mereretur. ¶ Sz hec opinio videtur esse cōtra cōem opinionē doctoruz: & ēt ꝯ auctoritatē allegatā in opponēdo ad 2^m ptē.

Ad q̄ōnē s̄m mētē ꝓpriā. **Videtur ergo** dōm q̄ q̄uis deus possit naturā liberi arbitrij creati destruere: tamē manēte liberi arbi. nāli potestate: nō potest ipsum quātum ad actuz eius ꝓpriuz cogere ꝓprie loquendo de coactiōe. Hic dico ꝓpter h̄: quia bene potest ipsum efficaciter inclinare & facere: vt liberū arbitrium moueat se ipsum libere ad quācūq; partē deus voluerit. Cū enim de naturali potestate liberi arbi. sit libertas nō potest deus facere q̄ liberū arbitriū moueat se motu opposito libertati coactione. Sicut deus non potest facere q̄ manēte natura grauis ipsum graue moueat se sursuz. Nec potest liberū arbitriū a deo moueri motu opposito libertati quo motu sit tantū motū: & nō mouens: vt dicebat prima opinio: q2 de natura liberi ar. est nō posse moueri motu volendi ab aliquo: nisi etiā cū h̄ illo eodē motu moueatur a se ipso. Et ideo nō valet exēplū q̄ adducebat prima opinio de motu grauis sursum: q2 q̄uis salua natura eius nō possit se mouere sursum: tamen salua natura ei⁹ potest ab alio sursum moueri.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum dōm q̄ illa cōclusio de qua ibi loquitur Saluator nō per coactionē sufficiētē: sed p īclinatiōes īducētē. s. p tribulationes & cōminationes & angustias & similia: s̄m quē moduz dicit Ber. in lib. de diligendo deo: circa medium q̄ ex occasione frequentiā necessitatū crebris ne-
Ad 2^m cesse est interpellationibus deum ab homine frequētari. ¶ Ad scōm dōm q̄ deus trahit nō compellēdo sed vehementer inclinādo: s̄m quez modū dicitur Nume. 21.
Ad 3^m q̄ cor regis in manu domini: quocūq; voluerit inclinabit illud. ¶ Ad tertiuz dicendū q̄ q̄uis deus plus possit super animaz q̄3 creatura super corpus: nō tamen ex hoc sequitur q̄ possit eaz cogere: & tamē posset eam anihilare: & naturaz eius mutare: & facere pro voluntate sua: q̄ liberū arbitrium moueat se de vno velle ad aliud velle. libere tamen: nō est enim cōtra naturam corporis pati a creatura. Sed cōtra naturā liberi arbitrij est posse cogi: vt in corpore q̄ōnis est ostensuz.

Consequēter queritur de q̄nto principali. Et circa hoc querūtur duo. ¶ Primo vtrū in isto statu corruptibili possimus per naturam hēre vsuz liberi ar. sine fantasmate. ¶ Scdo vtrz per nāz possimus in somnis hēre vsuz liberi arb.

Qō. I. Qō. 1.

Primo ostendo q̄ in isto statu corruptibili possumus per naturam habere vsum liberi arbitrij sine fantasmate: quia possumus velle aliquod bonuz spirituale per Ar. p^o naturā sine appetitu alicui⁹ boni sensibilis ad hoc adiuuantis: ergo a simili possum⁹ intelligere aliquod intelligibile sine aliquo fantasmate ad h̄ adiuuāte: ergo actū ratiocinādi & eligēdi in q̄bus ꝯsistit vsus liberi arb. possumus habere per naturā sine fantasmate. ¶ Itez spūalia Secūdo. cuz nō habeāt fantasmata videnf a nobis posse intelligi sine fantasmate: sed respectu eorum que a nobis possunt intelligi: possumus hēre vsum liberi arbi. ad min⁹ inq̄ztū est liberz: ergo p nāz possum⁹ hēre vsuz libe. ar. sine fantasmate. ¶ Itez intellectus noster nō intelligit per fantasma: Tertio. q2 non informatur fantasmate: nec fertur sup fantasma: sed super quiditatē rei intellecte: ergo nō videtur q̄ actus nostri intellectus sit cuz fantasmate: & multo minus actus nostre voluntatis que plus ascendit q̄3 intellectus: ergo videtur q̄ per naturā habemus vsum libe. arbi. sine fantasmate. ¶ Itez fantasma nō mouet intelle Quarto. ctuz nisi mediāte intelligibili similitudine: ergo in itelligendo res quaz iam intellectus habz similitudines itelligibiles nō idigem⁹ fantasmate: ergo ex ꝯñti: nec in volendo: ergo respectu aliquarum reruz possumus habere per nām totū vsuz libe. ar. sine fantasmate.

Contra vsus liberi arbitrij includit vel presupponit vsum intellectus. Sed s̄m ph̄m 3. de In opp^m T. c. 30. aia. nihil itelligim⁹ sine fantasmate: ergo nec hēre possumus per naturā vsum lib. arbi. sine fantasmate. ¶ Item ph̄s Secūdo. eodez lib. cū speculatur noster intellect⁹ necesse est simul cuz sensibili speculari fantasmata: fantasmata enim sicut sensibilia sunt. Ex hoc potest argui sicut ex auctoritate Tertio. predicta. ¶ Item Diony. 1. capi. angelice Ierarchie nō est possibile aliter nobis lucere diuinuz radium nisi varietate sacrorū velaminuz anagogice circūuelatum. Si ergo respectu dei nō possumus per naturā habere vsuz rationis sine fantasmate: multo minus respectu alioruz: ergo videtur q̄ nō possumus habere vsum liberi arbitrij sine fantasmate cuz depēdeat ex vsu rationis. ¶ Ad melius intelligendū veritatē huius questionis. ¶ Primo dicenduz quid est fantasma. ¶ Secundo ostendenduz q̄ nihil per naturaz intelligimus in statu isto corruptibili sine fantasmate. ¶ Et tertio ꝯcludemus intētū.

Quantum ad primuz sciendum q̄ fantasmata sunt similitudines rerum sensibilium s̄m esse q̄d habent in organis virium sensitiuaꝝ Fātasma q̄d vide optime. interioruz. Si tamen res quaruz sunt similitudines per se ceciderunt sub aliquo sensu particulari: tunc ille similitudines magis in cōmuni vsu dicuntur fantasmata. Si autem non ceciderunt sub aliquo sensu particulari: dicuntur intentiones: sicut similitudo inimicitie quā aliquando apprehendit estimatiua: cum tamē ceciderit nō per se sub aliquo particulari sensu. ¶ Quantū ad scdm articuluz sciendū q̄ fantasma nobis est necessariū ad nostrum naturalem actum intelligendi duplici de causa: vna est debilitas nostri intellect⁹ quā sortitur ex vnione sui ad corruptibilem carnem: que ipsuz aggrauat: vt h̄r Sap. 9. Sicut .n. puero habēti debilē itellectuz fiunt ꝓtractiones in puluere pro exēplis quib⁹ manuducif ad intelligēdū. Sic dico q̄ mot⁹ ordinatus ipsius sensibilis cogitatiue per ipsa fantasmata est sicut q̄dā exēplū nr̄o intellectui ad manuducendū ipsum in actu intelligēdi.

Alia

Alia causa est: quia intellectus noster est forma substantia-
lis materie sensibilis: & ideo dum actu est eius forma cona-
turale est sibi intelligere obiectum suum in exemplari sen-
sibili: quod est fantasma. Ut clarius patebit per solutionem
tertij & quarti argumenti. Huic opinioni non tantum concordat
philosophus: sed etiam Aug. 4. super Gen. quasi inter principium &
medium: ubi dicit expresse quod si volo cogitare compositio-
nem numeri senarij obijciunt nostro aspectui: quasi cor-
porum elementorum: quedam simulachra: quibus tamen ratio non
eius annuat: que vim numeri contuetur: per quem conti-
tum fidenter dicit id quod dicitur unum in numeris in nul-
las partes diuidi potest. ¶ Ex predictis potest concludi
principale intentum. Actus enim voluntatis presupponit
actum intellectus. Unde Augu. 10. de trini. cap. 1. firmissi-
me nouimus amari nisi nota non posse. Sed sicut probatum
est in articulo precedenti noster naturalis actus intelli-
gendi in hoc corruptibili corpore non potest esse sine fantas-
mate: ergo nostrum velle mediante actu intelligendi depen-
det ex fantasmante: ergo in isto statu corruptibili non pos-
sumus habere per naturam sine fantasmate usum liberi ar-
bitrij cum ratione nostri actus intelligendi concludatur
in usu liberi arbitrij tanquam de eius ratione: vel saltem de
necessitate presupponitur.

Ad 1m **Ad primum** in oppositum dicendum quod non sic
oportet voluntatem conformari mo-
tui appetitus sensitiui: sicut nostrum intellectum in intel-
ligendo motui cogitatiue sensibilis. Cuius ratio est ma-
gnitudo libertatis in voluntate que non est in intellectu.
Ad 2m Unde intellectus cogi potest: voluntas nunquam. ¶ Ad se-
cundum dicendum quod naturaliter non deuenimus in cogni-
tionem spiritualium nisi per sensibilia: ut in cognitione pote-
tiarum anime: & habituum per obiecta: & in cognitione dei
per effectus sensibiles & effectus intelligibiles: in quorum
cognitionem deuenimus per cognitionem effectuum sen-
sibilium. Unde ut breuiter dicam tantum possumus na-
turaliter & de lege communi intelligere de rebus spiritua-
libus: quantum possumus per sensibilia manuduci: unde
illud quod ultra hoc habemus de cognitione spiritualium
Ad 3m non est per naturam & de lege communi. ¶ Ad tertium dicen-
dum quod quamuis dum intelligimus apprehensio qua fertur
anima nostra simplici intuitu super sensibile per ipsum fan-
tasma: sit per sensibilem cogitatiuam: tamen quia eadem est
substantia: que apprehendit & sensibile per organum & in-
telligibile non per organum: & propter duas alias causas que
dicte sunt in corpore questionis: non potest intelligere ali-
quam rem nisi dum per organum apprehendit: etiam ipsam
rem sensibiliter per fantasma. ¶ Et preterea de potentia
fantasmatis representantis rem sub esse singulari educitur
per naturalem actionem intellectus agentis quedam reful-
gentia rem representans sub esse uniuersali non separata a fan-
tasmate secundum reale esse: sed in ipso remanens: & sibi quasi col-
ligata: que directe & immediate obijcitur intellectui ut ul-
terius ducens in cognitionem rei cuius est similitudo sub
ratione qua uniuersalis: aut ipsa res sit representata per
dictam refulgentiam est directum & immediatum obiectum in-
tellectus: & ideo mediante refulgentia predicta intellectus
reflectitur super fantasma. Non enim video rationem: qua-
re per modum predictum non posset intelligere hoc singula-
re quod est fantasma: cum possit intelligere singulare cuius
est fantasma. Utrumque ergo per reflectionem intelligit. Et
pro tanto etiam potest dici aliquo modo quod obiectum suum
Ad 4m intelligit in exemplari sensibili quod est fantasma. ¶ Ad quar-
tum patet solutio per dicta in corpore questionis. Dicunt
etiam aliqui quod species intelligibilis remanens in intelle-
ctu postquam transijt intelligendi actus non est intellectui uni-
to corpori corruptibili sufficiens ratio intelligendi de le-
ge communi: quamuis per ipsam anima separata intelligere
possit: eo quod magis potest se reflectere super ea que sunt in
se postquam est separata: quam dum est unita corpori corrupti-
bili: eo quod inquantum corruptibile aggrauat eam. Cum er-
go intelligimus est in nostro intellectu species alia que in
nostro intellectu non manet: nisi quamdiu sumus in actu
intelligendi. Quam speciem aliqui valde probabiliter di-
cunt non esse aliud quam ipsam intellectionem quam intellectus
agens mediante fantasmate causat in intellectu possibili
non mediante alia specie. Non enim videtur ratio quare
intellectus agens mediante fantasmate posset causare in
intellectu possibili speciem intelligibilem: & non ipsam in-
tellectionem. Cum etiam intellectio sit expressior simili-
tudo rei quam quecunque alia species quasi habitualiter re-
manens transeunte intellectione. Rationabilius videtur
dicere istam speciem causari mediante intellectione: quam
econuerso. Pro hoc etiam facit quod quamuis respectu eorum quo-
rum cognitio nobis est innata prius sit ordine nature ac-
tus memorie quam intelligentie: tamen respectu eorum quo-
rum intellectualem cognitionem acquirimus: vel accipi-
mus ab inferiori et econuerso. ¶ Preterea secundum hanc opi-
nionem expressius facilius & clarius redditur ratio qua-
re nunquam per naturam & de lege communi possumus intelli-
gere sine fantasmate: quam secundum illam que ponit speciem intel-
ligibilem habitualiter manentem: que nobis est ratio intel-
ligendi in hac vita. ¶ Preterea sicut intellectus noster
dum actu est corporis corruptibilis forma non potest na-
turaliter & de lege communi nisi mediate quantum potest
per sensibilia manuduci intelligere aliquid separatum a
quacunque re sensibili secundum esse reale. Ita videtur quod
naturaliter & de lege communi species intelligibilis sepa-
rata ab omni re sensibili secundum esse non possit sibi esse suf-
ficiens ratio intelligendi. Sed species in eo manens: qua-
si habitualiter separata est a fantasmate secundum esse: quia hoc est
in intellectu non mediante organo: & fantasma est in orga-
no seu in spiritu corporali existente in organo. ¶ Prete-
rea sicut potest trahi ex sententia philosophi primo physicorum. T.c.41.
quando ita bene potest reddi ratio quesiti per pauciora: si-
cut per plura conuenientius est ponere pauciora. Sed
querentibus per quid intellectus noster dum est corporis
corruptibilis forma intelligat: ita conuenienter redditur
ratio non ponendo aliquam formam intelligibilem qua in-
formetur & sit sibi ratio intelligendi: sicut non ponendo speciem intelli-
gibilem que informet & intelligat: quia ut declaratum est per intel-
lectum agentem mediante fantasmate & supradicta refulgen-
tia in eo causata: potest causari intellectio intellectu pos-
sibili non mediante alia intelligibili specie. Videtur ergo
quod non sit ponenda alia species ad causandum intellectio-
nem in intellectu dum est corruptibilis corporis forma: &
quamuis ponendum sit quod in eo remanet species intelligibi-
lis per quam separatus intelligit. Et per hoc dicunt se non
incidere in illum articulum excommunicatum: quod intelle-
ctus fortis corrupti non habet scientiam eorum que co-
gnouit in hac vita. ¶ Alij dicunt illam speciem esse in-
tellectui nostro rationem intelligendi: & quia intellectum
possibilem conuerti ad fantasma est ipsum moueri mo-
tione intellectuali per intellectum agentem mediante
fantasmate: ideo intellectus corpori corruptibili unitus
nihil potest intelligere per naturam & de lege communi: ni-
si per sui conuersionem ad fantasma: & huius speciei su-
pradicta species que manet transeunte actu intelligendi
est impressio vel effectus. De illa autem specie que non re-
manet transeunte actu intelligendi. Et de hoc quod oportet
intellectum iterum conuerti ad fantasma ad hoc ut intel-
ligat: potest exponi illud quod dicit Aug. xi. de trinita.
cap. 3. ubi dicit sic. Cum cogitantis acies auersa inde fue-
rit: atque id quod in memoria cernebatur destiterit intueri
nihil forme: que impressa erat in eadem acie remanse-
rit: atque inde formabitur quo rursus conuersa fuerit: ut
alia cogitatio fiat. Questio. II.

Qō.ii. Ar.pᵒ. T.cō.ii. SEcundo queritur vtrū per naturā possumus in somnis habere vsum liberi arbitrij. Et vr ꝙ sic: ſm phꝫ.2. de anima. intellect⁹ nullius partis corporis est actus: ergo ꝓpter dispositionē corporis in actu suo: nō

Secūdo, impeditur: ergo similiter nec voluntas. ¶ Item magis depēdet ex dispositione corporis fantasia q̄ liberū arbitrium. Sed habemus vsū fantasie in somnis: ergo mul

Tertio, to fortius vsum liberi arbitrij. ¶ Item ſm Damas.li.2. cap.20.vel.10. in somnis disputamus: ⁊ ſm h maxime rationales omnes sumus: ergo videtur ꝙ ratio vsum suū

Quarto, habet in somnis: ergo similiter ⁊ volūtas. ¶ Itē Aug. 10. ꝯfes. nō multū vltra medium dicit: ꝙ imagines rerū quas sibi consuetudo finxerat que cōtra ipsum vigilantem vires nō habebāt occurrebāt sibi in somnis nō solū vsq̄ ad delectationē: sed etiā vsq̄ ad cōsentionē. Sed cōsentire spectat ad actū liberi arbi. est. n. actus volūtatis: ergo vr ꝙ in somnis possum⁹ hr̄e vsū liberi arbitrij.

In oppᵐ CONTRA. Ber. lib. de libero arbitrio nō multū post principiū: infantis infantibus ⁊ dormientibus nihil qd̄ faciunt vel bonū vel malū: imputatur: quia sicut hec nō sunt cōpotes mentis: sic nec vsum retinent

Secūdo, ꝓprie volūtatis: ac per h nec iudiciū libertatis. ¶ Item Aug. 10. de trini. cap. 6. dicit de mente nostra ꝙ viget in ea iudiciū discernēdi corpus ꝙ foris reliquit ab imagine q̄ de illo secū gerit nisi cum sic exprimuntur eedē imagines tāq̄ foris sentiantur: nō intus cogitētur: sicut dormientibus accidere solet: ergo videtur ꝙ in dormientibus ratio vsum suū habere nō potest. Sed sine vsu rationis vsus liberi arbitrij nō est.

Ad qōnē ſꝫ mentē ꝓpriā. RESPONDEO ꝙ nō possumus per naturam in somnis habere vsum liberi arbitrij. Cuius vna ratio est ex parte indispositionis corporis: corpus enī mixtum ꝓpter sui nimium recessum ab equalitate ꝓportionis ineptum est ad animationē: sicut corpora mineralia: ⁊ corpus animatū anima vegetatiua accedit ad maiorē equalitatē ꝓportionis q̄ corpora mineralia: ⁊ corpus animatū anima sensitiua plusq̄ planta ⁊ corpus animatū anima intellectiua cuiusmodi est corpus humanū: maxime accedit ad illā equalitatē inter omnia corpora. Requiritur etiam equalior dispositio in corpore humano: maxime in organis viriū sensitiuarū interiorū ad hoc ꝙ homo habeat animā intellectiuā in actu ṗmo ⁊ secūdo: simul q̄ ad h ꝙ habeat eam in actu primo tantū. In somnis autē cū homo est perfecte dormiens ꝓpter vapores ⁊ retractionē caloris ⁊ spirituū ad interiora ⁊ frigiditatē cerebri fit quedā ingrossatio ⁊ cōpressio in organis viriū sensitiuarū interiorū: per quā ingrossationē ⁊ cōpressionē fit recessus ab illo gradu equalis dispositionis: que requirit ad h ꝙ anima intellectiua possit esse in actu secūdo qui est rōcinari: ⁊ remanet ille gradus equalis dispositiōis qui sufficit ad h ꝙ ibi sit aīa in actu primo. Cū ergo vsus volūtatis presupponat vsū rationis: patꝫ quomodo in somnis per corporis indispositionē carem⁹ vsu liberi arbi. ¶ Alia rō est ex parte intensionis viriū in actib⁹ suis: quia vires anime in eadē eēntia radicantur: ⁊ ideo cū vna nimis intēditur alia in suo actu impeditur. Unde Auic. 6. naturaliū. lib. 5. cap. 7. verissime scimus ꝙ harū virtutū altera impedit alterā. Uires autē naturales in somnis fortissime intēduntur: ⁊ idō conatus anime: ita intēsiue ad illas potētias trahitur ꝙ intellectus in suo actu impeditur: ⁊ ex cōsequēti voluntas. ¶ Tertia ratio est ex parte inordinationis in motu viriū sensitiuarū apprehēsiuarum deintus. Ut enim in qōne precedēti ostensum est. Intellect⁹ noster in isto statu corruptibili: nō potest nāliter esse in suo actu nisi duꝫ aliqua sensitiua interior: vtpote cogitatiua sensibilis est in actu intuendi per fantasma aliquod sensibile aliquāliter representatiuū vel exemplar rei intellecte: ergo ⁊ ordinatus vsus rōnis nō potest esse sine ordinato actu ipsi⁹ sensibilis cogitatiue: quia sicut mala ⁊ inordinata exemplificatio in puluere trahat itellectū discipuli: ⁊ impedit in suo actu: sic inordinatus motus sensibilis cogitatiue trahit ⁊ impedit intellectū in suo actu. Sed in somnis ꝓpter ascensū vaporū: ⁊ ꝓpter defectum virtutis cōtinētis fit inordinatus motus in ipsis spiritib⁹ ⁊ subtilib⁹ humoribus existētibus in organis: in qbus sunt ipsa fantasmata sicut in subiecto: ⁊ ideo in somnis fit inordinatus mot⁹ fantasmatū rōne cuius ipsa sensibilis cogitatiua inordinate mouetur: ⁊ ex cōsequenti intellectus impeditur: ne possit habere suū actum: ita plenū ⁊ ordinatum: sicut requiritur ad liberi arbitrij: vsum etiam si a casu quādoq̄ cōtingat vel ex cōsuetudine ipsam sensibilem cogitatiuā ordinate moueri: quia nō tantū durat illa ordinatio ꝙ posset sufficere de lege cōi ad ita cōpletū actum intelligendi: sicut requirit vsus liberi arbitrij: maxime duab⁹ alijs causis impedietib⁹: que tacte prius sunt.

AD PRIMUM in oppositū dōm: ꝙ q̄uis intellectus nō vtatur organo: tñ indiget ad suū actum ministerio viriū sensitiuarū: que organis alligate sunt. ¶ Preterea q̄uis anima nostra sub ratione qua est potens apprehendere intelligibilia: organo nō vtatur: tamē quia tota per essentiā suam est corporis forma: per impedimētū corporis in suo actu impeditur: bene enim impeditur operatio forme propter indispositionē materie quā perficit. ¶ Ad scd̄m dōm ꝙ ordinat⁹ motus fantasie bene impeditur in somnis: per cuius impedimentū impeditur ordinatus actus ipsius intellect⁹ Potest etiā dici ꝙ quanto actus est potentie nobilioris in nobis tanto facilius impeditur: quia citius receditur ab illa nobili dispositione que ad actum illū requiritur q̄ ab illa dispositione que requiritur ad inferiorē actū. ¶ Ad tertiū dicendum ꝙ forte Damas. ibi accepit rationalitatē improprie. ſm ꝙ dicitur de cogitatiua sensibili que cōfert de intentionibus particularibus. Unde ⁊ a Cōstabulo in lib. de differētia spiritus ⁊ anime. ipsam cogitatiuā vocat intellectum: loquens improprie de intellectu. Dicit enim ꝙ intellectus fit per spiritū qui est in ventriculo qui participatur illis duobus ventriculis qui sunt in anteriori cerebro. ¶ Uel potest dici ꝙ dicit nos maxime rationales ſm illam potentiā qua disputamus in somnis: non quia illa sit ratio: sed quia inter oēs vires sensitiuas: maxime ordinatus actus illius necessarius est ad ordinatum rationis actū. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ ille consensus de quo ibi loquitur Augu. non erat consensus voluntatis: sed appetit⁹ sensitiui. ¶ Auctoritates allegate ad oppositū intelligende sunt per naturam: quia in somnis per gratiam priuilegiatā potest haberi liberi arbitrij vsus: legitur enim de Salomone .3. Reg. 3. ꝙ in somnis meruit sibi infundi sapientiam quia in somnis postulauit eā: ⁊ ibi dicitur ꝙ placuit sermo corā deo ꝙ Salomon rē huiuscemodi postulasset. Dīt tñ aliq ꝙ in sōnis Salomō nō meruit. Sed illud meritū qd̄ in vigilia habuerit sibi fuit in somnis ośsū.

Ad pᵐ

Ad 2ᵐ

Ad 3ᵐ

Ad 4ᵐ

CIrca litterā liberum de voluntate iudiciū: h̄ prepositio de ibi tenetur originaliter. est enī sensus ꝙ libertas iudicij est a voluntate: quia iudicium liberum diffinitionis vel imperij a volūtate elicitur: ⁊ iudicium liberum intellectus a voluntate imperatur. Sed aliter accipit liberum arbitrium in creatore: ibi vult dicere ꝙ deus habet liberū arbitriū: non quia possit deflecti a bono in malum: sed quia libere nō de necessitate facit qd̄ vult. cetera cū sint liberi arbitrij i vtrāq̄ partem flecti possunt: qd̄ est intelligendū. Si suis naturalibus relinquātur: quia liberum arbitrium in bono

confirmatum

confirmatum ad malum deflecti non potest: non potest non peccare ante reparationem mortaliter. Hoc exponitur in quadam questione dis. 28. vt possit peccare propter libertatem ⁊ infirmitatem: ⁊ possit nõ peccare ad mortẽ: propter libertatem ⁊ gratiam adiuuãtem. Unde motus nostri liberi arbitrij in isto statu similis est motui mẽbri tremuli: qd sursum mouetur ex vi anime: ⁊ inferius ex defectibilitate: quia nostrum liberum arbitrium per gratiam tendit ad superiora: ⁊ per suam infirmitatem inclinat ad inferiora: per illud peccatum naturalia bona in homine corrupta sunt: hoc exponetur inferius: cum queret de peccato originali. Sepe tamen huiusmodi fit distinctio: cum gratie vocabulum ad speciem nõ ad genus refertur. i. cũ gratia sumitur specialr̃ nõ generalr̃: tũc potest diuidi cõtra naturalia: peccato amissum est liberum arbitrium qd est intelligẽdũ respectu libertatis que est a culpa ⁊ a miseria. Uerum nobis magis placet vt ipsa libertas arbitrij sit: ⁊ illa qua quis liber est ad malum. Dubiũ. ¶ Contra Ans. de libertate arbitrij prope principium: potestas peccãdi nõ est libertas: nec pars libertatis. Rñº. ¶ Respõdeo qꝫ hoc libertas intelligi potest de libertate que est a seruitute culpe ⁊ miserie.

¶ De gr̃a opante ⁊ coopante. Dist. XXVI.



Hec est gratia operans et cooperans. Operans enim gr̃a prepa- rat hominis voluntatem vt velit bonum. Gratia cooperans adiuuat ne frustra velit. Augu. Unde Augu. in libro de gr̃a ⁊ libero arbitrio. Cooperando deus in nobis perficit quod operando incipit: quia ipse vt velimus operatur incipiens: qui volẽtibus cooperatur perficiẽs. Ut ergo velimus operatur. Cum autem volumus vt perficiamus: nobis cooperatur: ⁊ tamen sine illo vel operante vt velimus: vel cooperante cum volumus bona pietatis opera nihil valemus. Ecce his verbis satis aperit que sit operans gr̃a: ⁊ que cooperans. Que sit gr̃a opãs ⁊ que cooperans. Operans enim gr̃a est que preuenit voluntatem bonam: ea enim liberatur ⁊ preparatur hominis volũtas: vt sit bona: bonumqꝫ efficaciter velit. Cooperans vero gr̃a voluntatẽ iam bonam sequitur adiuuando. Unde Augu. contra Julianum hereticum qui bonam volũtatẽ ex libero arbitrio tm̃ esse dicebat: atqꝫ hominem per liberũ arbitrium posse bonum velle ⁊ operari sine gr̃a asserebat: ait. Apertam de cõmendatione gr̃e apostolus sententiam protulit cum ait. Nõ est volentis neqꝫ currẽtis: sed dei miserentis. Hec si attenderes iuliane non extẽderes contra gr̃am merita volũtatis humane. Non enim ideo miseretur deus alicuius: quia voluit ⁊ cucurrit: sed ideo voluit ⁊ cucurrit: quia misertus est deus. paratur enim voluntas hominis a deo ⁊ a domino gressus hominis dirigun- tur. De perfectione iustitie. Ideoqꝫ cõgrue ait. Non est volentis neqꝫ currentis: sed miserentis dei. Non quia hoc sine voluntate nr̃a agatur: sed quia voluntas nr̃a nil boni agit: nisi diuinitus adiuuetur. Augu. ad paulinũ. Unde alibi apostolus ait. Non autem ego: sed gr̃a dei mecum. Non ideo dicit: quia nihil boni agebat: sed quia nihil boni ageret si illa non adiuuaret. His testimonijs apte insinuatur: quia volũtas hominis gr̃a dei preuenitur atqꝫ preparatur vt fiat bona: nõ vt fiat voluntas: quia ⁊ ante gr̃am volũtas erat: sed non erat bona ⁊ recta voluntas.

¶ Quid sit voluntas

Voluntatẽ ipsam Aug. l. li. de duabus animabus ita diffinit. Volũtas est animi motus cogente nullo ad aliquid non admittẽdũ vel adipiscẽdum: hoc autem vt nõ admittat malum ⁊ adipiscatur bonum preuenitur ⁊ preparatur dei gr̃a. De gr̃a opante ⁊ coopante ⁊ bõa volũtate. Unde apostolus gr̃am preuenientem ⁊ subsequentem cõmendans. i. operantem ⁊ cooperantem vigilanter dixit. Non est volentis neqꝫ currentis: sed miserentis dei: ⁊ non econuerso: non est miserentis dei: sed volentis ⁊ currentis. Nam si vt quibusdam placuit quod dictum est: ita accipiatur. Non est volentis neqꝫ currentis: sed miserentis dei: tanqꝫ diceretur: non sufficit sola voluntas hominis: si non sit etiam misericordia dei. Econtra dicitur nõ sufficit etiã misericordia dei si non sit etiam voluntas hominis. Ac per hoc si recte dictum est illud: quia id voluntas hominis sola non implet: cur non etiam a cõtrario recte dicitur non miserentis est dei: sed volentis est hominis: cum id misericordia dei sola nõ impleat. Homo enim credere vel sperare non poterit nisi velit: nec peruenire ad palmam nisi voluntate currat. Restat ergo vt ideo ita recte dictum intelligatur: vt totum detur deo qui hominis voluntatẽ bonam preuenit ⁊ preparat adiuuandam: ⁊ adiuuat preparatam: nolẽtem preuenit vt velit: volentem subsequitur ne frustra velit. Ecce his verbis ⁊ alijs premissis euidẽter traditur quod voluntas hominis preparatur: ⁊ preuenitur gr̃a dei vt velit bonũ: ⁊ adiuuatur ne frustra velit.

¶ Quod bona voluntas comitatur gratiam.

Itaqꝫ bona voluntas comitatur gratiam non gr̃a voluntatem. Unde Augu. ad bonifatium papam scribens contra pelagianos inquit. Cum fides impetrat iustificationem sicut vnicuiqꝫ deus partitus est mensuram fidei: non gr̃am dei aliquid meriti precedit humani: sed ipsa meretur augeri vt aucta mereatur ⁊ perfici: voluntate comitãte nõ ducente: pedissequa non preuia. Ecce hic aperte habes quod gr̃a preuenit bone voluntatis meritum: ⁊ ipsa bona voluntas pedissequa est gratie non preuia.

¶ Que sit gratia voluntatem preueniens. s. fides cum dilectione.

Et si diligenter intendas nihilominus tibi monstratur que sit ipsa gr̃a voluntatem preueniens ⁊ preparans scilicet fides cum dilectione.

Alii vero dicunt virtutes eē bonos vsus naturalium potentiarum:non tamen omnes: sed tantu͂mmodo interiores qui in mente sunt. Exteriores vero qui per corpus geruntur nō virtutes esse dicu͂t:sed opera virtutu͂ȝ. Et ideo q̄ Augu. dicit opus virtutis esse bonu͂ vsuȝ naturaliu͂ potentiaruȝ: de vsu exteriori accipiu͂t. Q͂ vero dicit bonuȝ vsum liberi arbitrij virtutem esse:⁊ in magnis numerari bonis:de vsu iteriori intelligit. Et virtutes nihil aliud esse:q̄ bonos affectus vel motus mentis asserunt:quos deus in homine facit nō homo:q: licet illi motus sint liberi arbitrij:non tamē esse queunt nisi deus ipsum liberet ⁊ adiuuet gratia sua operante:⁊ cooperante:quā dei gratuitam voluntatem accipiunt:quia deus est qui ⁊ operatur in nobis velle ⁊ operari bonum. Quō sic dicta verba augu. huic snie p̄uenīāt.

¶ Quibus auctoritatibus muniunt q virtutes sint motus mentis.

Quod autem virtutes sint mot⁹ mētis: testimonijs sanctoꝝ astruunt. Dicit aūt Aug. super Joānem. Quid est fides? Credere qḋ non vides. Credere aūt motus mentis est. Idez in li. iij. de doctrina christiana. Charitatem aūt voco motū animi. Si vero charitas ꝛ fides motus animi sunt: virtutes ergo mot⁹ animi sūt. Qui bus ꝛ alij respōdētes p̄missa verba Aug. ita intelligenda fore inquiunt. Fides est credere qḋ non vides. i. fides est virtus qua credit qḋ non videt. Item charitas est motus animi. i. gratia qua mouet animus ad diligenduz. Et q hec ꝛ his similia accipiēda sint: ex his conijcitur que alibi aug. ait. Naz in p̄mo libro questionū euāgelij inqt. Est fides qua credunt ea que non vident: que proprie dicit fides. Item in. xiij. lib. de trini. Aliud sunt ea que creduntur: aliud est fides qua credunt. Ex quibus verbis sic argumentādo procedunt. Aliud est credere: aliud illud quo credit. Predictuz autez est fidem id eē quo credit. Sic ergo credere nō est fides: quia credere non est id quo creditur. Addūt quoq: virtus opus dei tantū est: quā ipse solus facit in nobis: Ipsa ergo nō est vsus vel actus liberi arbitrij: sed credere est actus liberi arbitrij: nō ē itaq virt⁹. Premissis alijsq rōnibus ac testimonijs innituntur vtriq. Dorum aūt iudicium diligentis lectoris relinquo examini: ad alia properans.

Quō alij his rńdeant p̄dicta determinātes.

Determinationē ꝯfirmant auc̄tatib⁹.

Dis. 27. Dis. XXVII.

Hic videndum est quid sit virtus. Superius determinauit magister de gratia. In hac parte determinat de virtute inquirēdo de ip̄a: ꝛ de merito ei⁹. Et diuidit pars ista in partes tres. ¶ Primo ponit dubitationis materiam. ¶ Secūdo quorūdam opinionez veram. ibi. Propterea quidam. ¶ Tertio alioꝝ opinionem falsam. ibi. Alij vero. Prima in tres. ¶ Primo ostēdit q virtus gratuita est a solo deo. ¶ Secūdo ōndit specialr̄ de fidei dono. ibi. Naz de grā. ¶ Tertio cōcludit q virtus nō sit vsus liberi arbitrij: nec a libero arbitrio. ibi. Si igit grā. ¶ Tūc sequit illa pars que ibi incipit. Propterea qdā. In qua de materia dubitationis mote ponit quorūdam opinionez verā. Et diuidit in tres. ¶ Primo ponit: vt dictū: est verā opionē quorūdam. ¶ Secūdo exponit quādaz auctoritatē: que contraria videbat ſm apparētiam. ibi. Cū ergo dicitur fides. ¶ Tertio subiūgit p̄missorum recapitulationez. ibi. Ex premissis. Prima in tres. ¶ Primo ponit eorum sniam qui dicūt q virt⁹ est habit⁹ ꝛ nō vsus. ¶ Secūdo ponit eoꝝ sniam de gratia. s. q non est meritum: sz eē merendi. ibi. Cum ergo ex gratia. ¶ Tertio sniam eoꝝ de merito. s. qḋ est donum dei: ꝛ tamē est vsus liberi arbitrij. ibi. Que ipsa. ¶ Tunc sequit illa pars que ibi incipit. Alij vero. In qua super materiam dubitatiōis mote ponit quorūdā opionē falsam. Et diuidit in duas. ¶ Primo ponit illoꝝ opionem: ꝛ opionis per quasdaz auctoritates confirmationem. ¶ Secūdo ponit illaruz auctoritatū determinationē. ibi. Alij respondentes.

Circa hanc dis. queritur de duob⁹ principalr̄. ¶ Primo de virtute. ¶ Secundo de merito. ¶ Circa primū queruntur tria. ¶ Primo vtrum virtus sit habitus. ¶ Secūdo vtrum sit semp in suo actu. ¶ Tertio vtruz sine grā gratū faciēte possit eē aliq̄ virt⁹. ¶ Q. I. Ar. p̄o

Primo ostendo q virt⁹ nō est habitus: q: mediuz est in eodem genere cū extremis. Sz virt⁹ tenet mediū in passionib⁹. Cū ergo passio nō sit habitus: virt⁹ nō est habit⁹: vt videt. ¶ Itē illud quo maxime pficitur potētia virtus est: Sz potētia maxime pficit actu: ergo virt⁹ est act⁹: nō ergo habit⁹. ¶ Itē ſz p̄hm. i. celi ꝛ mūdi: virt⁹ est vltimū de potētia. Sed vltimū potentie in eodē gn̄e est cū potētia. Sicut ad idē gen⁹ reducitur punct⁹ in quo est linea. Sz potētia nō est habit⁹: ergo nec virt⁹ est habit⁹: vt videt. ¶ Itē ſm p̄hm lib. p̄dicamētoꝝ: habit⁹ est vnū de. 10. p̄dicamētis: ſz virtus est qualitas: ſm q dicit magister in lr̄a: ergo virt⁹ nō est habit⁹. ¶ Itez virtutes nāles actiue potētie sunt nō habitus: ergo a simi virtutes supnāles potētie sunt nō habit⁹. ¶ Itē illud est potētia quo in actū possum⁹: in quē ante nullo mō poteram⁹: ſz per charitatē possum⁹ in actū meritoriuz: in quē sine charitate nullo modo possumus: ergo charitas potentia est non habitus.

Q. 1. Secūdo. Tertio. T. c. 116. Quarto. In ca. habitus. Quinto. Sexto.

Contra phs. 2. ethi. ca. 5. virtus est habitus bonus. ¶ Item libro predicamētorū vult q scientia ꝛ virtus sint habitus. In opp⁹ Ca. qualitatis 2°.

Respondeo q virt⁹ est habit⁹ bon⁹: q: virt⁹ humana de qua hic est intentio est qualitas de difficili mobilis per quā potētia q̄ per se nō est determinata ad vnū ſm se hz in se ipsa: ꝛ p cōparationē ad actū. Ipsaz aūt potētiā ſm se hīc talr̄ ad actū: est eā determinari determinatiōe nō necessitante: ſz iclināte ad actuz rationi ꝯsentaneum: quē prompte ꝛ faciliter elicit: ſz talis qualitas est habitus bonus. Ad qōnē ſm mētē ppriaz.

Ad primum in oppositū cū di: q virtus tenet mediū in passionib⁹. Dico q virtus q̄ est circa passiōes: di tenere mediū in passionib⁹: in quātum potētia per virtutē mediat passionez: ita q nec excedit rōnem rectaz: nec deficit ab ea. Qz aūt sic est medium passionū: nō opz esse in eodem genere cū passione. Sed ipsa passio mediata vel moderata: q: essentialr̄ medium est inter passionē habētem supabundātiam: ꝛ īter passionem habentem defectum: cum illis passionibus in eodem genere continet: passio enim amoris moderata: ꝛ illa que habet superabundantiam: ꝛ illa que habet defectum: in eodem genere sunt. ¶ Ad scd̄m cuz dicitur q illud quo maxime perficitur potētia virt⁹ est ꝛc̄. dico q veruz est loquēdo de illo quo maxime perficit pfectione quo ad bene esse. Sic aūt nō perficitur potētia actu virtutis: sed habitu. ¶ Ad tertium cum dicitur q virt⁹ est vltimum de potentia ꝛc̄. dico q ibi non accipitur virt⁹: neq pro habitu: neq pro actu: sed pro obiecto potētie in qḋ vltimo potest. Unde si aliquis pōt ferre centū libras ꝛ non plus: dicimus q pondus centum librarū est virtus illius potētie: q: potētia potest ita in illud qḋ ad amplius non attingit. ¶ Ad quartum cum dicit q habit⁹ est vnum de. 10. p̄dicamentis ꝛc̄. dico q nomen habitus dici videtur ab habēdo: ꝛ ſm q habere dicitur respectu cuiuscunq rei que habetur: sic est post predicamentum: quia sic est commune ad diuersa predicamēta: ꝛ sic a philosopho in libro predicamentorum habere ponitur post predicamentum. Cum autem inter habens ꝛ rem habitam aliquando nihil sit actu medium: ſm quem moduz dicimus q subiectum habet qualitatez. Aliquādo est relatio media ſm quē modum dicim⁹ aliquem hr̄e sociuz: aliquādo vero est aliqd mediū: qḋ nō est actio vel passio:

Ad p̄m Ad 2m Ad 3m Ad 4m

sed se habens quasi ad modum actionis:τ passionis:sm
Habituz vnū 3 de cē pdica/mentis. què modum dicimus ornatū habere ornamentum : ve/
stitum habere vestimentū:τ sic de alijs que circa nos ha
bemus:h vltimo modo tm̄ habit⁹ dictus ab habēdo:est
vnū de.10.pdicamētis. Dicit etiaz habitus ab habendo
sm q aliqua res aliquo modo se hz in se ipsa:vel incōpa
Ad 5m ratione ad aliud:τ h modo sumēdo habitum dicēdū q
habitus est qualitas τ genus virtutis. ℂ Ad quintum cū
dicit q virtutes nāles actiue potētie sunt nō habit⁹ τc.
dico q verū est:qꝛ ille potētie per se ipsas deteriores sunt
ad actus quos facilr exequūtur:τ ideo habitib⁹non indi
gent. Sed h magis est ex eorum impfectiōe q̄ pfectiōe:
potētie autē rōnales nō sunt per se ipsas determinate ad
aliquē actū quem facilr exequant nisi itellectus respectu
principioꝝ:τ volūtas respectu finis in gnāli. Sed respe
ctu alioꝝ sunt determinabiles ad actus diuersos:τ ideo
habitib⁹indigēt per quos determinēt:τ facilr exeant in
Ad 6m actus. ℂ Ad sextum dicēdū:q per charitatez nō possu/
mus elicere aliquē actum cuius eēntiam nō possem⁹ eli/
cere sine charitate:sz sub aliqb⁹circūstantijs elicim⁹ ipm
A.l.per quam. per charitatē per quas est meritorius sub qbus nō posse
mus ipm elicere sine charitate. ℂ Aliq tn̄ dicūt q cha/
ritas τ alie virtutes infuse simul sunt τ potētie supnatu/
rales τ habitus. Aliquādo enim ea que simul non ꝯcur/
rūt in inferiori simul cōcurrunt in superiori creatura ma
gis appropinquante ad primum principium in quo oēs
A.l.sūme perfectiones simul sunt vnum. ℂ Qō. II.

Qō.11. Ar.pº **Secundo** querit vtrū virt⁹ semp sit in actu suo. Et videt q sic Gre.
in homel.pentec.nunq̄ est amor dei ociosus.
Sed amor dei maxima virtus est:ergo est aliq̄
Secūdo. virtus que semp est in suo actu. ℂ Itē Iaco.i.oē donuz
pfectum desursum est descēdens a pre luminū:ergo do/
num pfectū de sursum descēdens cuiusmodi est virtus:
lumini cōparat. Sed lumē semp est in suo actu:ergo vir
Tertio. tus semp est in actu suo. ℂ Itē sm Aug 4.de ciui.c.21.
Ars bene recteq viuēdi virtus a veterib⁹diffinita est:er
go bene viuere est actus virtutis:sed homo per virtutē
semp bene viuit:ergo virtus semp est in suo actu.

In oppm **Contra** nullus homo cōtinue meret. Sed act⁹vir/tutis est meritorius:ergo nullus hō ꝯtinue
Secūdo. est in actu virtutis. ℂ Item actus virtutis est act⁹potē
tie pfecte per virtutem:sed nulla potētia in nobis perfe/
cta per virtutem ꝯtinue est in suo actu:ergo in nobis nō
est semper virtus in suo actu.

Ad qōnē sz mētez ppriā. **Respōdeo** q duplex est actus virtutis.s.primus τ secūdus:primus est aliquid eē perfe
ctum per virtutem. Secūdus est actio elicita a potentia
perfecta per virtutem in habēte virtutē. Primus actus
est per virtutem in habēte virtutem. Secūdus actus si/
mul est ab habēte virtutem τ a virtute. Unde dicit ma/
gister in littera:q bonus motus:vel affectus mentis est
ex gratia τ libero arbitrio. Et istos duos actus exprimit
phs.2.ethi.c.5.vbi dicit q virtus habētez pficit. In quo
notatur primus actus virtutis:τ opus ei⁹ bonū reddit:
in quo notat secundus actus virtutis. Dicēduz ergo q
virtus semp est in suo actu primo:quia habēs virtutem
quādiu habet eam semp est perfectū virtute. Sed in no
bis virtus nō semp est in actu secūdo:qꝛ potentie virtu/
tibus pfecte nō semp sunt in nobis in actibus suis. Et vt
dictum est secūdus actus virtutis simul elicit a potētia
τ a virtute:sicut ab vno agente perfecto.

Ad pmū **Ad primum** in oppositū cum dicit q nunq̄ est amor dei ociosus τc.dico q ve
Ad 2m rū est quādo est opportunitas ad operādū:h aūt oppor
tunitas non est in somnis. ℂ Ad scdm dicēdū:q nō est
simile de lumine τ de virtute:quia lumen est in subiecto
naturalr operante:virtus aūt humana de qua hic loqui

mur est vel in voluntate:vel in potentia obediente vo/
luntati. ℂ Ad tertium cum dicit q homo per virtutez Ad 3m
semp bene viuit τc.dico q verū est loquendo de primo
actu vite:nō tn̄ de actu secūdo verum est. ℂ Argumēta
ad partem aliam procedunt de secūdo actu virtutis:de
quo bene concessum est q in nobis virtus nō semper est
in tali actu. ℂ Questio. III. Qō.3.

Tertio querit vtrum sine gra gratū faciēte possit esse aliqua virtus. Et vi/ Ar.pº
det q nō:qꝛ virtus mortua nō est virtus. Sed
virtus sine gra gratum faciente est mortua:qa
per talem virtutem habens eam non viuit spiritualiter: Secūdo.
ergo sine gra gratuz faciente nulla pōt esse virt⁹. ℂ Itē
Aug.19.de ciui.ca.25.dicit q virtutes si ad qōlibet adi/
piscēdum:vel tenendum aliquid retulerit:nisi ad deum
vicia sunt potiusq̄ virtutes. Sed virtutē referre ad deū
tm̄:nō est sine gratia gratum faciente:ergo sine gra gra/
tum faciēte illi habitus qui dicunt virtutes magis sunt Tertio.
vitia q̄ virtutes. ℂ Item Aug.eodē lib.ca.4.vere vir
tutes esse nō possunt:nisi in eis in qbus est vera pietas:
sed sm Aug.14.de trini.ca.pietas est cult⁹ dei:cult⁹autē
dei nō est sine gra gratum faciente:ergo sine gra gratum
faciente nō pōt esse virtus:qꝛ nō est virtus si nō sit vera.
ℂ Itē aug.encħ.prope pncipium:spes sine amore eē nō Quarto.
pōt. Sed sinctus amor de quo ibi loquit charitas est:er
go spes sine charitate esse nō potest:ergo a simili:nec ali/
qua alia virtus:vt videtur.

Contra Math.i.vbi i glosa q fides gñat spē:τ spes charitatē. Sed generās pōt esse sine geni/ In oppm
to:ergo fides τ spes possunt eē sine charitate:τ ex conse
quenti sine gra. ℂ Itez virtutes alique acqrunt ex acti/ Secūdo.
bus. Sed gra nō habet nisi per infusionem:ergo alique
virtutes possunt esse sine gratia.

Respondeo q virtus potest cōsiderari sm eē insufficiēs τ impfectū:vel sm eē Ad qōnē sz mentē ppriā.
sufficiens τ pfectū. ℂ Primo mō possunt eē multe vir
tutes sine gra gratuz faciēte:sicut sunt virtutes que acq
runt ex actibus ordinantes ad finem nō excedētes nālē
hominis facultatem. Et etiā alique virtutes que haben
tur per infusionem:vt fides τ spes:que sine gratia gratū
faciente:τ si disponant hominem ad finem excedentem
naturalem hominis facultatem:cuiusmodi est vera bea/
titudo:tamen quia sine gratia gratum faciente:ad illum
finem perducere non possunt:habent sine gratia gratuz
facientem esse virtutis insufficiens τ impfectum. ℂ Se
cundo modo loquendo de virtute nulla virtus pōt esse
sine gratia gratum faciente:nunq̄ enim habet virtus eē
sufficiens τ pfectum:nisi cum potest in actum placitum
ipsi deo:qui est pncipalis artifex omnis virtutis:nunq̄
enim est artificiatum perfectum:nisi placeat sūmo artifi
ci:τ nunq̄ etiā est virtus perfecta:nisi possit perducere
ad principalem finem virtutis:nunq̄ enim debet res iu
dicari perfecta:nisi possit attingere suo fini ad quē prin/
cipaliter ordinatur. In actum autem a deo gratificatum A.l.deo
exire:τ ad finem virtutis principalem attingere nō pōt gratum.
homo per aliquam virtutem:sine gratia gratū faciente:
τ ideo sine illa nunq̄ habet virt⁹ eē sufficiens τ pfectū.

Ad primum in oppositum dicēdum : q non plus concludit:nisi q p virtutē Ad pm
sine gratia gratum faciente non est spiritualis vita:quā/
uis per illam sit aliqua dispositio ad hanc vitam:τ ex cō
sequenti:q sine gratia gratum faciente:nulla est virtus
habens esse sufficiens τ perfectum. ℂ Ad secundum q Ad 2m
in virtutibus relatio ad temporalem finem : duo sunt
consideranda.s.ipsi habitus sm id quod sunt:τ defectus
relationis in finem debitum . Ratione primi non sunt
vitia : sed aliquales dispositiones ad verum virtutem.
Sed ratione secundi terminos vitiositatis subintrant.

Ad 3m ¶ Ad tertiū dicendū: q illa auctoritas intelligit de vir
Ad 4m tutib9 habentib9 esse sufficiēs & pfectum. ¶ Ad quartū
dicēdum: q si illa auctoritas intelligat de amore charita
tiuo: intelligenda esset etiam de spe habente esse virtu
tis insufficiens & imperfectum. Si autem intelligatur
de spe habente esse virtutis insufficiens & imperfectum
adhuc esse non potest sine aliquo amore: quia spes est re
spectu rei amate. ¶ Argumenta ad partem aliam nihil
plus concludunt nisi q virtus: sm esse virtutis insuffi
ciens & imperfectum potest esse sine gra gratū faciente.

Consequēter querit de scdo pncipali. Et circa h qrun
tur tria. ¶ Primo vtrum non habens graz
gratum facientez possit sibi mereri eā. ¶ Se
cundo vtrum habens eā possit mereri augmentuz illi9
¶ Tertio vtrum homo possit ex condigno mereri vi
Qō. I. tam eternam. ¶ Qō .I.

Ar. p° Primo ostendo q non habēs gratiam gratū
facientē potest sibi mereri eā: q seruus faciēs
pro dño suo quicquid potest meret: vt sit suo
domino gratus. ergo non habens gratiā si faciat pro deo
Secūdo. quicquid potest meretur vt sit deo gratus. ¶ Item ob
sequia quanto sunt minus debita tanto magis grata.
Sed obsequium nō habentis grām minus est debitum
q̄ habentis eam. Quia sm Gregoriū in homel. super il
lud Math. 25. homo quidā peregre proficiscens cū au
gent dona rōnes crescunt donorū. ergo obsequiū nō ha
bentis gratiā magis est deo gratum q̄ obsequium habē
Tertio. tis eam. ¶ Item plus valz vnicuiqz propriū meritum
q̄ alienum. Sed vnus homo potest mereri gratiam ali
cui non habenti eam. Unde Jaco. vlti. orate pro inuicē
vt salueminı. ergo multo fortius nō habens gratiam sibi
mereri potest eam.

In oppm Contra apostolo. Rom. 11. vult q gratia dei non est
Secūdo ex operibus alioquin gratia iam nō est gra
tia. ¶ Item q est debitum non est gratuitum. Sed illō
q potest cadere sub merito potest cadere sub dbito. ergo
q aliquis pōt mereri: pōt non gratuitū fieri. Sed gratia
nō potest fieri non gratuita: ergo nullus pōt eā mereri.

Ad qōnē Respondeo q respectu alicui9 rei duplex est
h3 merēz meritū. s. meritum sm quid & me
ppriaz. ritum simplr. Meritum sm quid voco obsequiuz qd nō
Meritū est remunerabile illa re habēdo respectum ad opus & ad
duplex. operātem: remunerat tamen illa re pPter liberalitatem
retribuentis. Et tale merituz nō habet simplr rōnē me
riti. Et tali merito nō hñs grām pōt sibi mereri eam: q2
quāuis habendo aspectum ad operātez: & ad opus illud
obsequium nō sit remunerabile taz nobili dono: sicut est
donum gre: tamē ex diuina liberalitate hoi faciēti qd in
se est gra datur: vnde magis pprie dicit dari q̄ pro ope
Quid ribus reddi. ¶ Loquēdo aūt de merito simplr nō hñs
meritum grām nō pōt sibi mereri eam: q2 meritū simplr respectu
simplr. alicuius rei est obsequiuz pro quo res illa debet operati:
non tm̄ modo habēdo aspectū ad liberalitatē retribuen
tis: sed etiam cum h habēdo aspectū ad dignitatem ope
rantis & operis: que dignitas non est in non habēte gra
tiam dei: nec in opere eius.

Ad pm Ad primum in opposiū cum dī q seruus fa
ciens pro dño qcqd pōt meret
vt sit dño suo gratus &c. dico q verū est loquēdo de gra
dñi tpalis qui magis acceptat operātem pPter opus q̄
ecōuerso: & iō gra eius nō psupponit in merito. De9 aūt
acceptat opera pPter operātez: vnde Gen. 4. dī respexit
dñs ad abel & ad munera eius. Ubi dicit interlinearis q
oblatio placet ex mundicia offerētis: & ideo gra dei radix
Ad 2m est ois meriti simplr. ¶ Ad scdm cū dī q obsequia: q̄to
sunt minus debita: tāto sunt magis grata &c. dico q ve
rum est ceteris paribus. Sed in habēte gratiam & nō ha
bente eam non sunt cetera paria que ad meritum requi
runt. ¶ Ad tertium cū dicit q aliquis pōt mereri gra Ad 3m
tiam alicui non habenti eam &c. dico q nō est verum de
merito simpliciter: quia quāuis deus aliquando conuer
tat peccatorem pPter preces iustoruz h nō est: quia illud
beneficium debeatur illis precibus habendo aspectū ad
illum pro quo fiunt: quāuis digne fint exaudiri habēdo
aspectum ad illos iustos a quib9 fiunt. Sed illa cōuersio
est ex liberalitate & benignitate dei conuertentis: qui be
nigne & liberaliter disponit se quibusdam daturum gra
tiam ad preces iustorum. ¶ Qō. II. Qō. II.

Secundo querit vtrum habēs grām gra Ar. p°
tum faciētem possit mereri au
gmētum illius. Et videt q sic Apoc. vlti. q in sor
dib9 est sordescat adhuc: & iustus iustificet adhuc.
ergo videt q sicut sordidus mereri pōt: vt sue sordes au
geantur: q ita iustus mereri potest: vt gratia per quā iu
stus est in ipso augeatur. ¶ Itez Math. 25. dicit dñs fi Secūdo.
deli seruo. euge serue bone & fidelis: quia su. pau. f. fidelis
supra multa te cōstituā: ergo videt q qui ex modica gra Tertio.
fideliter operat meret vt in se ipso gra augeat. ¶ Item
qui petit pie perseueranter & ad salutez pro se exaudiri me
ret: sic enim ois qui petit accipit: vt habet Luc. 11. Sed
omnes iste cōditiones cōcurrunt in habēte grām peten
te pseuerāter in ipso grām augeri: ergo videt q talis me
ret gre augmētum. ¶ Item habens gratiam potest pro Quarto.
ficere in merito: sed non est profectus in merito sine gra
tie augmēto: ergo videtur q habens gratiam potest me
reri gratie augmentum.

Contra illud quod meritis reddit nō est gratuitū: In oppm
sed debitum. Sed augmentum gre est qd
gratuitū: ergo impoe. est q aliqs mereat gre augmētū.
¶ Itē dignitas operis cōpensat sm dignitatez radicis. Secūdo.
Sed minor gratia nō tm̄ valet quātuz maior: ergo opus
pcedens ex minori gra non meret maiorē grām: nullus
ergo pōt mereri gratie augmētum. ¶ Item hō per gra Tertio.
tiam nō meret gloriam: nisi q2 hñs grām dignus est glo
ria. Sed habens grām nō est dignus augmento gre: q2 q2
tunc esset dignus maiori gloria: q̄ illa que debet sue gre:
ergo hñs gratiam non potest mereri augmētuz gratie.

Respondeo q quāuis habens gratiaz nō pos Ad qōnē
sit mereri augmētuz gratie loquē sm merēz
do de merito simpliciter: vt dicunt qdam: tamen magis ppriaz.
accedit ad rationez meriti simpliciter: q̄ illud meritum
quo non habens gratiā: meretur sibi eam: quia ibi est di
gnitas ex parte merentis: & etiam q̄ illud meritum quo
iustus meretur gratiaz peccatori. Quia quāuis sit ibi di
gnitas ex parte merentis: tamē est ibi indignitas ex pte
illius peccatoris cui iustus gratiam meretur. In obsequio
autem quo habens gratiam meretur gratie augmētum
est dignitas ex parte merentis: & illius pro quo meretur.
Et ideo multum accedit ad rationez meriti simpliciter:
non tamen plene attingit. Aliter posset cōtingere: q ho
mo simul esset dignus aliquo gradu glorie: & non esset il
lo dignus: quia tanta gratia cuz tot operibus: non est di
gna tanta gloria: quāta digna est maior gratia cum equa
libus operibus. Ex bonis tamen actibus ex minori gra
tia procedētibus disponit se homo ad hoc vt deus in ip
so augeat gratiam: & cum voluntas aliquem actum elicit
ex gratia: ita perfectum qd per gratiaz habitam non po
test elicere perfectiorem: vel cum tot actus multiplica
uerit: q omnes simul vni tali actui equiualeant: pie cre
dendum est q tunc deus ex sua liberalitate in sic operā
te augeat gratiam. ¶ Alij dicūt q habens gratiam gra Opi. 2°
tum facientem potest mereri augmētuz gre loquēdo de
merito simplr: q2 hñs graz potest mereri simplr oē illud
ad qd motio gratie se extēdit. Motio autem mouentis

non tantum

Ultimus terminus grie ẽ glia

non tantum se extendit ad ultimum terminuz motus: sed etiam ad medium ꝓgressum. Ultimus aũt termin⁹ motionis gratie est vita glorie: ꝓgressus aũt medius est augmentum gratie: ergo gratie motio non tm̃ se extẽdit ad vitam glorie: sed etiam ad augmẽtũ gratie: ergo argumẽtu gratie potest cadere sub merito simpliciter.

Sustẽtat pᵐ opionem iõ dĩ

Ad pᵐ

Secundum primam opinionem põt dici ad pri mum in oppositũ ꝙ quãuis sordido penitere nolenti sit debitum simpliciter quãtum est ex parte sua: vt permittat̃ ruere in aliud peccatum: nõ tamen iusto est debitum simpliciter: vt eius gratia augeat̃: quãuis si bene operetur ex sua iustitia mereatur eius augmentum de congruo: ꝛ cum sufficienter est dispositus ipsum recipiat ex liberalitate augmentãtis.

Ad 2ᵐ

¶ Ad secũdum dicendum: ꝙ per constitutionem super multa non intelligitur retributio augmenti grẽ: sed introductio in gloriam: qđ patet: ex postverba preallegata imediate subiungitur: intra in gaudium domini tui.

Ad 3ᵐ

¶ Ad tertiuz dicendum: ꝙ petens gratie augmentum sub conditionib⁹ predictis meretur exaudiri: non tamen merito habente plene ꝛ perfecte rationem meriti: ꝙ voco meritum simpliciter: quãuis illud meritum multuz accedat ad naturam meriti simpliciter.

Ad 4ᵐ

¶ Ad quartum cũ dicitur ꝙ nõ est profectus in merito sine gratie augmẽto ꝛc̃. potest dici quod falsum est: gloria enim non mensurat̃ sm̃ quantitatem gratie tm̃: sed etiam sm̃ valorem operuz que processerunt ex gratia. Cum enim actus sit finis habitus: non videtur rationabile ꝙ quantitas substantialis premij respondeat magnitudini habitus tantum: ꝛ non etiam valori actuum.

Sustẽtat scd̃az opinionez dicendo ad pmũ i oppositum.

Secundum opinionem secũdaz potest dici ad primum in oppositum cõtra eos: ꝙ illud quod meritis redditur simul potest eẽ ꝛ debitũ ꝛ gratuitum sub diuersis respectibus: est enim gratuitũ inquãtum gratia prima per quaz h̃ meremur nobis fuit data sine merito ab eo qui postea dat eius augmentuz ex merito. Est autem debitum inquantum datur pro merito.

Ad 2ᵐ

¶ Ad secundum dicendum: ꝙ quãuis minor gratia non tm̃ valeat quantum valet maior: tamen prima gratia cum aliquibus bonis operibus elicitis ex ea plus valet: vel equaliter ꝙ̃ illa portio gratie que additur in augmẽto.

Ad 3ᵐ

¶ Ad tertium cum dicitur ꝙ habens gratiam: non est dignus augmento gratie ꝛc̃. dico ꝙ imo est per multa bona opera ex illa gratia elicita: per que etiam fit dignus maiori gloria ꝙ̃ ante.

Qõ. III.

¶ Qõ. III.

Ar. pᵒ

Tertio queritur vtruz hõ possit ex ꝯdigno mereri vitam eternã. Et videtur ꝙ nõ apostolus ad Rom̃. 8. existimo ꝙ non sunt cõdigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis: ergo per ea que hic patimur: vel operamur non possumus futuram gloriam de cõdigno mereri.

Secũdo.

¶ Item glosa super illud ad Rom̃. 6. gratia dei vita eterna posset recte dicere stipendiuz iustitie vita eterna. Sz maluit dicere gratia dei vita eterna: vt intelligerem⁹ deum ad eternam vitam pro sua miseratione nos perducere non meritis nostris.

Tertio.

¶ Item qđ redditur pro merito de condigno redditur tanꝙ̃ debituz. Reddens ergo est debitor ei cui reddit. Sed deus nulli debitor est: quia a nullo alio a se aliquid recipit: ergo videtur ꝙ deus nõ dat electis vitam eternam pro merito ex condigno.

Quarto.

¶ Item vbi est meritum ex condigno equiualet meritum premio. Sed gratia non equiualet glorie: ergo videtur ꝙ homo per gratiam non potest mereri gloriam de condigno.

Quinto.

¶ Item homo non potest mereri de condigno illud quo dignus est ante meritum. Sed habẽs gratiam ante ꝙ̃ operetur ex illa dignus est vita eterna: ergo per aliqua opera elicita ex gratia non potest mereri vitam eternam de condigno.

In oppᵐ

Contra glosa super illud ad Rom̃. 6. gratia dei vita eterna: confitendum est: ideo gratiaz vitam eternam vocari: quia his meritis redditur que gratia contulit homini.

Secũdo.

¶ Item sm̃ apost. ad Rom̃. 8. qui spiritu dei aguntur hi filij dei sunt: sed per gratiam gratum facientem homines aguntur spiritu dei: ergo per illam dei filij sunt: sed filij digni sunt esse participes hereditatis paterne. Unde sm̃ apostoluz ibidem: si filij ꝛ heredes: ergo per gratiam merentur homines vitam eternam de condigno.

Ad qõnẽ sz mentẽ ꝓpriaz.

Respondeo ꝙ homo sine gratia nõ potest mereri vitam eternam de condigno: Sed per gratiam gratum facientez eam de cõdigno meretur. Ad cuius intelligentiam sciendũ ꝙ cuz sm̃ Ber. de libero arbitrio parum ante finez: idez actus sit a gratia ꝛ libero arbitrio. Potest considerari ꝛ inquãtum est a libero arbitrio. Et inquãtuz est a spiritu sancto per gratiam. ¶ Primo modo nõ est meritorius vite eterne de condigno: sed de congruo. Cõgruum enim videt̃ vt homini operãti pro deo sm̃ suam virtutez deus ei premiuz reddat qđ decet suam excellentissimam virtutẽ ꝛ bonitatem. ¶ Secũdo modo est meritorius vite eterne de cõdigno: sic enim valor est in ipso actu ex sui speciali habitudine ad virtutem spiritussancti mouẽtis nos per gratiam in vitam eternam. Secũdum illud verbum saluatoris. Joan. 4. qui biberit ex aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam.

Ad pmũ

Ad primum in oppositum dicendum: ꝙ illa auctoritas apostoli intelligit̃ de passionibus sanctorum per comparationem ad facultatem liberi arbitrij sustinere volentis passiones: non per comparationem ad gratiam spiritussancti illam voluntatem sustinẽtiam meritoriã de condigno faciẽtis.

Ad 2ᵐ

¶ Ad secũdum cum dicitur ꝙ deus sua miseratiõe nos perducit ad vitam eternam: nõ meritis nostris ꝛc̃. dico ꝙ h̃ intelligitur ratione prime gratie que sola miseratiõe nobis datur non meritis nostris. Qđ patet per h̃ ꝙ in glosa postea dicitur: cuz deus coronat merita nostra nil aliud coronat ꝙ̃ munera sua. Unde vita eterna que in fine a deo meritis precedentibus redditur: quia eadem merita quibus redditur in nobis facta sunt per gratiam recte ꝛ ipsa gratia nuncupatur: quia gratis datur: nec ideo gratis: quia non meritis datur: sed quia data sunt ꝛ ipsa merita quibus datur.

Ad 3ᵐ

¶ Ad tertium cum dicitur ꝙ deus nulli debitor est ꝛc̃. potest dici ꝙ verum est loquendo de debito qđ est ex cõmisso: vel ex beneficio recepto: tamen est debitor ex promisso. Sic autẽ deum esse debitorez in nullo sue liberalitati preiudicat: sed cõcordat. ¶ Uel potest dici ꝙ meritum de cõdigno non ponit de necessitate obligationem in retribuente: sed sufficientem ordinationẽ eius qui remuneratur ad ipsam remuneratiõnẽ mediante aliqua laudabili operatione.

Ad 4ᵐ

¶ Ad quartum cum dicitur ꝙ gratia non equiualet glorie ꝛc̃. dico ꝙ ꝛ si nõ sit equalis glorie in actu: est tamẽ equalis in virtute. Sicut semen arboris arbori actu non est equale: sed in virtute: inquantum in semine est virtus ad totam arborem. Et similiter dico aliqualiter: ꝙ per gratiam inhabitat hominẽ spiritussanctus qui est sufficiẽs causa vite eterne.

Ad 5ᵐ

¶ Ad quintum cum dicitur ꝙ homo non potest mereri de cõdigno illud quo dignus est ante meritũ ꝛc̃. dico ꝙ si sub merito comprehendas non tantum modo actum merẽdi: sed etiam radicem que est gratia: propositio vera est: ꝛ tunc dicenduz est ꝙ homo nunꝙ̃ est dignus vita eterna ante meritum. Si autez sub merito cõprehẽdas actũ meritorium tm̃: sic dico ꝙ propositio falsa est: quia quãuis homo dignus sit per habitum gratie vita eterna: tamẽ per actum ex ea procedentez efficitur magis dignus

ta:ita ꝙ eodem quo dignus erat vno modo dignus effi/
citur alio modo. Et etiam per actū meritoriuꝫ mereť ali
quē gradū p̄mij substātialis qui sibi non debebať rōne
habitus tm̄:lumē enim habituale ipsius glorie nō men
surabitur ẜm exigentiam habit⁹ grē tm̄:sed ẜm exigen/
tiam habitus ⁊ actuum simul:qui etiaꝫ sub gratia cōpre
henduntur:cum dicitur ꝙ deus equabit gratiaꝫ gratie.

Circa litteram:virtus est vt ait Aug. Nota ꝙ diffinitio virtutis hic posita nō se extendit nisi ad virtutem infusam formataꝫ per grām. Quā describit per cām formalē cum dicit qd̄ est bona qualitas:⁊ per cām mālem in qua est:q꞉ non habet cām materialem ex qua fit:cū dicitur mētis:⁊ per cām finalē que est operatio boni ⁊ declinatio mali cūꝫ di citur:qua recte viuiť:⁊ qua nullus male vtiť:⁊ per cām efficientem:cum diciť:qꝫ deus solus in hoīe operať. Iu/ stificati sumus nō per liberam voluntatem:quia quāuis coopereť in disponendo nos ad iustificationis susceptio nem:solus tamen deus nobis infundit formā iustifican/ tem.i.grām:gratia gratis data intelligiť ex qua incipiūt bona merita:nō accipiť hic gratia gratis data:ẜm ꝙ di/ stinguitur contra grām gratū facientem. Sed ẜm ꝙ ac/ cipiť pro gratia gratum faciente que maxime gratis dať: que ipsa.i.voluntas bona:charitas est spūs sanctus:h̄ di cit magister ẜm suaꝫ opinionē:que nō teneť:quia loquiť de charitate qua deū diligimus:alij dicunt virtutes esse bonos vsus naturalium potentiarum:⁊ hij male dicūt: quia ẜm h̄ in dormientibus non essent virtutes.

Predicta repetit vt alia addat diffinitaꝫ assi- gnationē ponens de gratia ⁊ libero arbitrio cō tra pelagianos. Dis. XXVIII.

Dis.28.



Id vero inconcusse ⁊ fideliter teneamus liberuꝫ arbitrium sine gratia preueniente ⁊ adiuuante non sufficere ad saluteꝫ ⁊ iustitiam obtinendaꝫ:nec meritis precedentibus grām dei aduocari:sicut pelagiana heresis tradidit. Naꝫ vt ait Augu. in primo libro retractationū. Noui heretici Pelagiani liberuꝫ sic asserunt volūtatis arbitriū: vt grē dei nō relinquant locuꝫ:quā ẜm merita nostra dari asserunt. Pelagianoꝝ heresis omnium recentissima a pelagio monacho est exorta. Hi dei grē qua p̄destinati sumus:⁊ qua meruimus de potestate tenebraruꝫ erui:intantuꝫ inimici sunt:vt sine hac credant homineꝫ posse facere omnia diuina mādata. Deniq̄ pelagius a fratribus increpatus ꝙ nihil tribueret adiutorio gratie dei:ad cuius mādata faciēda: non eam libero arbitrio p̄ponebat:sed infideli calliditate supponebat dicens:ad hoc eā dari hominibus:vt que facere per liberum arbitriuꝫ iubentur:facilius possint implere per gratiaꝫ. Dicendo vtiq̄ facilius possint:voluit credi:⁊ si difficilius:tamē posse homines sine gratia facere iussa diuina. Illam vero gratiaꝫ dei sine qua nihil boni possumus facere:nō esse dicunt nisi in libero arbitrio:quod nullis suis p̄cedentibus meritis ab illo accepit nostra natura:ipso ad hoc tm̄ iuuante nos per suaꝫ legem atq̄ doctrinā vt discamus que facere ⁊ que sperare debeamus. Non aūt ad hoc per donū spiritussancti:vt que didicerimus eē facienda faciamus. Ac per hoc diuinitus nobis dari sciētiaꝫ confitentur:qua ignorantia pelliť:charitateꝫ aūt negant diuinitus dari qua pie viuiť:vt .s.sit donū dei scientia que sine charitate inflat: ⁊ nō sit donuꝫ dei ipsa charitas:que vt scientia non inflet:edificat:destruūt etiā oratōes quas facit ecclesia siue pro īfidelib⁹ ⁊ doctrine dei resistentibus vt ꝯuertanť ad deuꝫ:siue pro fidelibus vt augeať eis fides ⁊ p̄seuerent in ea. Hec quippe nō ab ipo accipere:sed a seipsis hoīes hēre contendūt:grāꝫ dei qua liberamur ab ipietate dicētes ẜm merita nr̄a dari. Paruulos etiam sine vllo pctī originalis vinculo asserūt nasci.

Aug. i li. de heresibus.

Que sit heresis pelagianoꝝ de gra ⁊ libo arbitrio.

Hic ponit ea quibus suū confirmant errorem verbis Augu. contra ipsum vtentes.

Quod vero dicunt sine grā hoīem per liberꝝ arbitriū oīa iussa implere hmōi inductionib⁹ muniunt. Si inquiūt nō pōt ea facere hō que iubenť: nō est ei imputandū ad morteꝫ. Sicut tuipse Augu. in li. de libero arbitrio asseris. Quis inq̄s peccat in eo quod nullo modo caueri potest? Peccatur auteꝫ. Caueri ergo potest. Hoc testimonio Augustini Pelagius vsus est disputās aduersus eū:imo aduersus grāꝫ:sicut Aug. in li. retractationū illud ⁊ alia hmōi retractās cōmemorat inquiens. In his atq̄ hmōi verbis meis:q꞉ grā dei cōmemorata nō est de qua tūc nō agebať:putant pelagiani suaꝫ nos tenuisse sentētiaꝫ:sed frustra hoc putant. Voluntas quippe est qua peccať ⁊ recte viuiť:qd̄ his verbis egimus:sed ipsa nisi dei gratia liberet:⁊ vitia superet ⁊ adiuuet:recte a mortalib⁹ viui nō potest. Ecce aperte determinat ex quo sensu illa dixerit inimicos gratie refellens.

Testimoniū aug. inducit pelagi⁹ p se

Retractatio augu.

Aliud testimonium augustini ponit quo pelagius pro se vtebatur.

Similiter ⁊ innitebať pelagius verbis Aug. ꝯtra grāꝫ:q̄ in libro de duab⁹ aīabus dicit. Peccati inq̄t reuꝫ tenere quēq̄:q꞉ non fecit qd̄ facere nō potuit: sūme iniq̄tatis ⁊ insanie est. His auditis exiliit pelagius dicens. Cur ergo puuli ⁊ illi qui non hn̄t grām sine qua nō p̄nt facere mandata diuina rei teneнť? Hoc aūt qua occasiōe dixerit:i lib. retractationū pelagio respōdēs aperit. Id eniꝫ cōtra manicheos dixit:q in hoīe duas naturas eē ꝯtendūt:vnā bonā ex deo:alterā malam ex gente tenebrarū:que nunq̄ bona fuit: nec bonū velle potest:qd̄ si esset:non videreť ei imputādum esse si non bonum faceret.

Qō pelagij.

Determinatio Augu.

Aliud qd̄ videť contradicere grē dei addidit.

Alibi etiam Augu. dicit ꝙ huic grē ꝯtradicere videtur qua

tur qua iustificamur. Ait i libro ɔtra Adamā tiuȝ manichei discipulū. Nisi quisqȝ voluntateȝ suā mutauerit: bonū operari non potest: qd in nostra potestate esse positū dominus docet vbi ait. Aut facite arborē bonā aut fruct⁹ eius bonos ⁊c. Qd Augu. in retractationibus non esse contra gratiā dei quā pdicamus ostendit.
Determinatio augu. in retractationibus. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntateȝ: sed ea potestas nulla est nisi a deo detur: de quo dictū est. Dedit eis potestateȝ filios dei fieri. Cuȝ enim hoc sit in potestate quod cū volumus facim⁹: nihil taȝ in potestate q̄ ipsa voluntas est: sed preparatur a dño voluntas: eo ergo modo dat potestatem.

¶ Aliud testimoniū eiusdē qd videt aduersum.

Sic etiam

intelligendum est qd in eodem ait. s. in nostra potestate esse vt vel inseri bonitate dei: vel excidi
Aug. l. li. de duab⁹ aīabus. eius seueritate mereamur. Quia in potestate nostra non est nisi quod nostraȝ sequitur volūtatē: que cū preparat a domino: facile fit opus pietatis etiā illud qd īpossibile ⁊ difficile fuit.

¶ Aliud testimonium.

In expositione

quorundam propositionū epistole ad Rom. quedā Augu. interserit: que vident huic doctrine gratie aduersari. Ait enim. Quod credimus nostrum est: quod aūt bonuȝ operamur illius est qui credētibus dat spiritūsanctuȝ: ⁊ paulo post. Nostruȝ est credere ⁊ velle. Illius auteȝ dare credentibus ⁊ volentibus facultateȝ bene operandi per spiritū
Augu. li. retracta. qualr̄ h accipi debeant. sanctū. Que qualiter intelligi debeant Aug. in lib. retractationuȝ aperit dicens. Veruȝ est quidem a deo esse quod operamur bonuȝ: sed eadeȝ regula vtriusqȝ est: ⁊ volēdi. s. ⁊ faciendi: ⁊ vtrūqȝ ipsius est: quia ipse preparat voluntatem ⁊ vtrumqȝ nostrum est: quia non fit nisi volentibus nobis. Illa itaqȝ profecto non dixissem: si iam scirem etiaȝ ipsam fidem inter spiritussancti munera reperiri.

¶ Adhuc addit aliud qd videtur contrarium.

Illud etiam

diligēter est inspiciēdum qd Aug. in lib. sentētiaruȝ prosperi ait. s. quia posse habere fidem sicut posse habere charitatem: natura est hominuȝ: habere aūt fidem sicut habere chari
Determinatio. tatem gratia est fidelium. Qd non ita dictum est tanq̄ ex libero arbitrio valeat haberi fides vel charitas: sed quia aptitudinem naturaleȝ habet mens hominis ad credendum vel diligenduȝ que dei gratia preuēta credit ⁊ diligit: quod sine gratia non valet.

¶ Testimonio Hieronymi astruit quid tenendū de gratia ⁊ libero arbitrio: vbi triplex heresis dāpnatur. s. Iouiniani: Manichei: ⁊ Pelagij.

Id ergo de gratia ⁊ libero arbitrio

indubitāter teneamus qd Hieronymus in explanatione fidei catholice ad Damasum papā: Iouiniani ⁊ manichei ac pelagij errores colludentes docet. Liberum inquit sic cōfitemur arbitrium: vt dicamus nos semp indigere dei auxilio. Et tam illos errare qui cuȝ manicheo dicunt hominem peccatū vitare nō posse: q̄ illos qui cum iouiniano asserūt hoīeȝ non posse peccare. Vterqȝ tollit arbitrij libertatē. Nos vero dicim⁹ hoīeȝ semp ⁊ peccare ⁊ nō posse peccare: vt semp nos liberi ɔfiteamur esse arbitrij. Hec est fides quā i catholica ecclesia didicim⁹: ⁊ quā semper tenuimus. Dis. XXVIII.

Dis. 8. **IAm vero** incōcusse. Super i⁹ determinauit magister de eff ctu grē in libero arbitrio. Hic determiat de isufficiētia liberi arbitrij sine grā Et diuidit pars ista in duas ptes. ¶ Primo determinat de isufficiētia liberi arbi. sine grā in oib⁹ ɔ̄siderat. ¶ Scdo in primis parentib⁹ spāliter dis. 29. ibi. Post h ɔsiderāduȝ. Prima in tres. ¶ Pmo referi pelagianoȝ erroreȝ. ¶ Scdo ponit eoȝ rōnes: ⁊ eaȝ solōnes. ibi. Q; vo. ¶ Tertio veritatis ɔfirmatōeȝ. ibi. Id ergo. Media istaȝ diuidit i tres. ¶ Primo ponit rōnes eoȝ qb⁹ conant ondere q hō sine grā possit mādata dei implere. ¶ Scdo ponit illas qb⁹ conant ondere q hō possit p se a petō resurgere. ibi. Alibi etiā. ¶ Tertio ponit illas qb⁹ conāt ostēdere q hō possit p se deū credere. ibi. Illud etiā diligenter.

CIrca hāc dis. q̄reatū est pncipalr̄ de duob⁹. ¶ Primo de isufficiētia liberi arbi. quātū ad opationē boni. ¶ Scdo q̄tū ad declinationē mali. ¶ Circa p^m q̄runt tria. ¶ Prio vtrū liberū arbi. p se tm̄ possit aliqd bonū cogitare: ⁊ velle. ¶ Scdo vtrū sine ol grā gratis data possit se ad grāȝ gratū facientē sufficienter disponere. ¶ Tertio vtrū sine grā gratū faciēte possit mādata dei iplere. Q̄ō. I. Q̄ō. I.

Ar. p⁹ **PRimo** ostēdo q liberū arbi. possit p se tm̄ aliqd bonū cogitare ⁊ velle: q: virtutes politice sunt īfra facultatē nāe: ergo ⁊ act⁹ p quos gn̄ant. Sȝ ad eaȝ gn̄ationē ɔcurrit act⁹ cognoscēdi ⁊ volēdi bonū: ergo cognoscere ⁊ velle aliqd bonū pōt liberum arbitrium per se tm̄. ¶ Itē īserta est nobis cognitio veri: ⁊ amor boni. Sȝ in illos act⁹ q īsert sunt libero arbi. pōt liberū arbi. p se tm̄: ergo per se tm̄ pōt cogitare ⁊ velle aliqd bonū. ¶ Iteȝ glosa sup illud Eze. 3. aperui os meū: dicit q initia bone voluntatis ex nobis sunt. Sȝ initiū boni velle est cogitatio boni: ergo liberū arbi. p se pōt cogitare bonū ⁊ velle. ¶ Iteȝ virtutes inferiores p se tm̄ pñt exire in act⁹ sibi debitos: ergo multo fortius liberū arbi. vt videt pōt exire in actus sibi debitos qui sunt cogitatio veri: ⁊ amor boni.
Secūdo.
Tertio.
Quarta.

In opp^m. **Contra** scda cor. 3. nō sum⁹ sufficiētes cogitare aliqd a nobis: q̄si ex nobis: sed sufficiētia nr̄a ex deo est. ¶ Itē Ber. de libero arbitrio lōge ante fineȝ: dicit q liberi arbitrij conatus ad bonū cassi sunt si a grā nō adiuuet: ⁊ nulli si non excitent: ergo nullum bonum actum potest habere per se tantum.
Secūdo.

Ad q̄ōnē fȝ mentē ppriaȝ. **Respondeo** q est quedaȝ cognitio veri ⁊ voluntas boni que sunt supra facultatem nature: ⁊ quedam cognitio veri ⁊ voluntas boni q̄ sunt īfra facultatē nāe: ⁊ respectu vtriusqȝ cognitiōis ⁊ volūtatis idiget liberū arbitriū gn̄ali motiōe pmi mouētis. Sicut. n. nulla creatura posset subsistere nisi ɔfuaret

per virtutem primi entis:ita cōseruata in esse:nullo modo posset agere sine motiōe primi mouētis. Sicut eniꝫ dicitur in cōmento super primam ꝓpositionem de causis:causa prima adiuuat causam secūdam super operationem suam:quoniam oēm operationē quā secūda efficit
A.i.effi/cit.
⁊ causa prima efficit:verūtamen perficit eam per modū altiorem ⁊ sublimiorem. Et parum post dicit:⁊ nō figit causatum cause secūde:nisi per virtuteꝫ cause prime. Et predicta motio primi mouētis est illa influentia generalis de qua dicit ꝙ sine influentia generali cause ꝑme nulla creatura posset exire in suam operationē. Cuꝫ hac aūt motione respectu cognitiōis veri ⁊ voluntatis boni que sunt supra facultatem nature requirit vltra naturale lumen intellectus nostri:⁊ vltra naturalem virtutem nr̄i affectus aliqͦd adiutorium supernaturale:per qͦd nostrū liberuꝫ arbitriū respectu predicti veri ⁊ boni possit mouere se. Respectu autem alicuius cognitionis veri ⁊ alicuius voluntatis boni que sunt infra facultateꝫ nature: sufficit cum predicta motione primi mouentis naturale lumen nostri intellectus:⁊ naturalis virtus nostri affectus. Quia tamē nostrum liberum arbitrium per peccatum infirmatū est:ideo respectu aliquorū actuum existētium infra facultateꝫ nature si esset sana:nō potest etiam cum predicta generali influētia primi mouētis:nisi per aliquod aliud adiuuet. Sicut video ꝙ homo infirmus quāuis per se possit agere aliquos actus homini naturales:non tamē oēs:nisi per aliquod adiutorium sine quo sanus homo illos agere posset. Unde forte q̄uis homo per sua naturalia si non essent per peccatū infirmata:posset diligere deum ꝓpter se ⁊ super omnia quāuis nō meritorie de condigno:h̄ tamen modo nō potest nisi supernaturaliter adiuuet:plus eniꝫ infirmata est hominis natura per peccatum respectu amoris boni q̄ꝫ cognitionis veri. ¶ Ex dictis faciliter potest solui argumenta ad vtramqꝫ partem.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum dicēdum:ꝙ virtutes politice non sunt infra facultatem nature:nisi supposita generali motione primi mouētis:⁊ etiam illa supposita:non possumus exire in omnes actus existentes infra facultateꝫ nature:nisi per aliquod adiutoriuꝫ nobis nō naturale:ꝓpter h̄ ꝙ nostra natura
Ad 2^m ifirmata est per pctm̄. ¶ Simili mō potest solui scdm.
Ad 3^m ¶ Ad tertium dicēduꝫ:ꝙ si loquatur de initio bone voluntatis respectu alicuius boni existentis infra facultatē nāe sic initiū bone volūtatis respectu alicui⁹ boni existētis ifra facultatē nāe:ē ex nobis supposita gn̄ali ifluētia ꝑmi
Ad 4^m mouentis:aliter non:⁊ qn̄qꝫ etiam vltra hoc requiritur in nobis aliquod adiutorium nobis nō naturale. ¶ Ad quartum dicendum:ꝙ virtutes inferiores non possunt exire in actus suos:nisi supposita generali influentia primi mouentis. Illa tamen supposita magis possunt in cōplementum actus sui per naturalia sua q̄ꝫ virtutes superiores:⁊ h̄ est ꝓpter actuum virium inferioꝝ nobilitatē minorē:⁊ actuum virium superioꝝ nobilitatē maiorē.

Ad ꝑmū in opp^m. **Ad primum** argumentum ad partem aliam dicēdum:ꝙ apostolus intendebat ꝙ nō sumus sufficiētes cogitare aliquid sine motione primi mouentis:⁊ h̄ est verum. ¶ Ad secūdum dicē/
Ad 2^m. dum:ꝙ ibi loquebatur Ber. de conatibus liberi arbitrij respectu boni excedentis facultatem nature:⁊ de cogitatione directa ad ꝑdicti boni dilectionē. ¶ Q.ō. II:

Q.ō.ii. Ar.p^o **SEcundo** queritur vtrum liberum arbitrium sine omni gratia gratis data possit se ad gratiam gratum facientem sufficienter disponere. Et videt ꝙ sic prouer. 16. hominis est animū preparare. Sed ꝑparare animum est se ad gratiam gratum facientem disponere:ergo liberū arbitrium sine omni gratia gratis data potest se ad gratiaꝫ gratum facientem sufficienter disponere. ¶ Itē Zach. i. Secūdo.
conuertimini ad me dicit dominus ⁊ conuertar ad vos: ergo videtur ꝙ ante conuertatur homo per aliquam voluntatem bonam ad deum q̄ꝫ deus conuertat ad ipsum conferendo aliquam gratiam. ¶ Item Dam. lib. 2. cap. Tertio.
vlti. vult ꝙ virtus est ꝛm naturam:⁊ malitia preter naturam. Sed vnūqͦdqꝫ resurgit naturalr̄ illud qͦd est sue nature contrarium:⁊ tendit ad illud qͦd est sue nature consonum:ergo liberum arbitrium per suam naturā tendit ad virtutem ⁊ fugit vicium. Sed talis motus est prepa/ Quarto.
ratio ad gratiam. ¶ Item si liberum arbitrium nō posset se preparare ad gratiam gratum facienteꝫ nisi per aliquam gratiam gratis dataꝫ pari ratiōe:nec posset se preparare ad illam gratiam gratis dataꝫ:nisi per aliquā aliā minorem:⁊ sic esset processus in infinitum.

In opp^m **Contra** Ber. in libro de libero arbitrio non multum ante finem dicit:ꝙ gratia excitat liberum arbitrium cum seminat cogitatum:sanat cum mutat affectum:roborat vt perducat ad actuꝫ:seruat ne sentiat defectum. Sed omnis preparatio ad gratiam est vel per bonam cogitationem:vel per bonā affectionem:vel per aliquā bonam exteriorem operationeꝫ:ergo oportet grām preuenire omnē nostram preparationē. ¶ Itē de Secūdo.
ecclesiasticis dogmatibus cap. viii. nullum credimus ad salutem nisi deo inuitante venire. Sed qui se preparat ad gratiam gratuꝫ facientē venit ad salutē:ergo nullus nisi a deo inuitatus potest se ad grām preparare.

Ad qōnē ꝛm mētē ꝓpriaꝫ. Dispō ad grām duplex. **Respōdeo** ꝙ dispositio ad gratiā gratum facientem duplex est. Quedā remota ⁊ indirecta. Quedā ꝓpinqua ⁊ directa. ¶ Loquēdo de prima dispositione liberum arbitrium per sua naturalia cū sola generali motione primi mouētis queꝫ supponit qlibet actio creature pōt se ad grām gratū faciētē disponere:q̄ h̄ mō qui libero arbitrio suo recte vtit quātuꝫ pōt disponit se ad grām gratū facientem. ¶ Loquēdo autē de dispositione secūdo mō libeꝝ arbitrium nō pōt se disponere ad gratiā gratum facientem nisi per aliquā gratiam gratis dataꝫ:cōprehendēdo sub gr̄a gratis data:nō tm̄ aliquod habituale donum naturalib⁹ superadditū:sed etiā spūs sancti aliquā spālem motionē factā per se immediate tm̄:vel cum h̄ etiaꝫ mediante aliqua creatura. Cū enim cognitio grē gratum facientis sit sup facultatē nature:nō pōt noster intellectus per suam naturalem virtutem tm̄ ad cognitionem illius eleuari:⁊ ex cōsequētiꝫ nec voluntas potest illam desiderare:quia desideriuꝫ presupponit aliquam rei desiderate cognitioneꝫ. Sed nunquā disponit se homo directe ⁊ de propinquo ad gratiaꝫ gratum facientem:nisi illaꝫ aliquo modo cognoscat ⁊ desideret:⁊ ideo ad talem dispositionem oportet hominem supernaturaliter excitari ⁊ illuminari. Cui videt consonare verbum saluatoris. Joā. 6. dicentis:nemo potest venire ad me:nisi pater qui misit me traxerit illum. Et illud de ecclesiasticis dogmatibus cap. 20. sicut inicium salutis nostre deo miserante ⁊ inspirāte habere nos credimus:ita arbitriuꝫ nature nostre sequax esse diuine inspirationis libere confitemur.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum dicendum:ꝙ pro tāto dicitur ꝙ hominis est ꝑparare animum:quia illam preparationeꝫ facere pōt per liberum arbitrium:supernaturalr̄ tamē adiut⁹ mō supradicto. ¶ Ad scdm dicēdum:ꝙ deus iubet hoieꝫ ꝯuerti
Ad 2^m ad se:nō q̄ h̄ possit homo:nisi ꝑuent⁹ diuino auxilio:ꝙ bene sonare videt illud verbū Iere. in oīone sua ꝯuerte nos dn̄e ad te ⁊ ꝯuertemur. Sꝫ vt hō ꝑuēt⁹ diuino auxilio p libeꝝ arbitriū cooperet ad sue ꝯuersionis pleniorē
Ad 3^m ꝯuersionē. ¶ Ad tertiū dcēm:ꝙ detestari culpā inq̄ꝫtuꝫ est bono nāe ꝯtraria:⁊ nō inq̄ꝫtū est dei offensiua:nō est ad grām gratū faciētem dispō propinqua ⁊ directa. Sed

eam refugere inquantū est dei offensiua est dispositio ad
gratiam gratū facientez ꝓpinqua ꝛ directa:ꝛ sic detesta/
ri culpā nō potest homo nisi supernaturali preuētuo au
Ad 4m xilio. ¶ Ad quartū dōm ꝙ nō opꝫ esse ꝓcessum in infi/
nitū:quia prima spiritualis motio spiritus sancti excitā
tis ꝛ eleuantis liberum arbitrium ad gratie gratuz faciē
tis cognitionē ꝛ desiderium nō presupponit in homine
Qō. III. aliam supernaturalē dispositionē. Qō. III.

Ar.pº **TErtio queritur** vtrum liberū arbitriuz sine gratia gratū faciente possit mādata dei imple
re. Et videtur ꝙ sic. quia illud potest homo fa
cere sine gratia gratū faciente ꝙ naturaliter facit. Sꝫ ho
mines naturaliter seruant legē. Unde Aplus ad Rom.
2. gentes que legem non habent naturaliter ea que legis
sunt: faciunt ergo sine gratia potest homo dei legem im
Secūdo. plere. ¶ Item diligere deū ex toto corde ꝛ tota anima
ꝛ tota mente est primū ꝛ maximū mādatū. Ut habetur
Matth. 22. Sed h potest homo sine gr̄a: aliter eniꝫ pos
set esse cert9 se hr̄e gratiā: ꝙ est cōtra illud Eccl. 9. nescit
homo vtrum amore an odio dignus sit: ergo videtur ꝙ
multo fortius homo possit omnia alia mandata sine gra
Tertio. tia gratū faciente implere. ¶ Item Deutr. 30. mādatuꝫ
h qd ego ꝓcipio tibi hodie: nō supra te est. Sed mādatū
quod nō est supra hominez potest homo sine gratia gra
tuꝫ faciente implere: ergo mandata legis: que intellige/
bat Moyses per mandatuꝫ: ponens singulare pro plura
Quarto. li potest homo implere sine gratia gratū faciente. ¶ Itē
Aug. i. lib. retracta. ca. 14. peccati reū tenere quēq̃: quia
nō fecit qd facere nō potuit sūme iniquitatis ꝛ isanie ē:
Sed non obseruātes mandata dei tenentur rei peccati:
ergo videtur ꝙ per se ipsos: illa mādata possunt īplere.

In oppm **Contra** Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Sed ad vitam ingredi non pōt
homo sine gratia gratum faciente: ergo nec sine illa pōt
Secūdo. obseruare mandata. ¶ Item Augu. in lib. retracta. capi
tulo. 8. noui heretici pelagiani qui liberū sic asserunt vo
luntatis arbitriuꝫ vt gratie dei nō relinquat locuꝫ: eo ꝙ
dicunt illam dari ꝓpter meritatꝫ sine illa posse implere
omnia mandata: vt patet per Magistrum in littera: er/
go opinio hec est heretica.

Ad qōnē sꝫ mētez ꝓpriaꝫ. **Respondeo** ꝙ īplere mādata dupl'r pt intelli/
gi. Aut q̄tū ad eēntiā opis tm̄:
aut q̄tū ad eēntiā opis ꝛ formā ꝛ itētionē ꝓcipiētis sit.
¶ Primo modo liberum arbitrium nisi esset infirma/
tum per peccatum posset per sola naturalia supposita ge
nerali motione primi mouentis mandata legis implere
Sed liberū arbitriuꝫ peccato corruptū h nō potest sine
gratia saltē gratis data. Obseruare autem mandata le/
gis scdo modo nō posset liberuꝫ arbitriū sine gratia gra/
tum faciente: etiā si nō esset per peccatum corruptum: ꝛ
multo minus h potest: qꝛ per peccatuꝫ infirmatū est. Ta
lis enim mandatorū obseruatio non potest esse nisi per
charitatē: que sine gratia gratuꝫ faciente esse non potest.
Unde Ber. de libero arbitrio longe ante medium dicit:
ꝙ vt esset liberuꝫ arbitrium creans gratia fecit vt profi/
ciat saluans gratia facit. Sed saluans gratia: est grā gra/
tum faciens. Et sic patet ꝙ liberum arbitriuꝫ sine gratia
gratuꝫ faciente mandata dei sm formam ꝛ intentionem
mandantis obseruare nō potest: cum sine gratia gratū fa
ciente ꝓficere nō possit I merito de ꝯdigno.

Ad pm **Ad primum** in oppositū cum di ꝙ gentes q̄ legem nō habent naturaliter ea
que legis sunt faciunt: h sic intelligendū est: ꝙ h fiat per
spūꝫ gratie in imagine in qua naturaliter sunt facti. Un
Glo. super locum illū: nec moueat ꝙ naturalr dicit que
legis sunt facere: nō spū dei: nō fide: nō gratia: h enim fa/
cit spūs gratie: vt imaginem dei in qua naturalr facti su
mus instauret in nobis. Uel dic ꝙ verbum apli intelligi
tur de lege sm ꝙ accipitur pro principijs legis nature: q̄
potest homo obseruare quātū ad essentiā operis per vir
tuteꝫ nature presupposita generali influentia dei. ¶ Ad Ad 2m
secunduꝫ dōm ꝙ illud preceptuꝫ nō possumus implere
sm formā ꝛ intentionē mandātis sine gratia gratū facien
te. Nec ēt ex puris nālib9 possumus illud implere: quan
tuꝫ ad essentiā opis pp nostri liberi arbitrij infirmitatez
quā per peccatū incurrit. Nec ex hoc sequitur qd de le/
ge cōi: possit hō in via esse certus se habere charitatē: vt
ostensum est supra dist. 3. in illa questione vtruꝫ angelus
ex puris naturalib9 potuisset deuꝫ diligere plusq̄ seipsuꝫ
in solutione cuiusdā argumēti. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ Ad 3m
mādata dei dicūtur nō esse supra hominē: quia omni vo
lenti se disponere deus dat gratiā gratuꝫ facientē: per quā
illa mādata potest implere. ¶ Ad quartū dōm ꝙ isti nō Ad 4m
obseruantes mandata dei rei peccati tenentur: quia cum
diuino adiutorio possent si vellent se ad gratiā gratuꝫ fa
cientem disponere. Si enim se disposuisset deus eis gra/
tiam gratum facientem contulisset: per quam mandata
sua virtuose possent implere.

COnsequēter queritur de secun/do ꝓncipali. Et cir
ca hoc queruntur tria. ¶ Primo vtrum sine
gratia gratuꝫ faciente possit per liberum arbi
trium a peccato resurgere. ¶ Secundo vtrū per liberū
arbitriuꝫ sine gratia gratum faciente possit vitare casum
in nouuꝫ peccatū mortale. ¶ Tertio vtꝝ sine grā gratū
faciēte possit tēptationes vincere. Qō. I. Qō. I.

PRimo ostendo ꝙ homo sine gratia gratuꝫ faciente possit per liberū arbitrium a peccato Ar. pº.
resurgere: qꝛ resurgere a peccato preexigit ad
illuminationeꝫ gratie. Unde Apostolus ad eph. 5. exur/
ge a mortuis ꝛ illuminabit te xp̄s. Sed illud qd preexi/
gitur ad illuminationē gratie potest homo sine gratia: ḡ
resurgere a peccato potest homo sine gratia. ¶ Item q̄/ Secūdo.
libet res per naturalia sua reuerti potest ad actuꝫ conue/
nientem sue nature. Sed sm Dam. lib. 2. cap. vlti. mot9
ad virtutē oppositam malitie est actus cōueniēs nature:
ergo ad illuꝫ actū homo reuerti per suam naturam sine
gratia gratū faciente ¶ Itē quādiu in humano corpo/ Tertio.
re manēt ꝓncipia corporalis vite potest sanari corpus si/
ne auxilio medicine: ergo sili'r q̄diu manēt in anima ꝓn/
cipia spūalis vite potest sanari sine auxilio medicinalis
gratie. Sꝫ nālis cognitio veri ꝛ naturalis dilectio boni:
que sunt spūalis vite ꝓncipia: non corrumpuntur tota/
liter per peccatuꝫ mortale: ergo per illa sine gratia gratū Quarto.
faciēte potest peccator recupare spūalē sanitatē. ¶ Iteꝫ Ca. d op
phs in lib. predicamentoꝝ prauus ad meliores exercita/ positis.
tiones deductus: diuꝫ h semper sit perfecte in cōtrarium
habitū restituetur: ergo videtur ꝙ iniust9 per solū exer/
citiuꝫ bonoꝝ opeꝝ ad habitū iustitie potest restitui.

In oppm **Contra** Apostolus Gal. 2. nō abijcio gratiaꝫ dei: si enim p legeꝫ iustitia: ergo xp̄s gratis mor
tuus est. Uidetur ergo ꝙ sine gratia quā xp̄us per suam Secūdo.
mortem nobis meruit nō possumus iustificari. ¶ Item
Aug. 4. de ciui. cap. 26. dicit ꝙ a demonuꝫ dominatione
nō liberat nisi gratia dei. Sed qui resurgit a peccato libe
ratur a dominatione demonum: ergo resurgere a pecca/
to non potest homo sine gratia dei.

Respōdeo ꝙ homo sine gratia gratum faciente nō potest per liberū arbitriū a pecca Ad qōnē sꝫ mēteꝫ ꝓpriā.
to resurgere: qꝛ resurgere a peccato est ad ea restitui que Tria a/
homo amiserat per peccatuꝫ. ¶ Tria autē homo p pec/ mittit hō
catuꝫ mortale amittit. s. quādaꝫ spālez diuini luminis si/ p morta/
militudinē: ꝓpter cui9 amissionē anima peccatrix tene/ le pctīn.
bra dicitur. Unde Aug. 4. lib. de trini. cap. 2. Exponens

Aliud verbum Joan. i. tenebre eã nõ comprehenderũt. sic ait: tenebre sunt stulte mentes hominũ praua cupiditate ac infidelitate cecate. ¶ Per peccatuz etiã incurrit homo alicuius boni nãlis diminutionẽ vel corruptionẽ. h est carentiã alicuius gradus nãlis aptitudinis ad bonum supernãle qd est gratia. Unde Augu. Ench. cap. 5. animoꝝ quecũqꝫ sunt vitia nãlium priuationes sunt bonoruz. ¶ Per peccatũ etiã incurrit homo amissionem idoneitatis ad vitã eternã ꝛ obligationẽ ad penã eternã. Ad neutrũ aũt istoꝝ potest restitui nisi per gratiã: qꝛ gratia est quedã spũalis similitudo diuini luminis. Per ipaz etiã retrahit ad deũ voluntas hoĩs sine quo tractu non potest restitui ipsa aptitudo nãlis ad grãm. Per ipsaz ẽt remittit dei offensa: ꝛ ex pñti obligatio ad mortẽ eternã ꝛ reddit homo dignus hereditate eterna.

Ad pᵐ. **Ad primuz** in oppositum cũ dĩ qꝫ a peccato resurgere preexigit ad illuminationẽ gratie ꝛc̃. Dico qꝫ nõ est veꝝ nisi vocãdo resurgere a peccato dispõnem ad talẽ resurrectionẽ: ad quaz dispõnem inuitat aplũs cum dicit. Exurge a mortuis ꝛ disponẽti se pmittit spũalem resurrectionẽ per xp̃z fiendã: cuz dicit ꝛ illuminabit te xp̃s.

Ad 2ᵐ. ¶ Ad scḋm põt dici qꝫ motus ad virtutẽ oppositã malitie dĩ esse ̃sm naturã: nõ quia sunt infra facultatẽ nature: sed qꝛ est nature cõsonus inq̃tuz est ad quãdã supernãlem perfectionẽ ipsius nãe.

Ad 3ᵐ. ¶ Ad tertiũ dõm qꝫ nãlis cognitio veri ꝛ nãlis dilectio boni nõ sunt sufficientia pncipia spũalis vite. Sed cũ hoc requirit supnaturalis cognitio veri ꝛ supernãlis dilectio boni.

Ad 4ᵐ. ¶ Ad quartuz dõm qꝫ illa auc̃tas pħi intelligẽda est de habitu qui põt acquiri per actus: per cuius habitꝰ recuperationẽ homo nõ resurgit a peccato mortali: sꝫ p receptionẽ habitus qui a deo imediate anime infundit per quem anima recõciliatur: ꝛ hic habitꝰ gratia gratuz faciens nominatur. Qõ. II.

Qõ. II. Ar. pᵒ. **SEcundo** queritur vtrum homo per liberuz arbitriũ sine gr̃a gratũ faciẽte possit vitare casum in nouũ peccatum mortale. Et vr̃ qꝫ sic. qꝛ qui põt libere cõsentire põt libere dissentire dũ est in via. Sed casus in peccatuz mortale nõ põt esse quãdiu homo nõ ꝯsentiat. Cum ergo possit nõ ꝯsentire sicut potest cõsentire vr̃ qꝫ possit vitare casum in nouũ peccatũ mortale.

Secũdo. ¶ Jteꝫ i. lib. retracta. cap. 14. peccatũ sine voluntate esse nõ posse verissimũ est. Sed voluntariũ ꝛ necessariũ opponuntur: ergo exñtez in vno peccato mortali nõ est necessariũ in aliud peccatũ incidere.

Tertio. ¶ Jteꝫ certũ est qꝫ ad modicũ tp̃s vitare põt ne incidat in aliud peccatũ mortale. Sed quanto magis resistit tãto fortior est ad resistendũ: ergo videt qꝫ homo sine gratia gratũ faciẽte per totã vitã suã vitare põt ne de nouo incidat in nouum peccatum mortale.

Quarto. ¶ Jteꝫ Eccl. 15. ante hominẽ vita ꝛ mors bonũ ꝛ malũ qꝫ placuerit ei dabitur illi: ergo in potestate hoĩs est eligere bonuz vel malũ. Uidetur igr̃ qꝫ sine gr̃a gratuz faciente possit vitare peccatuz mortale.

Jn oppᵐ. **Contra** Aug. i. lib. retrac. cap. 8. voluntas ipsa nisi dei gr̃a liberet a seruitute qua facta est serua peccati: ꝛ vt vitia superet adiuuet: recte pieqꝫ viui a mortalibꝰ nõ põt.

Secũdo. ¶ Jteꝫ Greg. 25. super illud Job. 34. cõteret multos ꝛ innumerabiles: peccatũ qꝫ p penitentiã non diluit mox suo pondere ad aliud trahit.

Ad qõnẽ ̃sꝫ mentẽ xpriã. **Ad hãc questionez** dicunt aliqui qꝫ hõ per liberũ arbitriũ sine gr̃a gratuz faciẽte põt vitare casum in nouuz peccatuz mortale: eo qꝫ talis casus nõ est nisi per liberꝫ ꝯsensuz nõ tamẽ facere põt: qn habeat peccatũ mortale: qꝛ vt habitum est in qõne precedẽti: resurgere a peccato sine gr̃a gratũ faciẽte nõ põt. Et sic dicũt debere intelligi verba Aug. cũ dicit qꝫ sine gr̃a dei recte pieqꝫ viui a mortalibꝰ nõ põt.

ꝯ opionẽ. ¶ Sed ꝯtra h vr̃ Aug. expresse esse in lib. de pfectione iustitie in fine lib. dicens. quisqs negat nos orare debere ne intremus in temptationẽ: negat aũt h q cõcedit ad nõ peccandũ gr̃e dei adiutoriũ nõ esse nec̃ium: sed sola lege accepta humanã sufficere voluntatẽ ab auribus hominũ remouẽdus est.

Ad qõnẽ ̃sm mẽtẽ ppriã. ¶ Uidetur ergo dõm qꝫ homo per liberꝫ arbitriũ sine gr̃a gratũ faciẽte nõ potest diu vitare casum in nouũ peccatũ mortale in statu nature corrupte: q̃uis enĩ pp libertatẽ possit vitare qdlibet pctm̃ mortale sigꝉtuz: tñ pp infirmitatẽ nõ põt diu vitare qn in aliqd mortale incidat nisi per gr̃az gratũ facientez liberꝫ eius arbitriũ sanet ꝛ adiuuet. Sic ergo sine illa põt vitare qdlibet mortale in singulari: qd tñ nõ põt vitare oĩa in cõi: sine gr̃a enim gratũ faciẽte liberꝫ arbi. nõ est habitualiter fixũ in debito fine qui deus est: ita vt p nullo bono ꝯsequẽdo: vel malo vitãdo ab eo vellet separi. Unde nõ potest diu stare qn occurrant aliqua pp que ꝯsequẽda vel vitãda homo recedat a deo trãsgrediẽdo eius mãdata. ¶ Huic opinioni vr̃ ꝯsentire magr̃ dicẽs: qꝫ in media libertate sꝫ ẽ in libertate que est in statu miserie põt hõ peccare: ꝛ nõ põt nõ peccare añ repationẽ ẽt mortalr̃: post repationẽ vero in statu vie saltẽ venialr̃.

Ad primuz in oppositum cuz dĩt qꝫ ita põt hõ nõ ꝯsentire malo: sicut consentire ꝛc̃. Dico qꝫ nõ est veꝝ sine gr̃a gratũ faciẽte pro statu nature corrupte: nostꝝ enim liberꝫ arbitriũ ad bonũ est liberuz nõ sine gr̃a. Sed ad malũ est liberꝫ per se tm̃. Unde magr̃ supra dist. 24. dicit qꝫ per liberꝫ arbitriũ bonuz eligitur gr̃a existẽte: ꝛ maluz eadẽ desistẽte. Ad pᵐ.

¶ Ad scḋz cũ dicitur qꝫ voluntariũ ꝛ necessariuz opponunt ꝛc̃. Dico qꝫ veꝝ est de necessitate coactionis: qd autẽ homo in statu nature corrupte sine gr̃a gratũ faciente nõ possit diu vitare quin incidat de nouo in nouũ peccatuz mortale: h nõ est: qꝛ necessariũ sit ipsum peccare necessitate coactionis: sed defectibilitatis que libertatẽ ad maluz nõ excludit. Ad 2ᵐ.

¶ Ad tertiũ cuz dĩ: qꝫ quanto magis homo resistit tãto fortior est ad resistendũ ꝛc̃. Potest dici qꝫ veꝝ ẽ quantũ est ex pte sua: tñ qꝛ in longo tempore plẽs insurgunt temptationes ꝛ plẽs peccandi oportunitates ꝛ occasiones: qꝫ in modico tẽpore ceteris paribus: ideo non sequit qꝫ si possit stare p modicuz tẽpus: qꝫ ẽt possit stare per longum tẽpus: sicut vides qꝫ homo debilior magis posset resistere vni impugnãti qꝫ fortior in triplo xl. impugnãtibus. ¶ Uel potest dici qꝫ liberuz arbi. corruptum quãto diutius est sine gr̃a gratuz faciente tãto efficitur debilius ad resistendũ tẽptationibus: nõ inquantũ per modicũ tẽpus tẽptationibus resistit: sed qꝛ vires inferiores p suos motus inordinatos semp ipsuz emolliũt ꝛ ad maluz pnius reddunt: eo qꝫ sine gr̃a non sic potest illos motus frenare nec ordinare: sicut cuz beneficio gr̃e est adiutũ. Ad 3ᵐ.

¶ Ad quartũ dõm qꝫ illud v̄buz Eccl. intelligit de homine pro statu nãe integre quãdo nõduz erat seruus peccati ̃sm qꝫ dicit Aug. in hyponosticon: respõsione tertia paꝝ post pncipiuz. ¶ Uel potest dici qꝫ etiã modo eligit homo quodcũqꝫ vult: sed bonũ cũ adiutorio gr̃e ꝛ malũ qñ est gr̃a destitutus. Qõ. III. Ad 4ᵐ.

Qõ. III. Ar. pᵒ. **TErtio queritur** vtꝝ homo sine gr̃a gratũ faciẽte possit aliquã tẽptationem vincere. Et vr̃ qꝫ sic. difficilius est vincere seipm qꝫ vnaz tẽptationem. Sed aliquãdo homo sine gr̃a gratũ faciente: ita perfecte potest se vincere qꝫ se morti põt exponere: vt hꝫ ex v̄bis apl̃i. i. Cor. 13. Ergo multo fortius potest vincere aliquã temptationẽ.

Secũdo. ¶ Jteꝫ idẽ videt esse resistere tẽptationi ꝛ vincere tẽptationem. Sed homo sine gratia gratuz faciente quãdoqꝫ potest resistere tẽptationi: qꝛ nõ semp cõsentit temptationi cuicũqꝫ: ergo sine gr̃a gratuz faciente potest homo aliquam temptationem vincere.

¶ Jtem

Tertio. ¶ Item per continentiaʒ vincitur temptatio de incontinentia. Sed sine grã gratuʒ faciente cõtinentia potest haberi: ergo sine grã gratum faciente aliqua tẽptatio ab homine potest vinci.

In opp^m **Contra** apostolus .i. Cor. 15. Deo gratias qui dedit nobis victoriaʒ per Jesum christuʒ dominuʒ nostrũ: ergo videtur ꝙ sine gratia iesu christi nõ possumus esse victores.

Secũdo. ¶ Item Gloß. super illud ps. Immissiones per angelos malos: in malis potest diabolus vt in suo pecore nisi ꝓhibeatur cũ maiori .s. deo: ergo vi ꝙ peccator nulli diabolice tẽptationi põt resistere.

Ad qõnẽ ꝫ mẽteʒ ꝓpriaʒ. **Respõdeo** ꝙ quãuis homo sine gratia gratum faciente: possit temptatiõi resistere: nullam tamẽ sine illa gratia potest vincere. Resistere eniʒ tẽptationi est ei nõ consentire: illum enim temptatio non deijcit qui temptationi nõ consentit.

Quid vincere temptatiõeʒ. Sed vincere temptationem est eam superare assequendo contrariuʒ eius ad quod temptat o inclinabat. Inclinabat autẽ temptatio ad hoc vt homo offendendo deum separaretur ab ipso ꝛ regno priuaretur eterno: tũc ergo temptatio ab homine separatur: cuʒ ita virtuose temptationi resistit: ꝙ per hoc efficitur deo gratior ꝛ eterno regno dignior: ꝙ sine gratia gratum faciente esse non potest.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum dicẽduʒ ꝙ qui sine gratia gratum faciẽte se morti exponit: nõ propter hoc est victor sui: quia per hoc nõ meretur coronam. Et sicut dicit Maximus in quodam sermone de vno martyre corona victoribus datur.

Ad 2^m Ad 3^m ¶ Ad secundũ soluendũ est per interemptionẽ maioris. ¶ Ad tertiuʒ dicenduʒ ꝙ nunꝙ per continentiaʒ informẽ vincitur temptatio de incontinẽtia: quãuis per talem continentiam homo illi temptationi resistere possit. ¶ Argumenta ad partem aliaʒ procedunt ꝛ concludũt de victoria proprie dicta. ¶ Secunduʒ tamen nimis concludit quia concludit ꝙ homo sine gratia gratuʒ faciente nulli temptationi possit resistere: quod falsum est: nõ enim dicitur diabolus habere potestatem in peccatore: sicut in suo pecore: ita vt peccator in nullo sibi resistere possit: sʒ quãdiu est in peccato mortali est in seruitute diaboli: et cõparatus est iumentis insipientibus ꝛ silis fact^9 est illis.

Circa litteram illam gratiã dei sine q̃ nihil boni facere possumus nõ esse dicunt nihil in libero arbitrio: idest nihil aliud dicũt eam esse q̃ ipsum liberum arbitrium: ꝛ hoc est erroneum ꝛ hereticum:

Dub^m nihil tam in potestate est q̃ ipsa voluntas. ¶ Contra facili^9 potest homo se in corpore hũiliare q̃ in corde.

Rñ^o. ¶ Respõdeo ꝙ quãuis voluntas facilius imperet ꝛ moueat membra q̃ sensituum appetitũ: tamen nõ facilius mouet ea q̃ se ipsam electiue. Unde si humiliat se in motu exteriori ꝛ nõ interiori: hoc nõ est: quia difficilius sit sibi humiliare se interius q̃ exterius nisi ratione sensitiui appetitus: dicamus nos semper indigere dei auxilio: non tantum ad hoc ꝙ det nobis gratiam gratum facientem: Sed etiam vt iam gratia gratum facientem informatos moueat ad recte agendum: non tantum modo motione generali sed speciali. Quamuis enim deus infundendo gratiaʒ gratum facientem animam sanet: ꝛ eleuet ad operandum opera meritoria vite eterne: que excedunt facultatem nature: tamen quia remanet corruptio ꝛ infectio in viribus inferioribus ꝛ in intellectu quedaʒ obscuritas ignorantie: adhuc indiget anima ad recte agendum ꝛ vsq3 in finem perseuerandum: moueri a deo: nõ tantũ illa motione generali: sine qua nulla creatura posset aliquid agere: sed etiam quadaʒ motione speciali: nõ tamen indiget vt aliquod aliud habituale donum vltra gratiam ꝛ habitus qui cum ea infunduntur conferatur sibi ad recte agendum.

¶ Utruʒ hõ ante peccatuʒ eguerit gratia operãte ꝛ cooperãte. Distin. XXIX. Dist. 29.

Post hec consideranduʒ est vtrum homo ante peccatum eguerit gratia operante ꝛ cooperante? Ad quod breuiter dicimus: quia non cooperante tantum: sed etiaʒ operante gratia indigebat: non quideʒ ꝫ omneʒ operandi moduʒ operantis gratie. Operatur eniʒ liberando ꝛ preparãdo voluntateʒ hominis ad bonuʒ. Egebat itaq3 homo ea: non vt liberaret voluntatem suam: que peccati serua non fuerat: sed vt prepararet ad volenduʒ efficaciter bonuʒ quod per se nõ poterat. Non eniʒ poterat bonuʒ mereri sine gratia: vt Aug. in ench. euidẽter tradit. Illã inqt immortalitateʒ in qua poterat non mori natura humana perdidit per liberum arbitrium. Augu. in Ench. Hanc vero in qua nõ poterat mori acceptura est per gratiaʒ: quaʒ fuerat si non peccasset acceptura per merituʒ quis sine gratia. Nec tũc vllũ merituʒ esse potuisset: quia ꝛ si ipsum peccatuʒ in solo erat arbitrio constitutum: non tamen iustitie habende vel retinende sufficiebat liberuʒ arbitriuʒ nisi diuinuʒ preberetur adiutorium. Ecce his verbis satis ostenditur ꝙ ante peccatuʒ homo indigebat gratia operante ꝛ cooperante. Non eniʒ habebat quo pedem mouere posset sine gratie operantis ꝛ cooperãtis auxilio: habuit tamen quo poterat stare.

¶ Q homo ante lapsum virtutes habuerit.

Preterea queri solet vtrũ homo ãte lapsuʒ virtutem habuerit? Quibusdaʒ videtur ꝙ nõ habuerit: id ita probare conantibus. Iustitiaʒ inquiunt non habuit: quia preceptum dei contempsit: nec prudentiã: quia sibi non prouidit: neq3 temperantiam: quia aliena appetijt: nec fortitudineʒ: quia praue suggestioni cessit. Quibus respondentes dicimus euʒ quideʒ nõ tũc habuisse has virtutes quando peccauit: sed ante: ꝛ tunc amisisse. Quod multis sanctorum testimonijs comprobatur: ait eniʒ Aug. in quadam Homelia. Adam perdita charitate malus inuentus est. Iteʒ. Princeps vitioruʒ deuicit adam de limo terre ad imaginem dei factuʒ pudicitia armatuʒ: temperantia compositum: charitate splendiduʒ primos parentes illis donis ac tantis bonis expoliauit: pariterq3 peremit. Testimonijs scõꝝ affirmãt hoieʒ p^m habuisse ṽtutes. De hoc eodem. Ambro. ad Sabinũ ait. Ambro. Quando adam solus erat non est preuaricatus: quia eius mens deo adherebat. Sup ps. quoq3 dicit. Q homo ante peccatum beatissimus auram carpebat ethercam. Sed quomodo sine virtute beatissimus erat? Aug. quoq3 super Genes. Dicit adam ante peccatum spi- Aug. sup Gen.

ritali mente preditūȝ fuisse. Non est ergo dubitandūȝ homineȝ ante peccatum virtutibus fulsisse: sed illis per peccatū expoliatū fuisse.

¶ De eiectione hominis de paradiso.

In illius quoqȝ peccati penā eiectꝰ est de paradiso in istum miseriarum locum: sicut in Gene. legitur. Nunc ergo ne forte mittat manūȝ suaȝ ⁊ sumat de ligno vite ⁊ comedat ⁊ viuat in eternūȝ: emisit eūȝ deus de paradiso voluptatis. His verbis insinuari videtur ꝙ nūq̄ moreretur: si postea de illo ligno sumpsisset.

¶ Quomodo intelligēdūȝ sit illud ne sumat de ligno vite ⁊ comedat ⁊ viuat in eternūȝ.

Sed quia per peccatūȝ iaȝ mortuum corpus habebat: illa verba ex tali itellectu accipi possūt. Deus modo irati loquens de homine superbo ait. Uidete ne forte mittat manūȝ suaȝ ⁊c̄. idest cauete vos angeli ne comedat de ligno vite quo indignus est: de quo si perstitisset comederet ⁊ viueret in eternūȝ. Sed modo ꝓpter inobedientiam indignus est comedere. Et sicut verbo dixit ita opere exhibuit. Emisit enīȝ eūȝ deus de paradiso voluptatis in locum sibi congruum: sicut plerūq̄ malus cum inter bonos viuere ceperit: si in melius mutari noluerit: de bonorūȝ congregatione pellitur pondere praue consuetudinis pressus.

¶ De flāmeo gladio ante paradisūȝ posito.

Ne vero ad illud posset accedere: collocauit deus ante paradisum cherubin ⁊ flammeum gladium atq̄ versatilem ad custodiendaȝ viaȝ ligni vite. Quod iuxta litteraȝ potest hoc modo accipi. Quia per ministeriūȝ angelorum ignea custodia ibi constituta fuit. Hoc enīȝ per celestes potestates in paradiso visibiliter factūȝ esse credendūȝ est: vt per angelicum ministeriūȝ ibi esset quedam ignea custodia: non tamē frustra: sed quia aliquid significat de paradiso spirituali. Cherubin enīȝ interpretatur plenitudo scientie: hec est charitas: quia plenitudo legis est dilectio. Gladius auteȝ flāmeꝰ pene temporales sunt: que versatiles sūt: quia tempora volubilia sunt. Illa ergo ad custodiā ligni vite ideo posita sunt ante paradisum: q2 ad vitaȝ non reditur nisi per cherubin: sciļȝ plenitudinem scientie: idest charitatem: ⁊ per gladium versatilem: idest tolerantiam passionum temporalium.

¶ An hō ante peccatū comederit de ligno vite.

Potest autem queri vtrum de ligno vite ante peccatūȝ comederit homo. De hoc Augu. in lib. de baptismo. par. sic ait. Recte profecto intelliguntur primi homines ante malignaȝ diaboli persuasioneȝ abstinuisse a cibo vetito: atq̄ vsi fuisse cōcessis. His verbis ostenditur ꝙ de ligno vite ante peccatūȝ sumpserint: quibꝰ preceptūȝ erat: vt de omni ligno paradisi comederent: nisi de ligno scientie boni ⁊ mali.

¶ Quare non sunt facti immortales si comederunt de ligno vite.

Quare ergo perpetua soliditate ⁊ beata immortalitate vestiti non sunt: vt nulla infirmitate vel etate in deterius mutarentur? Hanc enim virtuteȝ naturaliter illud lignum habuisse dicitur. Sȝ forte hoc non conferebat: nisi sepe de illo sumeretur. Potuit ergo fieri vt de illo sumeret semel ⁊ non sepius: qui per aliquaȝ moraȝ in paradiso fuisse intelligitur: cūȝ scriptura dicat eū ibi soporatū fuisse quādo costa de latere eiꝰ asssūpta est: ⁊ inde formata mulier: ⁊ aīalia aū eū ducta: q̄bꝰ nōia iposuit. Dist. XXIX. Dis.29.

Post hec considerandūȝ est ⁊c̄. Superius determinauit Magister de insufficientia liberi arbitrij sine gratia in omnibus generaliter. ¶ Hic determinat de illa insufficientia in primis parētibus specialiter. ¶ Et diuiditur pars ista in duas. ¶ Primo determiat de gratia quā primi parentes in statu innocentie habuerunt. ¶ Secundo de pena peccati per quod illam graȝ amiserunt ibi. [In illius quoqȝ peccati penā.] Prima in duas. ¶ Primo ostēdit magister qua gratia indiguerūt. ¶ Secundo quā gratiam habuerunt. ibi. [Preterea queri solet.] ¶ Tunc sequitur illa pars que ibi incipit. [In illius quoqȝ.] Et diuidit in ptes duas. ¶ Primo ostendit quomodo de paradiso eiecti fuerunt. ¶ Secūdo querit vtrum ante expulsionem de ligno vite comederunt. ibi. [Potest autem queri.] Prima in duas. ¶ Primo ostendit qualiter de paradiso eiecti sunt. ¶ Secūdo determiat de custodia posita aū padisū. ibi. [Ne vo possȝ.] A.i.lignit

Circa hāc dist. querendūȝ est de tribꝰ pricipaliter. ¶ Primo de gratia quā habuerunt primi parētes in statu innocentie. ¶ Secundo de magnitudine illius gratie. ¶ Tertio de pena quā cōsecuti sunt propter demeritūȝ sue culpe. ¶ Circa primum queruntur duo. ¶ Primo vtrūȝ primi parentes ante peccatum habuerunt gratiam. ¶ Secundo vtrum gratia ⁊ gloria idem sint per essentiaȝ. Questio. I. Qō.1.

Primo ostendo ꝙ primi parentes ante peccatum nō habuerunt grām. Ar.pᵒ
Magister supra dist. 24. dicit de primo homine ꝙ nō poterat proficere intentūȝ vt p gratiam creationis sine alia mereri salutem valeret. Sȝ per gratiam gratūȝ facientem homo potest mereri salutē sine alia gratia: ergo videtur ꝙ ante peccatum eaȝ nō habuit. ¶ Item iustitiā originaleȝ quā per peccatū amisit nūq̄ recuperauit: ergo a simili si gratiam gratūȝ facienteȝ per peccatūȝ amisisset: nūq̄ post peccatū eā recuperassȝ. Secūdo.
¶ Item sicut supra ostensum est lucifer gratiaȝ gratum facientem nō habuit: ergo si homo eam ante peccatū habuisset casus eius fuisset grauior q̄ casus luciferi: quod falsum est: vt superius est ostensum. ¶ Iteȝ nō indiguit gratia operante: quia illa sanat liberūȝ arbitrium: ⁊ ante peccatūȝ liberūȝ arbitriūȝ hominis erat sanum nec gratia cooperante Tertio. Quarto.

tis cooperante: quia illa adiuuat liberum arbitriuz infirmuz ad bene operandum. Sed nulla infirmitas erat in libero arbitrio hominis ante peccatuz: ergo nõ indiguit nec gratia operãte nec cooperãte: ergo videtur q̃ eã nõ habuit: q2 nõ habuit illud quo nõ indiguit.

In opp^m **Contra.** Eccl. 17. dicitur de p° hoie q̃ de^s vestiuit euz virtute: s3 nõ est plena virt^s sine gr̃a

Secũdo. gratuz faciẽte: ergo vr̃ q̃ de^s vestiuit illũ gr̃a gratũ faciẽte. ¶ Itẽ Glo. sup illud Luc. 10. hõ quidã descendebat rc. vult q̃ primus homo fuit spoliat^s gratuitis r vulneratus in nãlib^s. Sed nõ potuit spoliari eo q̃ ante nõ hũit.

Ad qõnẽ s3 mẽtez ppriã. **Respondeo** q̃ sicut supra dictuz fuit de angelo q̃ non fuit creatus in gratia gratum faciente: sed in primo motu sui liberi arbitrij se ad illam disposuit: r illaz a deo recepit: sic primi parentes gratiam gratuz facientez nõ habuerunt: quousq3 per motũ sui liberi ar. se ad illã disposuerũt: r quia h̃ fuit añ q̃3 peccarent: ideo concedo q̃ primi parentes gratiã gratum facientem habuerunt ante peccatuz. Sed in illa nõ fuerunt cõfirmati: sicut angeli qui in prima deliberatiua sui conuersione ad deũ confirmati sunt.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum dõm q̃ nõ plus cõcludit: nisi quia anime primoruz parentuz non fuerunt create in gratia gratuz faciente: r

Ad 2^m hoc est verũ: sed ex hoc non sequitur quin eã habuerint ante peccatuz. ¶ Ad scdm dõm q̃ nõ est simile de recuperatione gratie gratuz facientis r iustitie originalis: q2 gratia gratuz faciens datur nature pro psona vel ipsi psone pro semetipsa: r ideo decens fuit r diuine liberalitati cõsonuz vt per actum personalẽ qui est penitere recuperetur: sed iustitia originalis fuit data persone p tota natura: vñ si primi parẽtes nõ peccassent eaz trãsfudissent ad posteros dispositiue inquantuz transfudissent carnez mundã: q̃muis eoz posteri: sicut r parentes eã a solo deo effectiue recepissent ab instanti creationis anime: r ideo nõ ita fuit rationabile: vt per actũ personalem qui est pe-

Ad 3^m nitere recuperetur: sicut gratia gratũ faciens. ¶ Ad tertium dõm q̃ q̃muis lucifer nũq̃3 habuerit gratiam gra-

Grauior casus luciferi q̃3 hois. tum facientez: quia tamẽ habuit perfectiorez naturã q̃3 homo nec fuit temptatus: sicut homo r intẽsius superbiuit: ideo omnibus pensatis casus eius grauior fuit q̃3 casus hominis. ¶ Ad quartum dõm q̃ primi parentes

Ad 4^m indigebant r gratia operante r cooperante nõ ad habẽduz suam operationẽ naturalẽ: sed ad habendũ suã perfectionem supernaturalẽ ad quã erant ordinati: sicut ad supernaturalẽ finem: r in ipsis gratia operãs potuit habere suuz effectũ per se: qui est subiectũ informare r gratum deo reddere: q̃muis in ipsis ante peccatuz nõ potuit habere suũ effectũ per accidens qui est subiectuz sanare. Sicut vides q̃ ex nõ albo per albedinem fit album per se: r quia nõ albo accidit q̃ sit nigrũ vel rubeuz quãdoq3 per accidens ex rubeo fit albuz per albedinẽ: similr̃ in eis potuit esse effectus per se gratie cooperãtis qui est liberuz arbitriũ eleuare ad opera meritoria excedentia facultatem nature q̃muis nõ potuerit in eis esse ante peccatum ille effectus per accidens gratie cooperãtis qui est alleuiare difficultatẽ liberi arbitrij in bene operando: q̃ difficultas est in libero arbitrio orta per peccatũ. ¶ Argumenta ad partez aliã nõ ostendunt q̃ anime primorũ parentuz create fuerunt in gratia gratum faciente. Sed bene ostendunt q̃ primi parentes eam habuerunt ante peccatuz: r hoc est veruz.

Qõ. II. Questio. II.

Ar. p° **SEcundo** queritur vtrũ gratia r gloria idem sint per essentiam. Et videtur q̃ sic. Augu. in ante penulti. q. ad Orosiũ. ad h̃ profecto peruenerat Paulus: vt deuz sic in ista vita videret: sicut sancti: post hanc vitam videbunt. S3 Paulus nõ vidit eũ nisi per gratiam vie: quia tũc cõprehẽsor nõ erat: sed videre deuz est actus glorie: ergo idez actus est gratie r glorie: ergo idem sunt

gratia r gloria. ¶ Itẽ sicut se habet charitas vie ad charitatez patrie: ita gratia ad gloriã: sed charitas vie r cha- Secũdo.

ritas patrie nõ differunt nisi s̃m perfectuz r imperfectũ ergo gratia r gloria nõ differunt: nisi sicut perfectũ r imperfectuz: vt videtur. ¶ Item per gratiam acceptatur Tertio.

anima a deo imperfecte per gloriã perfecte: sed acceptatio perfecta r imperfecta nõ sunt res per essentiam differentes: ergo nec gratia r gloria. ¶ Itez gratia est supna- Quarto.

turalis vita anime r gloria silr̃: s3 in anima nõ sunt due vite supernaturales: sicut nec due vite naturales: ergo idem est gratia r gloria.

Contra nõ est idem finis: r id qd est ad finem: sed In opp^m A. I. illud

gloria est finis gratie: ergo nõ est idez gra- Secũdo.

tia r gloria. ¶ Item non est idez meritum r premium. Sed gloria est premiuz r gratia radix est meriti: ergo nõ est idem gratia r gloria.

Respõdeo q̃ gloria quadrupliciter potest accipi. ¶ Uno modo pro obiecto ipsius Ad qõnẽ s3 mentẽ ppriã.

glorie: r sic deus est gloria nostra qd testatur psalmista di- Gl'ia 4^r

cens. Tu autem domine susceptor meus es gloria mea. acciptr̃.

¶ Secundo modo pro actu ipsius glorie: r sic comprehendit perfectaz visionẽ r dilectionẽ ipsius dei: q̃ testatur psalmista dicẽs. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomẽ tuuz. ¶ Tertio modo potest accipi pro gaudio q̃ inseparabiliter cõcomitatur actum glorie: de quo potest exponi illud verbuz ad Rom. 8. Ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis in libertatẽ glorie filiorũ dei. q. d. creatura liberabit a seruitute penalitatis q̃ erit in gaudio qd habebũt filij dei. ¶ Quarto mõ põt accipi gloria pro habitu: cuius est actus ipsa actualis cõiunctio creature rationalis vel intellectualis cũ deo per claraz visionẽ r perfectam dilectionez: r sic loquitur de gloria apls ad Colo. 3. dicẽs. Cuz xp̃us apparuerit vita vestra tunc r vos apparebitis cũ ipso in gloria. i. ornati habitu glorie. Et de gloria hoc modo dicta intelligitur presens questio. Et sic dõm q̃ gratia r gloria se habẽt aliquo modo: sicut pars r totũ: q2 gloria de sua essentia cõprehendit habituz gratie perfecte: h̃ est charitatez perfectam s̃m illos qui dicunt q̃ idez est gratia gratũ faciens r charitas. Et h̃ pars glorie est in affectu qua eleuat affectus ad deũ cõsumate diligendũ: cõprehendit etiaz gloria aliuz habitũ in intellectu quo eleuatur intellectus ad deuz clare videndũ. Et sic p3 q̃ s̃m dicentes gr̃a gratũ facientẽ esse idẽ realiter cũ charitate: gloria cõprehendit habituz gratie: r aliuz etiã habitũ: r ideo sicut pars r totuz nec penitus sunt idez: nec penit^s diuersa: sic dico q̃ gratia r gloria nec penitus sunt idẽ per essentiã nec penitus differũt per essentiaz. ¶ Secunduz etiã dicentes gratiã r charitatez s̃m rem absolutaz differre r gratiam r gloriã primo esse in essentia ipsius anime: op3 dicere q̃ gratia vie r gloria se habeant sicut pars r totuz: quia sic gloria est gratia consumata: r gratia imperfecta se habet ad gratiaz cõsumataz vt pars ad totum: q2 augmentatio gratie est per additionez noue gratie ex qua r prima fit per essentiaz actu vnũ perfectius primo.

Ad primuz dicenduz q̃ q̃muis Paulus in hac Ad p^m

vita deum nõ viderit per habituz glorie: vidit tamẽ euz per quoddã lumen priuilegiatum infusuz intellectui suo nõ per modũ habitus manẽtis: sed passionis transeuntis: vnde in hac vita nõ vidit deũ nisi raptim r trãsitorie. ¶ Ad scdm dõm q̃ alio modo Ad 2^m

se habet gratia ad gloriaz q̃3 charitas vie ad charitatem patrie: s̃m dicentes gratiaz r charitatẽ nõ s̃m rem absolutam differre: quia sic gloria comprehẽdit cuz ipsa gratia perfecta quoddã lumẽ habituale in itellectu quo eleuatur ad deum videndum. ¶ Potest etiã dici aliter ad

argumentũ q charitas vie ⁊ charitas patrie se habẽt sicut pars ⁊ totũ:eo q charitas augetur per infusionem noue charitatis ex qua ⁊ prima fit actu vnum completiuo primo.

Ad 3^m

¶ Ex dictis patet solutio ad tertiũ.

Ad 4^m

¶ Ad quartũ cũ dicitur q in anima nõ sunt due supernaturales vite ⁊c. Dico q verũ est:nec ego dico q gratia ⁊ gloria sint due vite q̃uis se habeant sicut pars ⁊ totum. Si enim sub gloria cõprehenduntur duo habitus.s.charitas in affectu ⁊ habituale lumẽ in intellectu:gloria maxime est vita anime ratione charitatis cõsumate in affectu:q̃uis ad perfectionem vite cõcurrant duo predicti habitus. Argumentũ autem bene concludit q gratia ⁊ gloria non sunt due vite quarũ vna non comprehendatur in alterius essentia.

Ad p^m in opp^m

Ad primũ q arguebatur ad partẽ aliã dõm q nõ est inconueniẽs q finis sub fine supremo se habeat ad illud qd est ad finem sicut totum ad partẽ. Sic enim charitas patrie finis est charitatis vie:comprehendens ipsam ⁊ amplius:ita tamẽ q inter charitatẽ vie:⁊ illud quod superaddit charitas patrie nulla distinctio est in actu.

Ad 2^m

¶ Ad scdm dõ q q̃uis nõ sit idem meritũ ⁊ premiũ:tamẽ penitus diuersa non sunt accipiẽdo meritũ pro radice merẽdi que est gratia vie:sic enim premium comprehendit id quod est meritum ⁊ amplius:q̃uis non sub rõne qua meritum.

Consequẽter queritur de secundo principali. Et circa hoc querũtur duo. ¶ Primo vtrum in statu innocentie abũdantius fuisset data gratia hominibus q̃ in statu miserie. ¶ Secundo vtrum opera procedentia ex libero arbitrio per gratiam essent eque meritoria sicut modo. Qõ. I.

Qõ.1.

Ar.p^o

Primo ostendo q in statu innocentie abũdantius fuisset data gratia hoĩbus q̃ in statu miserie:sm Aug.6.super Geñ.parũ vltra medium:gratia se habet ad animã:sicut lumen ad aerem: Sed quanto aer est purior tanto recipit lumen abundãtius:ergo similiter quãto anima est purior tanto recipit lumen abundantius. Sed certũ est q in statu innocentie erat natura humana purior q̃ in statu miserie:nõ enĩ tunc fuissent imunde passiones:sicut modo:ergo videt q in statu innocentie data fuisset gratia abundantius q̃ modo.

Secũdo.

¶ Item Damas.lib.2.capi.xi.dicit q deus fecit hoĩẽ inocẽtẽ ⁊ rectũ virtuosum omni v̄tute decoratũ. oĩbus bonis ornatũ:ergo videtur similiter q tales fuissent posteri sui si in innocentia permansisset. Cum ergo in statu miserie pauci inueniantur decorati omni virtute:videtur q gratia ⁊ virtutes magis abũdassent in statu innocentie q̃ in statu miserie.

In opp^m

Contra fortitudo consistit in bene se habendo circa terribilia. Cum ergo terribilia in statu innocẽtie nõ fuissent videtur q ibi virtus fortitudinis defuisset. Sed in h statu nulla virtus deest.

Secũdo.

¶ Itẽ grã datur in adiutoriũ nature:sz natura indiget maiori adiutorio in statu miserie q̃ in statu innocẽtie:g vr q mõ sibi datur abũdantius gratia q̃ data fuisset in statu alio.

Ad qõnẽ sm mẽtẽ aliorum. p^a opi.

Respondeo q aliquibus personis in statu innocentie fuisset data gratia abundantius q̃ aliquibus existentibus in statu miserie: ⁊ aliquibus existentibus in statu miserie data est abundãtius. q̃ data fuisset aliquibus in statu innocentie ⁊ forte in statu innocẽtie data fuisset aliquibus gratia equalis gratie aliquorũ in statu miserie. Sed quantũ est de cõmuni statu simpliciter magis abundasset gratia extẽsiue in statu innocentie sm proportionẽ numeri hominũ qui fuissent in statu illo ad numerũ hominũ pro statu miserie: quia tunc omnes in statu illo gratiã habuissent:abũdasset ẽt magis intensiue:vt aliquibus videtur. Cuius ratio est: quia cõiter ⁊ vt in pluribꝰ homines se disposuissent pfectius ad recipiendũ gratiam q̃ modo pp̃ter multa in statu isto impedientia predictã dispositionẽ que in statu inocẽtie nõ fuissent:⁊ dispositis perfectius dat deus de lege cõi suã gratiã abundantius. Et ex hoc patz quare in statu isto quedã determinate persone gratiã abundantius habuerũt q̃ habuissent alique persone determinate in statu illo ⁊ econuerso:vt dictum est.

2^a.opi.

¶ Alijs videt q loquendo de cõi statu:deus dat gratiam abundãtius hominibꝰ in statu miserie in noua lege:q̃ dedisset in statu innocẽtie: Tum quia homo maiori indiget adiutorio gratie: Tum quia decet deũ de malo maius bonum elicere: Et ratione meriti passionis christi:ã explere: Et ratione sacrorũ noue legis in quibus pfertur abundãtia grẽ.

Sustẽtãs scdaz opinionez id dĩ ad p^m

Qui vult secundã opinionẽ sustinere potest dicere ad primũ in oppositũ q̃uis natura humana non sit ita pura propter immundas passiones:sicut erat in statu innocentie:tamen bene certando contra passiones fit in anima intellectiua dispositio efficacior q̃ si passiones nõ insurrexissent:ita vt pugnare non oporteret:dum tamẽ ex voluntatis malitia non insurgant. ¶ Uel potest dici q nõ est simile omnino de aere respectu luminis ⁊ mente respectu gratie: quia sol est naturaliter lumen infundens ⁊ aer natura recipiens Sed deus est voluntarie gratiã infundens:⁊ anima in habentibus vsum liberi arbitrij recipiens.

Ad 2^m

¶ Ad scdm potest dici q quicũq̃ habet gratiã gratum facientẽ habet omnes virtutes:quia omnes in gratia cõnectuntur vt in lib.3.ostendetur:⁊ ideo dicendo q in statu innocẽtie homines fuissent omni virtute decorati: nõ preteriũtur illis qui habent gratiã in statu miserie quantũ ad abundantiam gratie gratum facientis.

Sustẽtãs p^am opionem id dĩ ad p^m in opp^m

Qui vult opinionẽ primã tenere:potest dicere ad primũ in oppositũ q q̃uis in statu innocẽtie nõ fuissent terribilia:tamẽ ibi fuisset virtus fortitudinis:q̃uis nõ habuisset actum habentẽ imperfectionẽ annexã. Unde actus fortitudinis nõ fuisset moderare passionẽ timoris:sed tam firmiter animã tenere:vt timorem posset nõ pati.

Ad 2^m

¶ Ad scdm dõm q nõ tantum pensatur indigentia nature ad h vt abundantia gratie pferatur q̃ suscipientis dispositio que maior fuisset in statu innocẽtie. Questio. II.

Qõ.2^a

Ar.p^o

Secundo queritur vtrũ opera procedentia ex libero arbitrio per gratiã:essent eq̃ meritoria:sicut modo supposita equali gratia. Et videtur q sic:quia quãto voluntas promptius operatur tanto ceteris paribꝰ magis meritorius est actus: sz si homines remãsissent in statu innocentie volũtas promptius moueretur ad bonũ q̃ modo:ergo actus eiꝰ magis fuisset meritorius q̃ modo supposita equalitate grẽ.

Secũdo.

¶ Item quãto bonus actus est purior tanto magis est meritorius:sed tunc bonus actus voluntatis fuisset purior q̃ modo:ergo magis meritorius.

Tertio.

¶ Item facilitas que est in actu ex parte operãtis ceteris paribus reddit actũ magis meritoriũ:qd patet:quia quãto quis magis est habilitatus ad bene agendum tanto facilius agit ⁊ perfectius. Sed in statu innocẽtie fuisset in bono actu maior facilitas ex parte operantis q̃ modo:ergo fuisset magis meritorius.

In opp^m

Contra virtus est circa bonum ⁊ difficile:sed modo est maior difficultas in bene operando q̃ fuisset in statu innocẽtie:ergo bonus actus modo est virtuosior:⁊ ex cõsequẽti magis meritorius q̃ fuisset in statu innocentie.

Secũdo. Cap.1.

¶ Itẽ contrariũ fortificatur ad p̃sentiam sui cõtrarij. Unde sm pħm.2.metheororũ.aque calida exposita locis frigidis velocior ẽ ad suã frigiditatẽ:

ergo

ergo a simili videtur ꝙ bonus motus volūtatis fortior efficitur ad presentiam cōtrarie inclinationis: sed modo est inclinatio ad maluz: que nō erat in statu innocentie: ergo modo bonus voluntatis motus est fortior: et ex cōsequēti magis meritorius ꝙ̄ fuisset in statu inocētie.

Ad qōnē ꝫ mētez aliorum. 1ª opio.

Ad hāc questionez dicūt quidā ꝙ act⁹ procedens ex libero arbitrio per gratiā fuisset magis meritorius in statu innocentie ꝙ̄ modo supposita equalitate gratie comparādo statum ad statū. Cuius ratio est: quia in illo statu bonus actus fuisset intensior ꝙ̄ modo: eo ꝙ tunc voluntas nullaz inclinans ad cōtrariuz habuisset: sicut modo: et si proponantur duo actus in omnibus pares excepta intēsione et remissione: ille est melior qui est intensior: et magis meritorius: loquēdo de intensione que est ex conatu deliberatiue volūtatis nō de illa que est ex adiutorio passionis.

2ª opio.

¶ Alijs videtur cōtrarium: quia quanto voluntas magis conatur in bene agendo tanto ceteris parib⁹ actus est magis meritori⁹: sed modo voluntas magis conatur: quia quāto est maior ꝓnitas ad maluz tanto reqritur conatus fortior ad bene agendum.

Sustētat scdaz opinionē iō ad 1ᵐ

Qui vult tenere hanc opinionē potest dicere ad primū in oppositum ꝙ ꝗuis voluntas in statu innocentie ꝓmptius moueretur ad bonū ꝙ̄ modo: nō tamē sequitur ex hoc ꝙ actus eius omnibus pensatis melior esset: quia cetera nō sunt paria ꝓpter difficultatem que est in bene agendo modo que tunc non erat.

Ad 2ᵐ

¶ Ex hoc patet quomodo solui debeat secunduz.

Ad 3ᵐ

¶ Ad tertiuz cum dicitur. ꝙ facilitas que est in actu ex parte operātis ceteris parib⁹ reddit actuz magis meritoriuz etc̄. Dico ꝙ verū est de facilitate acta ab ipso operāte per exercitiuz boni operis: nō est autem verum de facilitate que est ratione nature: facilius enim cōtinet melācholicus ꝙ̄ sanguineus: nec tamē propter hoc sua cōtinētia est magis meritoria: eo ꝙ illa facilitas ex parte complexionis prouenit.

Sustētat 1ᵃᵐ opi. iō ad 1ᵐ in oppᵐ.

Qui vult tenere primā opinionem potest dicere ad primuz in oppositum ꝙ duplex est difficultas in bene operādo: Quedam ex parte operis et hoc sp̄ auget merituz: Quedā ex parte operantis: et hoc duplex Quedā cōtracta et hoc auget merituz: Quedā acta et hoc duplex: vna acta sine culpa operātis: et hoc etiā auget meritū Alia acta per culpaz operātis et hoc diminuit meritū. Unde si aliquis resistit temptationi de fornicatione cū difficultate causata in ipso per hoc ꝙ multotiēs fornicatus est nō ꝓpter hoc sua resistētia magis est meritoria ꝙ̄ resistētia tēperati: qui tamē faciliter resistit. Potest ergo dici ꝙ difficultas que est in bene agendo in nobis per peccatum primorū parentū cōtracta: et si ceteris parib⁹ augeat meritum in bene operādo: tamē nō tantuz auget quantum ex alia parte minuit actus remissio: nec quantū augmentasset maior actus intensio que in statu innocētie fuisset.

Ad 2ᵐ

¶ Ad scdm cum di. ꝙ contrariū fortificatur ad presentiaz sui cōtrarij etc̄. Dico ꝙ hoc est intelligendū in naturaliter agentibus nō autē opz hoc esse veruz in agentibus voluntarie: imo vt frequētius bonus motus volūtatis debilitatur per presentiā inclinationis ꝯtrarie.

Consequēter queritur de tertio pricipali. Et circa hoc queruntur duo. ¶ Primo vtrū primi parentes debuerūt de paradiso ꝓpter peccatuz expelli. ¶ Secundo vtrum pro peccato illis debuerit mors infligi.

Qō. 1.

Questio. I.

Ar. 1ᵒ

Primo ostēdo ꝙ primi parētes nō debuerunt de paradiso ꝓpter peccatuz expelli: quia paradisus terrestris est quid tēporale. Iuste autez dat deus bona tēporalia bonis et malis: ergo videtur ꝙ pro peccato nō debuerūt de paradiso expelli.

Secūdo.

¶ Itez post peccatuz quātūcūqz comedissent de ligno vite nō potuissent in vita perpetuari: vt sup⁹ ostēsuz est: ergo nō debuerūt expelli de padiso ad hoc vt eoruz vita nō posset perpetuari. Cum ergo illi⁹ expulsionis alia ratio non reddatur videt̄ simpliciter ꝙ pro peccato nō debuerunt de paradiso expelli.

Tertio.

¶ Item inconueniens videtur ꝙ locū tam nobile et factuz propter hominū habitationē carere habitatorib⁹ suis: ergo incōueniēs fuit primos parētes qui habitabāt ibidez de terrestri paradiso expelli.

Quarto.

¶ Item frustra est res que illi ꝓpter quē facta est nō deseruit. Cuz ergo paradisus terrestris ꝓpter hominē factus fuerit frustra est in mundo si hominibus non deseruit: ergo nullo modo debuerūt primi parētes de illo expelli.

In oppᵐ

Contra angeli ꝓpter peccatū de celo empyreo debuerunt expelli et expulsi sunt: ergo a simili primi parentes de paradiso terrestri.

Secūdo.

¶ Itez deus nō facit aliquid qd̄ nō sit ꝯueniēs fieri. Sed vt habet̄ Gen. 3. Ipse emisit adam de paradiso voluptatis: ergo videt̄ ꝙ cōueniens fuit ipsum expelli.

Ad qōnē ꝫ mentē ꝓpriā.

Respondeo ꝙ primi parentes ꝓpter peccatū de paradiso terrestri debuerūt expelli: hoc enim fuit cōsonum misericordie et equitati. In hoc enim fuit equitati consonū: quia per imunditiaz peccati se indignos taz nobili loco et ameno reddiderūt. In hoc etiā fuit cōsonuz misericordie: quia expulsi de loco delitioso: et existētes in loco laborioso se exules recognouerunt et grauitatē sui peccati plus pōderauerunt et vitā que ab omni labore imunis est fortius optauerunt.

Ad 1ᵐ

Ad primum in oppositum dicēdum ꝙ ꝗuis deus det iuste bona temporalia bonis et malis: ita quādoqz bona tēporalia subtrahit malis ꝓpter peccatuz. Unde maxime illud bonū tēporale qd̄ solum innocentib⁹ fuerat deputatū ꝓpter peccatuz debuit a peccatorib⁹ auferri: tale autē bonuz tēporale est paradisus terrestris.

Ad 2ᵐ

¶ Ad scdm dicēdum ꝙ ꝗuis post peccatum per esum ligni vite primi parētes nō potuissent in vita perpetuari: tamē per hoc vita eoꝝ lōge magis fuisset ꝓlongata ꝙ̄ fuerit: quaz ꝓlongationē significat scriptura Gen. 3. Cuz dicit ne forte mittat manuz suā et sumat de ligno vite: et comedat et viuat in eternum. i. valde diu.

Ad 3ᵐ

¶ Ad tertiū dicēdum ꝙ ille locus omnino nō caret habitatoribus: quia ibi habitāt enoch et helias. Preterea locū carere habitatorib⁹ suis qui loco se reddunt indignos: nullū penitus est incōueniens.

Ad 4ᵐ

¶ Ad quartū dicēdum ꝙ ille locus deseruit homini dupliciter: tum quia vt dictuz est aliqui homines. s. enoch et helias habitant ibi: tum etiā quia hominib⁹ est instructio vt sibi caueāt a peccatis ne ꝓp peccata a celesti regno mereant̄ excludi. Qō. II.

Qō. II.

Ar. 1ᵒ.

Secundo queritur vtrū primis parētibus ꝓ suo peccato debuerit mors infligi. Et videtur ꝙ nō. pro peccato nō debuit homini infligi qd̄ est homini naturale: sed mors est homini naturalis: aliter enim mortale in diffinitiōe hoīs nō poneret̄: ergo videtur ꝙ mors ꝓpter peccatū inflicta nō fuit primis parētibus.

Secūdo.

¶ Itē illud de quo nō est curandū multuz pro taz graui peccato: sicut fuit pctm̄ ꝑmoꝝ parētū infligi nō debuit. Sz ꝫ Aug. 1. de ciui. cap. 12. nō multū curādū est eis qui necessario morituri sunt quid eis accidat vt moriant̄: sed moriendo quo ire cogantur: ergo mors primis parētibus ꝓ peccato suo infligi nō debuit.

Tertio.

¶ Itē Sap. 1. Deus mortez nō fecit: sed qd̄ nō fecit alij nō inflixit: ergo mors primis parētib⁹ a deo nō est inflicta pro peccato.

Quarto.

¶ Itē pena acta nō est inflicta: sed mors primoꝝ parētuz ab ipsis fuit acta: quia per peccatū i semetipsis corruperūt originalē iustitiā: per cuius corruptionē in semetipsis fecerūt moriēdi necitatē: ergo vr̄ ꝙ mors nō fuit eis pena inflicta.

In opp^m Secūdo. **Contra.** Rom̄.6.stipēdia peccati mors:ergo videtur ꝙ mors est pena pro peccato reddita ꝛ debita. ¶ Itē Aug.13.de ciui.cap.15.dicit corporis mortem nō lege nature qua nullā mortez homini deus fecit: sed merito peccati inflictam esse.

Ad q̄ōnē ḃm mētē ꝓpriaȝ. **Respondeo** ꝙ mors primis parētibus a deo inflicta est:ꝛ īfligi debuit: ꝓ ipsorum peccato:nō autē inflixit eaȝ aliquid apponēdo quo mori compellerentur:sed iustitiam originalem in eis nō cōseruando:ꝛ lignum vite eis subtrahendo: ipsam autē originalis iustitie corruptionez ꝛ ligni vite subtractiōez secuta est in primis parentibus:ꝛ in nobis ex cōsequenti necessitas moriendi.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum dōm ꝙ aliquā passionem homini naturalez ꝓpter cōmissum sibi fuisse inflictaȝ:dupliciter potest intelligi. ¶ Uno modo ita ꝙ propter peccatum fuerit sibi data. ¶ Alio modo ita ꝙ causa prohibens illam passionez in esse fuerit ꝓpter peccatuȝ remota seu corrupta. ¶ Primo modo nulla passio homini naturalis fuit sibi ꝓpter peccatum inflicta:nec sic propter peccatū necessitas moriendi sibi debuit infligi:nec inflicta est. ¶ Secūdo modo aliqua passio naturalis homini infligi sibi debuit ꝓpter peccatuȝ:sic enim necessitas moriendi sibi debuit infligi ꝛ inflicta est:qꝛ ꝓpter peccatuȝ deus permisit in homine iustitiā originalez corūpi:ꝛ lignum vite ei subtraxit:que ꝓhibebant homini inesse necessitatez moriendi: quā iustitiā originalē deus in homine semper cōseruasset si nō peccasset:nec intelligendū est ꝙ necessitas moriendi sit de essentia nature humane:qꝛ sic non posset homo fieri imortalis manens homo. Sed quedaȝ passio consequens hominis naturā suis naturalibus relictā. Cui cōcordat pho.4.Top.dicens ꝙ si quis cōcedat ex mortali aliquē fieri imortalez nullus dicet aliā vitā eū sumere:sȝ casum aliquē vel passionē huic eidē generari. ¶ Uel pt dici breuius ad argumentuȝ ꝙ mortale ꝓut indicat necessitatez moriendi nō est homini naturale a natura integra:sed corrupta:ꝛ ꝙ sic est naturale homini debuit pro peccato infligi per modum qui supradictus est in q̄ōne.

Necessitatē moriēdi nō eē de eēntia nāe. Cap.2.

Ad 2^m ¶ Ad scdm dōm ꝙ Aug.nō dicit ꝙ primi parentes nō debuerūt de morte curare:imo multuȝ debuissent eē solliciti cauere ne incurrerent moriendi necessitatē:sed supposita moriendi necessitate que in nobis est nō multum est curāduȝ quādo mors veniat:sed quo post mortez cogamur ire.

Ad 3^m ¶ Ad tertiuȝ dōm ꝙ deus dicitur nō fecisse mortē eo ꝙ naturā humanā sic a prima origine instituit vt posset nō mori:sed per peccatum ꝙ a deo nō est necessitati moriendi subiecta est. Inquantuȝ tamē mors est iusta pena peccati sub hac ratiōe a deo est:ꝛ ab ipso inflicta homini.

Ad 4^m ¶ Ad quartuȝ cum dicitur ꝙ pena acta nō est inflicta ꝛc̄. Dico ꝙ pena acta ab illo in quo ē sub vnā ratione:bene potest esse inflicta ab alio sub ratione alia:vñ dico ꝙ necessitas moriendi ḃm vnuȝ modū a primis parentibus fuit acta ꝛ sȝ aliū fuit a deo inflicta.

Circa litteram nō habebat quo pedē mouē posset. Hoc intelligenduȝ est de pede affectionis ad bonuȝ meritoriū: affectiones enim anime per quandaȝ similitudinem pedes eius dn̄t:quia amore suo anima fertur quocūqȝ fertur:collocauit deus ante paradisum cherubin.

Dub^m ¶ Contra paradisus terrestris loc⁹ est inaccessibilis propter maria ꝛ deserta interiacentia:ergo nō oportuit aliquā custodiam adhiberi.

Rñ^o. ¶ Respondeo illa custodia magis est ibi adhibita ad nostrā instructionem ꝛ aliquam significationez quā ponit magister in lr̄a quā ad humani accessus ꝓhibitionem.

¶ Q̃ per adam peccatum ꝛ pena transijt in posteros. Dist. XXX.



N superioribus insinuatuȝ est licet ex parte:nō eniȝ perfecte sufficimus exponere qualiter primus homo deliquerit:ꝛ quaȝ pro peccato penaȝ subierit:quibus adijciendū est peccatuȝ simul ac penam per euȝ transisse in posteros. Sicut apostolus ostendit inquiēs Sicut per vnum hominē peccatū in hunc mūdū intrauit ita in oēs hoīes mors pertransijt.

¶ Utrū illud peccatū fuerit originale vł actuale.

Hic primo videnduȝ est:quod fuit illud peccatum originale:scilȝ an actuale:ꝛ si de originali intelligatur consequenter quid sit originale peccatū: ꝛ quare dicatur originale:ꝛ quomodo pertransierit vel pertranseat in omnes diligenter inuestigādum est. Quibusdaȝ placuit de peccato actuali ade illud accipere asserentibus hoc apostolum sensisse cum inferius ait. Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi:ita ꝛc̄. Euidenter inquiunt etiaȝ ipso nomine exprimit apostolus peccatum qđ per vnū hominē intrauit in mūduȝ.s.inobediētiam. Inobedientia vō peccatum actuale est. Quidaȝ illō accipiunt de actuali.

¶ Quomodo intrasse in mundum dicunt.

Hoc autez dicunt intrasse in mundum non traductione originis sed similitudine preuaricationis:omnes eīqȝ in illo vno peccasse dicunt:quia omnibus ille vnus peccādi exēplum extitit. Hoc male senserunt quidam heretici qui dicti sunt pelagiani:de quib⁹ Aug. in libro de baptismo paruulorum cōmemorat dicens. Sciendum est inquit hereticos quosdaȝ qui nominati sunt pelagiani dixisse peccatum prime trāsgressionis in alios homines nō propagatione:sed imitatione transisse. Unde etiam in paruulis nolūt credere per baptismū solui originale peccatum:quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt. Sed eis dicitur:quia si apostolus peccatum imitationis non propagationis intelligi voluisset:eius principem nō adam:sed diabolū diceret. De quo in lib. Sapieñ. dicitur. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terraruȝ. Et quia non vult intelligi hoc esse factuȝ propagatione sed imitatione:continuo subiungit scriptura. Imitantur autem euȝ qui sunt ex parte ipsius. Imitātur quidem adam quotquot per inobedientiā transgrediuntur mandatum dei. Sed aliud est quod exempluȝ est voluntate peccantibus: aliud quod origo est cum peccato nascentibus. Non est igitur accipiendum peccatuȝ ade trāsisse in omnes imitationis tantuȝ exemplo:sed propagationis ꝛ originis vitio. Hoc dicunt pelagiani.

¶ Hic

¶ Hic aperit illud esse peccatu3 originale quod transit in posteros.

Et est illud peccatū originale

vt aperte Augu. testatur quod per ada3 transiuit in omnes per eius carnem viciata3 concupiscentialiter generatos.

¶ Quid sit originale peccatu3 hic inquiritur.

Quod diligenter

inuestigandu3 est: qd sit? De hoc enim sancti doctores sub obscuritate locuti sūt atque scholastici doctores varia senserunt. Quida3 enim putant originale peccatum esse reatu3 pene pro peccato primi hominis: idest debitu3 vel obnoxietatem qua obnoxij et addicti sumus pene temporali et eterne pro primi hominis actuali peccato: quia pro illo: vt aiunt: omnibus debetur pena eterna: nisi per gratia3 liberentur. Iuxta horum sententiam oportet dici originale peccatu3 nec culpā esse: nec pena3. Culpa3 non esse ipsi fatentur: pena quoque fm eos esse non potest. Quia si debitu3 pene originale peccatu3 est cu3 debitum pene non sit pena: nec originale peccatum est pena. Quod etiam quida3 eorum admittunt: dicentes in scriptura originale peccatum sepe nominari reatu3: et reatum ibi intelligunt: vt dictu3 est: obnoxietate3 pene: et ea ratione asserunt peccatum originale dici esse in paruulis: quia paruuli pro illo primo peccato rei sunt pene: sicut pro peccato iniqui parentis aliquando exulāt filij fm iustitiam fori.

Quod di dē originali peccato opinio.

¶ Q: originale peccatum est culpa auctoritatibus probat.

Sed quod

originale peccatum culpa sit: pluribus sanctorū testimonijs edocetur. Super Exo. vbi dicitur Primogenitu3 asini mutabis oue. Greg. ait. Omnes in peccatis nati sumus et ex carnis delectatione concepti culpa3 originale3 nobiscu3 traximus: vnde et volūtate nostra peccatis implicamur. Ecce culpa3 originalē dixit nos trahere. Unde constat originale peccatu3 culpa3 esse. Augu. quoque in lib. de natura et gratia de hoc eodē sic ait. Omnes: vt ait apostolus: peccauerunt: vtique vel in seipsis vel in adam: quia sine peccato non fuit: vel quod originaliter contraxerunt vel quod malis moribus addiderūt. Peccatu3 enim primi hominis non solu3 ipsu3: sed omne necauit genus humanu3: quia ex eo damnationē simul et culpa3 suscepimus. Idem super ps. l. Quod de corpore mortuo seminatur cum vinculo peccati: originalis nascitur et mortis. Ideo igitur le in iniquitatibus conceptum dicit Dauid: quia in plurimus trahitur iniquitas ex ada: et vinculum mortis. Nemo enim nascitur: nisi trahens penam: et meritu3 pene. Meritu3 autem pene peccatu3 est. Omnis ergo qui nascitur per carnis concupiscentiam peccatu3 trahit. Peccatu3 itaque originale culpa est: quam omnes concupiscentialiter concepti trahunt. Unde in Eccl. dogmatibus scriptu3 est. Firmissime tene et nullatenus dubites omnem hominem qui per concub. viri et mulieris concipitur cum originali peccato nasci: impietati subditum mortique subiectu3: et ab hoc natura ire nasci filium: a qua nullus liberatur nisi per fidem mediatoris dei et hominis. His et alijs auctoritatibus euidenter ostenditur peccatu3 originale culpa3 esse: et in omnibus concupiscentialiter genitis trahi a parentibus.

Greg.

Augu.

Ī non propter ... formidat.

In ecclesiasticis dogmatibus.

¶ Quid sit quod dicitur peccatum originale: sc3 fomes peccati: idest cōcupiscentia.

Nunc superest

videre qd sit ip3 originale peccatum? Quod cum non sit actuale nō est actus siue motus anime vel corporis. Si enim actus est anime vel corporis: actuale vtique peccatum est. Sed actuale nō est: non est ergo actus vel motus. Quid ergo originale peccatu3 dicitur fomes peccati? scilicet cōcupiscentia vel cōcupiscibilitas: que dicitur lex membrorum: siue languor nature: siue tyrannus que est in membris nostris: siue lex carnis. Unde Augu. in lib. de baptismo paruulorum. Est in nobis concupiscētia que non est permittenda regnare. Sunt et eius desideria que sunt actuales concupiscentie que sunt arma diaboli: que veniunt ex languore nature. Languor autem iste tyrannus est qui mouet mala desideria. Si ergo vis esse victor tyranni atque inermem inimicum inuenire nō obedias concupiscētie male. His verbis ostēditur fomitem peccati esse cōcupiscētiam.

Augu.

¶ Quid nomine cōcupiscentie intelligitur que dicitur fomes peccati.

Nomine autem

concupiscētie nō actum cōcupiscendi: sed vitium primum significauit: cū ea3 dixit legē carnis. Unde idē in tractatu de verbis apli ait. Semper pugna est in corpore mortis huius: quia ipsa cōcupiscētia cū qua nati sumus finiri nō potest quādiu viuimus: quotidie minui potest: finiri nō potest. Que aūt est cōcupiscentia cum qua nati sumus? Uitiū vtique est qd paruulu3 habile3 concupiscere facit: adultu3 etiam cōcupiscente3 reddit. Sicut enim in oculo ceci in nocte vitium cecitatis est si non apparet nec discernitur inter videntē et cecū nisi luce veniente: sic in puero vitium esse non apparet donec etatis puerioris tempus occurrat. Ex

bis datur intelligi quid sit originale peccatuȝ: scilicet vitium concupiscentie quod in omnes cõcupiscẽtialiter natos per adaȝ intrauit eosqꝫ vitiauit. Unde Augu. in lib. de baptismo paruulorũ. Adam preter imitationis exemplũ: occulta etiam tabe carnalis cõcupiscentie sue tabificauit in se omnes de sua stirpe venturos. Unde apostolus recte ait. In quo omnes peccauerunt. Circũspecte ⁊ sine ambiguitate dicit hoc apostolus. Siue enim intelligatur in quo homine siue in quo peccato sanuȝ est. In adaȝ enim omnes peccauerunt vt in materia: non solum eius exemplo vt dicunt pelagiani. Omnes eniȝ ille vnus homo fuerant: idest in eo materialiter erãt. Manifestũ est itaqꝫ omnes in adaȝ peccasse: quasi in massa. Ipse eniȝ per peccatũ corruptus quos genuit: omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur sicut cuncti cõstituti sunt peccatores: ita ⁊ in illo vno peccato quod intrauit in mundum recte omnes dicuntur peccasse: quia sicut ab illo vno homine: sic ab eodeȝ vno peccato imunes esse non possunt nisi ab eius reatu per christi baptismum absoluantur. Alia ergo sunt propria peccata: in quibus tantum peccant quoruȝ peccata sunt. Aliud hoc vnuȝ in quo omnes peccauerunt: idest ex quo omnes peccatores instituti sunt.

¶ Quod sit peccatũ in quo omnes peccauerũt. scilicet originale quod ex inobedientia processit.

Hoc est originale peccatuȝ quo peccatores nascuntur omnes concupiscentialiter geniti: quod ex adã siue eius inobediẽtia emanauit: ⁊ in posteros demigrauit. Unde apostolus consequenter per inobedientiaȝ vnius hominis: multos dicit cõstitutos esse peccatores; que est actuale peccatum. Cuȝ autem dixerit per vnum homineȝ peccatum intrasse in munduȝ: ⁊ in eo omnes peccasse: de originali dictuȝ esse oportet accipi.

¶ Ex quo sensu dictũ est per inobedientiã vnius multi sunt constituti peccatores.

Quod ergo ait per inobedientiaȝ vnius multi constituti sunt peccatores: eo sensu dictũ esse intelligenduȝ est: quia ex inobedientia ade: sciȝ ex peccato actuali ade processit originale peccatuȝ quo omnes peccatores nascuntur vt ⁊ in illo esset: ⁊ in omnes transiret.

¶ Quod peccatũ originale in adã fuit ⁊ in nobis est.

Unde Augu. Juliano heretico nullum peccatuȝ in paruulis esse contendenti respondens: aperte asserit peccatuȝ originale ex voluntate ade processisse: ac per eius inobedientiam in munduȝ intrasse. Querit eniȝ Julianus pro quid peccatum inuenitur in paruulis ita inquiens. Non peccat iste qui nascitur. Non peccat ille qui genuit. Non peccat ille qui cõdidit. Per quas igitur rimas inter tot presidia inocentie peccatuȝ fingis ingressum? Et respondet sancta pagina. Per vnum homineȝ peccatuȝ intrauit in munduȝ: per vnius inobedientiaȝ ait apostolus. Quid querit amplius: quid querit apertius? Item inquit Julianus. Si per homineȝ peccatum intrauit in munduȝ: peccatũ vel ex voluntate est: vel ex natura est. Si ex voluntate est: mala est voluntas que peccatuȝ facit: si auteȝ ex natura est mala est natura. Cui respondeo: ex voluntate peccatum est. Querit forte. Utruȝ originale peccatum ex voluntate sit? Respondeo prorsus ⁊ originale peccatum ex voluntate esse: quia hoc ex voluntate primi hominis seminatuȝ est vt in illo esset: ⁊ in omnes transiret. Qõ Juliani. Rñsio Aug. Qõ Juliani. Rñsio Aug.

¶ Obiectio quorundaȝ contra id quod supra dictum est: omnes in adaȝ fuisse homines.

Ad hoc autem ꝙ diximus in adã fuisse omnes homines: quidaȝ verborum sectatores sic obijciunt dicentes. Non omnis caro que ab adam traducta est: in eo simul existere potuit: quia multo maioris quantitatis est ꝙ̄ fuerit corpus ade. In quo nec tot etiam atomi fuerunt quot ab eo homines descenderunt. Quocirca verum non esse asserunt substantiam vniuscuiusqꝫ in primo fuisse parente.

¶ Respõsio vbi aperitur qualiter fuerũt in adaȝ sm rationem seminalẽ: ⁊ quomodo ex eo descẽderunt: scilicet lege propagationis.

Quibus respõderi põt: ꝙ materialiter atqꝫ causaliter: non formaliter dicitur fuisse in primo homine: omne quod in humanis corporibus naturaliter est: descenditqꝫ a primo parente lege propagationis: ⁊ in se auctuȝ ⁊ multiplicatuȝ est nulla exteriori substãtia in id trãseunte ⁊ ipsuȝ in futuro resurget. Fomentum quideȝ habet a cibis: sed nõ conuertuntur cibi in humanaȝ substantiam: que scilicet per propagationeȝ descendit ab adaȝ. Transmisit enim adaȝ modicuȝ quid de substantia sua in corpora filiorum quando eos procreauit: idest aliquid modicuȝ de massa substantie eius diuisuȝ est: ⁊ inde formatuȝ corpus filij: suiqꝫ multiplicatione sine rei extrinsece adiectione auctũ est. Et de illo ita augmentato aliquid inde separatur: vnde formantur posterorum corpora: ⁊ ita progreditur procreationis ordo lege propagationis vsqꝫ ad fineȝ humani generis. Quõ per propagationẽ descendit.

Jtaqꝫ

Itaq3 diligenter ac perspicue intelligentibus patet omnes ſm corpora in adam fuisse per se minalem rationem: z ex eo descendisse propagationis lege.

¶ Auctoritate z ratione probatur nihil extrinsecum conuerti in humanam substãtiam.

Quod vero nihil extrinsecuz in humani corporis naturam transeat: veritas in euangelio significat dicens. Omne quod intrat in os in ventrem vadit z in secessum emittitur. Qđ etiam ratione ostendi potest hoc modo. Puer qui statim post ortũ moritur in illa statura resurget quam habiturus erat si viueret vsq3 ad etatem triginta annorum nullo vitio corporis ipeditus. Unde ergo illa substantia que adeo parua fuit mortua: in resurrectione taz magna erit nisi sui in se multiplicatione? Unde apparet q etiaz si viueret: nõ aliunde: sed in se augmentaretur illa substãtia. Sicut costa de qua facta est mulier: z sicut panes euangelici. Non inficiamur tamen quin cibi z humores in carnem z sanguinem transeunt. Sed non in veritate humane nature que a primis descẽdit parentibus: que sola in resurrectione erit: reliqua vero caro: in quaz cibi transeunt tanq3 superflua in resurrectõe deponet: que tñ ciboz aliarũq3 rez fomẽtis coalescit. Di. XXX.

Qz cibi i carnẽ trãseũt: sz ñ in illaz q̃ descẽdit ab adam.

Dist.30.



In superioribus zc. Superius determinauit Magister de illius peccati cõmissione quo persona corrupit naturam. Hic determinat de illius corruptionis ad posteros transfusione: qua natura corrupit personam. Et h est agere de peccato originali. ¶ Et diuidit pars ista in partes duas. ¶ Primo determinat de peccato originali. ¶ Secundo quia ex cõcupiscentia que naturaliter est originale peccatum: oriũtur peccata actualia determinat de peccato actuali dist. 34. ibi. [Post predicta.] Prima in quattuor. ¶ Primo determinat de peccati originalis quiditate. ¶ Secũdo de eius transfusione dist. sequenti. ibi. [Nunc superest.] ¶ Tertio de eius remissione dist. 32. ibi. [Quoniam supra dictũ est.] ¶ Quarto de eius multiplicatione z augmento dist. 33. ibi. [Predictis adiciendum.] Prima in duas. ¶ Primo de entitate z quiditate originalis peccati refert opinionem alienam. ¶ Secundo de h determinat ſm opinionẽ propriaz ibi. [Sed qđ originale peccatum.] Prima in duas. ¶ Primo refert opinionez erroneam pelagianoruz z eam improbat. ¶ Secundo refert opinionem falsam quorũdam catholicorum: z eam etiaz improbat. ibi. [De h eniz.] Illa pars que ibi incipit [Sed q originale.] ¶ In qua determiat de peccato originali ſm opinionem ppriã: z diuiditur in partes duas. ¶ Primo ostẽdit q peccatuz originale est culpa. ¶ Secundo q est cõcupiscentia. ibi. [Nunc superest.] Et ista secunda diuiditur in tres. ¶ Primo de quiditate originalis peccati suam ponit opinionẽ. ¶ Secundo sue opinionis explanationem z confirmationem. ibi. [Nomine autem concupiscentie.] ¶ Tertio mouet incidentez dubitationem. ibi. [Ad h autez.] Et ista in tres. ¶ Primo mouet illam dubitationem. ¶ Secundo subiungit dubitationis solutionez. ibi. [Quibus responderi.] ¶ Tertio confirmationẽ solutionis. ibi. [Qđ vero.]

Circa hãc dist. querendum est de tribus principaliter. ¶ Primo de peccati originalis entitate. ¶ Secundo de eius quiditate. ¶ Tertio de nature humane veritate. ¶ Circa primuz queritur duo. ¶ Primo vtrũ in paruulis sit a sua origine aliqua culpa. ¶ Secundo vtrum per peccatum primoruz parentuz natura humana sit in suis naturalibus peiorata: aut tãtũmodo suis naturalibus relicta. Questio. I.

Qõ.1.

Primo ostendo q in paruulis ab origine nõ est aliqua culpa. Aug. de vera religione inter principiuz z medium: a deo peccatum voluntarium maluz est: vt nullo modo sit peccatum si non sit voluntarium. Sed in paruulis ab origine nihil est volũtarium: ergo nec peccatum. ¶ Item eodem lib. parum post auctoritatez iaz allegatam. Dicit Aug. de primo homine qui consensit diabolice persuasioni: q si necessitate id fecisset nullo peccati crimine teneret. Sed omnis corruptio que est in paruulis ab origine inest eis de necessitate: ergo propter illam nullo peccati crimine tenentur. ¶ Item phus. 3. ethic. cap. 8. nullus improbabit ceco a natura: sed magis miserebitur: ergo nec paruulo imputari debet corruptio a natura. Sed omnis culpa imputatur habenti eaz: ergo corruptio que est in paruulis ab origine nõ est culpa. ¶ Item q nõ transfundit subiectuz: nõ transfundit accidens. Sed nõ est culpa hominis nisi in anima: ergo cum in paruulis nõ sint anime per trãsfusionem a parentibus: videtur similiter: quia ad paruulos nulla culpa transfundatur. Sed aliter non potest in eis esse culpa ab origine: g̃ in eis ab origine nulla est culpa. ¶ Item ad nullum bonum de necessitate consequitur culpa. Sed actus cõiugalis si pure fiat intentione plis generande ad seruitium dei bonus est z meritorius: ergo ad ipsum non sequitur de necessitate culpa: q non esset veruz: si in paruulis esset culpa ab origine. ¶ Item maluz habitum precedit malus actus: Sed in paruulis ab origine nõ fuit aliquis malus actus: ergo nec malus habitus: sed omnis culpa est malus actus vel malus habitus: ergo in paruulis ab origine nulla est culpa.

Ar.pº

Secũdo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

Contra Apostolus ad Eph. scdo. Eramus natura filij ire: sicut z ceteri. Sed nullus est filius ire nisi propter culpaz: ergo in paruulis est culpa a natura ad qđ sequitur: q in eis sit a sua origine. ¶ Itez Aug. 13. de trini. cap. 16. dicit q non solum ipsa mors: sed omnia huius seculi mala: dolores: laboresq3 hominuz de peccatoz: z maxie de pcti originalis meritis veniũt. Sz paruuli ab origine sunt subiecti necessitati moriendi: z laborib9 z dolorib9: ergo in eis est culpa a sua origine. ¶ Itẽ Grego. in Glos. super illud verbum. Exo. 13. Primogenitum asini mutabis oue. dicit q omnes in peccatis nati sumus z ex carnis delectatione concepti culpam originalem nobiscum trahimus. ¶ Item Augu9. in libro de fide ad petrum regula. 23. firmissime tene z nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri et mulieris concipitur cum originali peccato nasci: impietati subditum morti subiectũ: z ob hoc nã ire filiũ nasci.

In oppm.

Secũdo.

Tertio.

Quarto.

Respondeo q in omnibus paruulis per propagationem descendentibus ab adam est aliqua culpa a sua origine in vtero. Et hanc veritatez tenet sancta fides catholica. Qđ sic declaratur originalis iustitia primis parentibus fuit data non tantum inquantum erant singulares persone: sed etiam inquantum in eis erant omnia indiuidua speciei humane in virtute. Unde in ipsis primis parentibus data fuit omni humane nature. Unde natura paruuli a sua origine

Ad qõnẽ ſm mẽtẽ ppriaz.

in vtero debitrix est illius originalis iustitie quam ac/
cepit in adam. Sed natura paruuli a sua origine in vte/
ro caret originali iustitia. Quod patet quia originalis iu
stitia includebat perfectam obedientiam virium infe/
riorum ad superiores: ⁊ rectaꝫ habitudineꝫ superiorum
ad deum. ꝙ nõ esse in paruulo sequens etas adulta ma/
nifestat: quando illa inordinatio exit in actuꝫ que in par
uulo prius fuit ſm habitum. Predicta autem iustitia ca
ret natura paruuli nõ per actum volũtatis persone ipsi⁹
paruuli: sed ipsius ade: qui per inobedientiam nõ solum
illam naturam in numero que in ipso erat deordinauit:
sed et oẽs alias naturas eiusdem spẽi cũ sua: in ipso vir/
tualiter preexistentes: ⁊ ſm rõneꝫ seminalem ab ipso nãli/
ter propagandas. ¶ Ex predictis patꝫ ꝙ in natura par
uuli a sua origine in vtero est carentia alicuius debite iu
stitie: sꝫ ois carẽtia debite iustitie culpa est. Unde ans. in
lib. de conceptu virginali: quasi inter principium ⁊ me/
diuꝫ libri. Iniustitia nihil est aliud q̃ꝫ absentia debite iu
stitie. Constat autem omneꝫ iniustitiaꝫ culpam esse. Re
stat ergo ꝙ in natura paruuli est aliqua culpa a sua origi
ne in vtero. Et quia natura est in persona: ideo q̃uis il/
la culpa per prius sit culpa nature: tamen ex cõsequenti
est culpa persone: sic enim in adam persona naturam cõ
stituit peccatriceꝫ. Sic econtrario personam paruuli a sua
origine in vtero natura cõstituit peccatricẽ. Unde ans.
in lib. de conceptu virginali. inter mediuꝫ ⁊ finem: quo/
niam natura subsistit in personis ⁊ persone nõ sine natu/
ra sunt: facit natura personas infantiuꝫ peccatrices: sicut
spoliauit persona naturã bono iustitie in adam.

Ad pm **Ad primum** in oppositum dicendũ ꝙ q̃uis culpa originalis nõ sit volunta/
ria voluntate ipsius paruuli: voluntaria tamen est volũ/
tate ipsius ade a quo natura istius paruuli propagata est
q̃uis mediatẽ: ipse enim adam per malum actuꝫ volun
tatis sue ⁊ naturaꝫ humanam corrumpit in se ipso: ⁊ ex
consequenti naturã istius paruuli: vt in corpore questio/
Ad 2m nis declaratum est. ¶ Ad secunduꝫ dicendum ꝙ q̃uis
ſm natura singularis isti⁹ paruuli: vitare nõ potuerit cor/
ruptionem que in ipso est: humana tamen natura in ipso
adam precauere potuit ne culpam originalẽ natura par/
uuli contraheret. Unde augu. in lib. retracta. cap. 14. di/
cit ꝙ paruuli tenentur rei: quia ex origine cui⁹ tenẽtur
Ad 3m qui non fecit qđ facere potuit: diuinuꝫ. s. seruare mando
tum. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ non est simile de ceci/
tate que est a natura ⁊ de corruptione quaꝫ puer contra/
hit ab origine. Cecitas autem a natura nõ ponit aliquaꝫ
deordinationem in ipsa anima: sed corruptio quaꝫ puer
contrahit ab origine ponit in anima habitualem deordi
nationem: que q̃uis dicatur naturalis: eo ꝙ ab origine
contrahitur tamen inveritate est contra naturaꝫ. Unde
augu. i. lib. retrac. cap. 14. dicit ꝙ illa natura de qua dicit
apostolus ꝙ fuimus ⁊ nos natura filij ire: propter origi/
nem natura appellatur: que origo vtiq; habet vitiuꝫ qđ
Ad 4m est contra naturam. ¶ Ad quartuꝫ dicendum ꝙ gene/
rans non transfundit culpã originalem: quia tamen trã
fundit semen infectuꝫ ex quo formatur corp⁹ ĩfectũ: quo
aĩa inficitur in eodem instanti quo sibi vnitur transfun/
dit culpam originalẽ in sua causa: illud tamen semen nõ
est illius culpe subiectuꝫ. Unde ansel. de conceptu virgi
nali: inter principiuꝫ ⁊ medium: nõ magis est in semine
culpa q̃ꝫ in sputo vel sanguine si quis malavoluntate ex
Ad 5m puit aut de sanguine suo aliquid emittit. ¶ Ad quintuꝫ
dicendum ꝙ ad actum coniugalem inquantum bonus
est non sequitur culpa originalis in paruulo: sed inquan
tum per actum coniugalem ministratur semen infectuꝫ
de quo formatur corpus corruptioni de necessitate subie
Ad 6m ctum ⁊ aggrauans animaꝫ. ¶ Ad vltimũ dicendum ꝙ
malum habituꝫ qui primo ⁊ imediate respicit personaꝫ
precedit malus actus eiusdem persone: sed malum habi
tum qui primo ⁊ imediate respicit naturam: cuiusmodi
est habitualis deordinatio que est in paruulo a sua origi/
ne in vtero nõ oportet causari ex aliquo actu voluntatis
ipsius persone in qua est. Sed sufficit ꝙ precessit malus
actus voluntatis illius persone in cuius natura pu⁹ fuit A.l.ƥsu.t
natura ipsius paruuli quantũ ad carnem in seminali ra/
tione. ¶ Ex predictis patet qualiter elidi debeat error
pelagianorum qui negabant in paruulis aliquam cul/
pam esse. Questio. II Qõ. ii.

Ar. pᵒ **Secundo** queritur vtrum per pecca/
tum primoruꝫ parentuꝫ na
tura humana sit in suis naturalibus peiorata:
aut tantũ modo suis naturalib⁹ relicta. ¶ Et
ostendo primo ꝙ nõ sit in naturalibus peiorata: quia nõ
minus graue fuit peccatum angeli mali: q̃ꝫ peccatuꝫ ade
Sed peccatum mali angeli non peiorauit eius naturaꝫ
Dicit enim Diony. 4. cap. de diui. no. ꝙ datas eis ange/
licas donationes nunq̃ꝫ ipsas cõmotas fuisse dicimus:
sed sunt integri ⁊ clarissimi: ergo videtur ꝙ peccatum
ade non peiorauit eius naturam. ¶ Item quanto com/ Secũdo.
plexio est nobilior tanto fortius vis generatiua in actuꝫ
suum exire conatur. Unde maxime viget concupiscen/
tia in sanguineis: ergo feruor concupiscentie in homini
bus nõ est ratio: quare debeat dici humana natura peio/
rata. Et si per hoc nõ potest argui. Uidetur ꝙ nec pro/
pter intensionem aliarũ potentiarum in actibus suis di
ci debeat humana natura peiorata. ¶ Item si miraculo Tertio.
se formaretur vnus homo ex elementis suam naturã ha
beret integram: ⁊ tamen suis naturalibus dimissis simi/
les haberet passiones passionibus nostris. esuriret enim
⁊ sitiret ⁊ concupisceret ⁊ de necessitate per naturaꝫ cor
rumperetur: ergo videtur ꝙ iste passiones quas sustine
mus naturam integram consequuntur: per illas ergo nõ
potest argui ꝙ natura humana sit in suis naturalib⁹ pe/
iorata. ¶ Iteꝫ nõ obstante ꝙ filius seminaliter sit in pa Quarto.
tre. Uidemus frequenter naturã filij per peccata patris
non peiorari: ecum frequenter homo peccator generet fi/
lium melioris nature: q̃ꝫ homo iustus: ergo similiter nõ
obstante ꝙ seminaliter fuimus in adam non oportet ꝙ
per peccatum ipsius nostra nã sit in suis nãlib⁹ peiorata.

In oppm **Contra** Augu⁹. 13. de ciuitate capitulo. 4. loquens de peccato primorum parentum dicit ꝙ
pro magnitudine culpe illius naturam damnatio muta
uit in peius. ¶ Iteꝫ Glos. super illud Luc. 10. homo q/ Secũdo.
dam descendebat ⁊c̃. Dicit ꝙ homo iste adam intelligi
tur in genere humano: ⁊ postea subditur de illis latroni
bus ꝙ indumenta gratie spiritualis imortalitatis ⁊ in/
nocentie auferunt: ⁊ sic vulnera inferunt: idest peccata
quibus integritas humane nature violatur.

Ad q̃õnẽ ſꝫ mentẽ aliorum. pᵃ opi. **Respõdeo** ꝙ per peccatum primorum parentũ natura humana est in suis naturali/
bus peiorata. Qꝫ aliqui sic declarare nituntur. Tanta est
naturalis colligantia carnis ad animam ⁊ virium natu
ralium ad animales ⁊ animaliuꝫ ad intellectum ⁊ volũ/
tatem: ꝙ deordinatio voluntatis ade in viribus anima/
libus: ⁊ ex consequenti in naturalibus: ⁊ ex consequenti
in carne corrumpere potuit aliquam habilitatem ad bo
num: nec mirum cum fortes voluntatis motus aliquan
do redundent vsq; ad parteꝫ sensitiuam: ⁊ interdũ etiã
inordinate moueant generatiuam. ¶ Sed hic modus 3 opinan tes.
declarandi sufficiens non videtur: quia dato ꝙ per mo/
dum predictum potuisset peiorari natura in adam abso
lute: non tamen apparet quomodo per illum modum
potuisset peiorari: inquantum ipse adam erat principi/
um posterioruꝫ ab eo naturaliter mediate vel immedia/
te propagandoruꝫ. ¶ Alij dicunt ꝙ illius peiorationis 2ᵃ opio.
peccatũ ade tm̃modo fuit demeritũ. Sed ade imediate

tantum

tantum effectiue causata est. Cui videtur cōcordare verbum apostoli Rom. 6. stipendia peccati mors. Militia enim siue bene siue male suum stipendium meretur nō efficit: sed a domino recipit. Unde Glos. super verbum predictum: ideo dicit stipendium peccati mors: vt mortem peccato: nō immerito illatam: sed debitam demonstraret. Ecce ꝙ mors ab alio illata est ipsi ade pro demerito peccati.

3 opinantes. ¶ Sed contra hoc videtur esse illud verbum Sap. i. deus mortem non fecit: dicit etiam Glos. ibidem a deo non est quicquid contra naturam est: peccatum autem contra naturam est: de quo mors ⁊ omnia que mortis sunt oriuntur: videtur ergo ꝙ adam peccando in humana natura necessitatem causauit moriendi. ¶ Preterea non tantum propter peccatum peiorata est humana natura quantum ad necessitatem patiendi penalitatem: sed quantum ad pronitatem ad malum. Impium autem est dicere ꝙ a deo sit pronitas ad peccatum ⁊ dispositio.

3 opinantes. ¶ Alii dicunt ꝙ illa peioratio in natura humana facta est per esum ligni scientie boni ⁊ mali. Cuius naturam dicunt nature humane contrariam ⁊ ipsius naturaliter corruptiuam si comedatur: ⁊ propter hoc deum primos parentes ꝓhibuisse ne de illo ligno comederent. ¶ Sed hoc est expresse contra Augu. super Gen. lib. 8. dicentem de dicto ligno inter principium ⁊ medium mihi cōsideranti dici non potest quantum placet illa sententia non fuisse illam arborem cibo noxiam: neque etiam qui fecerat omnia bona valde institueret in paradiso aliquid mali. ⁊ paucis interpositis subdit ꝙ arbor illa non erat mala.

Ad qōnē ſm mētē ꝓpriā. ¶ Uidetur ergo mihi dicendum ꝙ quamuis per malum actum interiorem voluntatis ade natura humana fuerit originali iustitia in ipso adam spoliata ⁊ in naturalibus peiorata: ꝙ ista peioratio nō fuisset saltem tanta quanta modo est ad posteros propagata nisi de ligno vetito comedisset. Unde Augu. primo lib. contra Julianum. Si anima vtique voluntate corrupta hanc appetentiā sui corporis refrenasset in ipso vt ait Ambrosius ex ortu extincta esset origo peccati. Sed quoniam nō repressio appetitu illiciti cibi ad peccati consummationem peruentum est non extincta est origo peccati: sed etiam manauit in posteros. Unde dico ꝙ per esum illius ligni natura humana in adam infecta est: ⁊ in naturalibus peiorata: non tamen inquantum erat in illo indiuiduo absolute: sed inquantum erat principium posteriorum: non quia illud lignum esset ſm se malum: quia si nō fuisset prohibitum: habenti originalem iustitiam nō nocuisset comestum: sed nature carenti originali iustitia propter debilitatem illius nature erat improportionatum ⁊ contrarium: sicut videmus validum cibum ⁊ solidum non nocere nature viri perfecti: ⁊ tamen corrumperet infantis naturam. Cui videtur concordare Damas. lib. 2. capi. 10. dicens de illo ligno ꝙ bonum erat perfectis: malum autem in perfectioribus adhuc ⁊ concupiscentia auidioribus: sicut solidus cibus mollibus adhuc ⁊ lacte indigentibus: natura autem ade ſm modum predictum corrupta ad posteros sanam naturam transfundere non potuit: sicut ex parentibus leprosis nō possunt naturaliter sani filii generari.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum dicendum ꝙ quamuis angelus malus nō minus peccauerit q̄ adam: tamen peccando non ita lesit naturam suam quo ad suas naturales dispositiones absolutas: sicut lesa est humana natura per ligni vetiti esum. Sed tamē plus corrumpit in se ipso de naturali habilitate ad bonum quā

Ad 2ᵐ corruptionem directe respicit peccatum q̄ adam corrumperit in se ipso per suum malum voluntatis actū. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ naturalis bonitas humane nature nō ita consistit in fortitudine vnius potentie ſm se sicut in recta proportione adinuicem potentiarum. Sicut nec naturalis bonitas instrumēti attenditur in hoc ꝙ vna chorda sit multum bona ſm se: sed in bona proportiōe bonarum chordarum adinuicem: tanto autem est naturalis proportio potentiarum melior quanto potētie inferiores magis superioribus obediunt: vnde nō qui habet meliorem complexionem quantum ad actus animalis vite: dici debet habere naturam humanā meliorem: sed ille qui meliorē hꝫ per comparationem ad nāles actus anime intellectiue per quam completiue homo reponitur in specie humane nature.

¶ Ad tertium dicendum ꝙ quamuis homo formatus de elementis ⁊ suis naturalibus relictus esuriret ⁊ sitiret ⁊ interdum in ipso concupiscentia moueretur: tamen illas passiones nō ita inordinatas haberet: sicut nos habemus. ¶ Aliqui tamen dicunt ꝙ talis homo rectus esset intantum ꝙ in ipso virtutes inferiores perfecte obedirēt superioribus: ⁊ vires superiores rectam habitudinem haberent ad deum. Sed hoc mihi nō placet: quia tunc iustitia originalis per sola naturalia haberi potuisset ꝙ nō credo verum: vt inferius declarabitur. **Ad 3ᵐ**

¶ Ad quartum dicendum ꝙ quamuis in isto statu homo per peccatum possit naturam: vt est in se ipso: peiorare: ita vt quandoque per illam deprauationem possint causari alique male inclinationes naturales in prole: non tamen ita potest eam peiorare vt est alterius principium: ꝙ illa deprauatio de necessitate diriuetur ad prolem: et ita quo ad naturales inclinationes tantum: sicut fuit natura humana deprauata per ligni vetiti esum: quia sicut iā dictum est: nec predicta deprauatio saltem tanta quanta modo est facta fuisset in natura humana per solum voluntatis ipsius ade interiorem actum. **Ad 4ᵐ**

Consequēter queritur de secundo principali. Et circa hoc possent queri duo. ¶ Primo vtrum natura humana eēt alicui penalitati subiecta si nunquam peccasset. ¶ Secundo dato ꝙ non: vtrum aliqua penalitas in natura humana absque peccato esse potuisset. Sed quia solutio prime questiōis faciliter potest haberi per solutionem illius questionis. Utrum si adam non peccasset corpus eius aliquando dissolutum fuisset: que superius posita est dist. 19. Ideo illa dimissa transeo ad secundam. Q6. I. **Q6.1.**

Et ostendo ꝙ natura humana ante omne peccatum nō potuisset esse alicui penalitati subiecta. Dicit enim Augusti. tertio libro de libero arbitrio longe vltra medium. Omnis pena si iusta est pena est peccati. Sed ante peccatum nulla iniustitia esse potuit: ergo nec pena. **Ar. pᵒ** ¶ Item Augusti. lib. 83. q.q. 24. meritum pene peccatum est: ergo inconueniens est penā esse nisi propter peccatum. Sed nullum inconueniens ante peccatum esse potuit: ergo nec pena. **Secūda.** ¶ Item Ansel. 2. lib. Cur deus homo prope principium sapientie ⁊ iustitie dei repugnat vt cogeret mortem pati sine culpa quē iustum ad eternam fecit beatitudinem. Sed nunquam fuit possibile esse in humana natura ante peccatum aliquid sapientie ⁊ iustitie dei repugnans: ergo nō fuit possibile in humana natura penalitatem mortis precedere peccatum: ergo a simili nec aliquam aliam penalitatem. **Tertio.**

Contra Aug. primo lib. retracta. cap. 8. Si ignorantia ⁊ difficultas essent hominis primordia naturalia: non sic culpandus deus: sed laudandus esset: ergo videtur ꝙ possibile fuit naturam humanam a deo institui in difficultate ⁊ ignorantia ad tempus diuinissam: ignorantia autem ⁊ difficultas pene sunt: ergo possibile fuit in humana natura penalitatem precedere peccatum. **In oppᵐ** ¶ Item melius est esse hominem subiectum temporali pene q̄ penitus nihil esse: ergo si deus a principio fecisset hominem subiectum temporali pene nō potuisset ex hoc reprehendi de iniquitate: sed magis debuisset **Secūda.**

Ad qōnē ꝭz mētez ꝓpriā. laudari de benignitate ⁊ liberalitate.

Respondeo ꝙ si loquamur de humana natura ſm ꝙ fuit instituta nō potuit esse subiecta penalitati ante peccatum. Quia fuit instituta in originali iustitia: que amitti non poterat: nisi per peccatum: nec secum aliquam compatiebatur penalitatem. Si autem loquamur de humana nā nō eo mō quo instituta fuit: sed eo mō quo eā deus īstituere potuit: sic dico ꝙ possibile fuit naturā humanā sic institui vt potuissent esse in ea ante peccatum penalitas: nō ſm ꝙ penalitas dicitur a punitione: sed ſm ꝙ accipitur pro labore vel angustia vel dolore: quia adeo potuit institui suis naturalib⁹ relicta: ⁊ si sic instituta fuisset naturaliter potuissent esse in ea esuries ⁊ sitis ⁊ alique alie penalitates q̄uis nō ita graues: sicut modo sunt in humana natura propter peccatū. Nec propter hoc fuisset deus culpandus: sicut crudelis vel iniustus: sed laudādus sicut liberalis ⁊ benign⁹: quia qui nihil debꝫ alicui: ⁊ dat sibi magnū bonum cui annexū est modicū malum: vt in respectu: nō debet reprehendi de iniquitate: sed laudari de liberalitate. Ille autem pene temporales modicū mali fuissent in respectu boni nature humane. Et huic opinioni concordare videtur Aug. 3. de libero arbitrio longe ante finē: vbi vult ꝙ si anime essent create extra corpora ⁊ deus eas misisset in corpora: quibus etiam in illa ignorantia ⁊ difficultate liberam voluntatem petendi: ⁊ querendi ⁊ conandi non abstulit daturus petentibus: demonstraturus querentibus: aperiturus pulsantibus: omnino extra culpam esset.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum dicendū ꝙ q̄uis omnis pena iusta sit pena peccati tamen ante peccatum potuit esse pena iusta non iustitia vindicatiua: que respicit demeritum: sed ſm ꝙ iustitia accipitur pro rectitudine voluntarie actionis: ⁊ ſm ꝙ pena accipitur pro afflictione: ⁊ non ſm ꝙ a puniendo dicta est nec loquendo de natura ſm ꝙ instituta fuit: sed ſm ꝙ institui potuit. ¶ Ad secundū dicendum ꝙ meritum pene peccatum est. Sed tamen a principio natura humana sic potuisset institui: ꝙ potuisset inesse pena sine demerito ⁊ sine aliquo incōuenienti accipiendo penam: vt ante dictum est. ¶ Ad tertium dicendū ꝙ Ansel. ibi loquitur de humana natura: ſm ꝙ instituta fuit: qd̄ patet: quia loquitur ibi de homine quē deus fecit iustum ad eternam beatitudinem. ¶ Argumenta ad partem aliam procedunt de natura humana nō quātum ad conditiones quas a sua institutione accepit: sed quantum ad conditiones quas accipere potuisset.

Iustitia duplex ⁊ pena.

Ad 2^m

Ad 3^m

Consequēter querit de tertio principali. Et circa hoc querimtur duo. ¶ Primo vtrum iustitia originalis fuerit pure naturalis: aut fuit per aliquod donum naturalibus superadditum. ¶ Secundo vtrum fuerit gratia faciens gratū: vel gratia gratis data tantum.

Qō 1. Questio. I.

Ar. p^o **Primo ostendo** ꝙ iustitia originalis in puris naturalibus consistebat. Aug. 20. de ciui. capi. 26. Dicit ꝙ primi homines in paradiso fuerūt puri atq; integri ab omni sorde ac labe peccati. Cū ergo hic exprimat eorum originalem iustitiam: de nullo dono supernaturali ibidem faciens mentionē: videtur ꝙ illa iustitia in puris naturalibus consistebat. ¶ Item

Secūdo. Ansel. in libr. de conceptu virginali inter medium ⁊ finem libri dicit: ꝙ si adam nequiuisset ad eos quos generaturus esset iustitiam suam producere nequaq̄ posset eis suam iniustitiam transmutare. Sed supernaturalia nō transfunduntur a parente in prolem: ergo de ratione iustitie originalis non erat aliquod donum supernaturale. ¶ Item Magister lib. 2. dist. 24. dicit ꝙ illud adiutorium qd̄ homini dictū fuit in creatione quo poterat manere si vellet: fuit libertas arbitrij ab omni labe ⁊ corruptela imunis: atq; voluntatis rectitudo ⁊ omniū potentiarū anime sinceritas atq; viuacitas. Ecce ꝙ Magister exprimens primorum parentum originalem iustitiā nihil ibi tangit supernaturale. Tertio.

In opp^m **Contra** Augu. super Gen. xi. lib. versus finem: loquens de ligno vite ⁊ de statu innocentie: dicit ꝙ ex illo subsistebat felix ille status corporis ex re visibili virtute inuisibili: ergo videtur ꝙ illa felicitas in puris naturalibus nō consistebat. ¶ Item potentie naturaliter tendunt in sua obedientia: quia aliquā perfectionem recipiunt ab eisdem. Sicut ergo ratio naturaliter tendit in bonum honestum: ita sensualitas in delectabile qd̄ aliquando nō est honestum: ergo nō est contra hominis naturam integrā ꝙ sensualitas possit moueri in contrarium rationi. Sed hoc nullo modo poterat stante originali iustitia: ergo in solis nālibus non cōsistebat. Secūdo.

Ad qōnē ꝭz mentē aliorum. **Ad istam questionē** dicunt aliqui ꝙ originalis iustitia in solis naturalibus consistebat: quia nihil aliud erat q̄ꝫ perfecta obedientia virium inferiorū ad superiores: ⁊ recta habitudo superiorū ad deum. Hanc autē rectitudinem dicunt fuisse naturalem nature integritatem. Sicut enim in maiori mundo naturale est inferioribus corporibus idest elementis mouere ⁊ agere ſm ꝙ a corporibus superioribus: idest celestib⁹ regulantur: per quā regulationem: q̄uis sint contraria: conciliantur ad mixti constitutionē. Sic dicunt ꝙ in minori mundo naturale fuit corpori obedire anime ⁊ viribus inferiorib⁹ superioribus: ⁊ superiorib⁹ deo: sicut corpora superiora naturaliter obediunt suo motori: aliter motus celi non diceretur a philosopho naturalis. ¶ Sed contra hāc opinionem videtur esse quoddam verbum qd̄ dicit Magister lib. scd̄o. dist. 24. vbi loquēs de illa potentia per quā poterat homo non declinare ab eo qd̄ acceperat: dicit ꝙ datum est sibi per gratiam auxilium. ¶ Videtur etiam mihi ꝙ ratio secunda contra istam opinionem in opponendo facta sufficienter ſm exigentiam materie eandē opinionem improbat. ¶ Unde mihi videtur dicendū ꝙ originalis iustitie dispositio erat per naturā: sed complementum erat per aliquod gratuitum donū naturalibus superadditum. Sicut enim naturale est corpori ꝙ sit compositum ex contrarijs: sic naturale est ipsi homini habere potentias possibiles quasi ſm quandam contrarietatem moueri: sed talibus motibus moueri nō poterant stante originali iustitia: ergo originalis iustitia nō consistebat in solis naturalibus: sed principaliter per aliquod donum naturalibus superadditum existebat.

Contra opionē

Ad qōnē ꝭz mētez ꝓpriā.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum dicēdum ꝙ illa puritas ⁊ integritas de qua ibi loquitur Augu. erat completiue per donum naturalibus superadditum: q̄uis hoc Augu. in loco predicto non tangat expresse supponens forte ꝙ aliter esse non poterat. ¶ Ad secundum dicendū ꝙ sicut homo dicitur generare hominem: quia transfundit materiam ⁊ virtutem ipsam disponentem ad susceptionem anime intellectiue: qua homo completiue est homo: sic dico ꝙ adam si stetisset transfudisset ad posteros semen ex quo formata fuisset caro munda: cui semper fuisset vnita anima informata aliquo supernaturali dono: quo cōpleretur in paruulo originalis iustitia: ⁊ pro tanto dicitur: ꝙ si adā stetisset ꝙ iustitiam originalem ad posteros transfudisset. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ Magister ibi non tangit expresse originalis iustitie complementum: forte tamen tangit illud implicite in rectitudine voluntatis.

Ad 2^m

Ad 3^m

¶ Questio. II.

Secundo

Qō. ij. Ar. p°

SEcundo queritur vtrum iustitia originalis quantum ad sui complementum fuerit gratia gratum faciens. Et videtur ꝙ sic. Augusti. 83. q. q. secunda. Dicit ꝙ deus fecit hominem optimum. Sed non potest homo esse optimus nisi per gratiam gratum facientem. (Secūdo.) ¶ Item per iustitiam originalem erat homo rectus in se: ⁊ quo ad proximum: ⁊ quo ad deum. Sed talis rectitudo videtur reddere hominē deo gratum: homo autē nō potest esse deo grat° nisi per gratiā gratum facientem. (Tertio.) ¶ Item Ans. in lib. cur deus homo ꝑpe principium dicit: ꝙ deus fecit hominē iustū: iustitia aūt nō est nisi per grāz gratū faciētē.

In oppm **Contra** Magister lib. 2. dist. 24. loquens de adiutorio dato homini in creatōe dicit: ꝙ per illud adiutorium nō poterat proficere intantum vt per gratiam creationis sine alia mereri salutē valeret. Sed constat ꝙ per gratiā gratū facientem potuisset mereri saltem. (Secūdo.) ¶ Item dignior est angelica natura ꝗ̄ humana vt superius ostensum est. Sed rectitudo quā angelus habuit a sua creatione nō fuit per gratiam gratū facientē vt superius est ostensum: ergo nec rectitudo quā habuit adam a sua plasmatione fuit per grāz gratū facientē.

Ad qōnē ſm mētē ꝑpriā. **Respondeo** ꝙ ꝗ̄uis aliqui dixerint ꝙ cōplementū originalis iustitie fuit gratia gratū faciens: nō tamen eis consentio. Sed videtur mihi ꝙ fuit quedam gratia gratis data. Gratia enī gratum faciens per prius videtur respicere personam ꝗ̄ naturam: vnde ⁊ per actuale peccatū mortale qd̄ est actus persone vel actus debiti omissio: amittitur: ⁊ per veram penitentiam recuperatur: quia per penitentiam homo ad recipiendum se disponit: ⁊ deus gratiam infundit. Adā etiam per penitentiam quo ad personam suam iustitiam originalem recuperare nō potuit: vnde restat ꝙ gratia gratum faciens non fuit.

Ad pm **Ad primū** in oppositum dicendum ꝙ pro tanto dicitur fecisse deus hominē optimū: quia fecit ipsum sine culpa: ⁊ perfectum bonitate naturali cum aliquo adiutorio gratis dato. (Ad 2m) ¶ Ad secundum dicendū ꝙ illa rectitudo ꝗ̄uis esset dispositio ad h̄: vt homo esset deo gratus: nō tamen ita erat deo grat° per illam vt dignus esset vita eterna. (Ad 3m) ¶ Ad tertiū dicēdum ꝙ pro tanto dicitur deus fecisse hominem iustum: quia fecit ipsum sine peccato ⁊ naturali rectitudine rectum. ¶ Vel potest dici ꝙ ista auctoritas ⁊ multe consimiles auctoritates leguntur de adam post suum motū deliberatiuū voluntatis in deum in quo gratiam gratū facientem recepit. Unde ꝗ̄uis adam ab instanti creationis anime sue gratiam gratum facientem non habuerit tamen eam habuit anteꝗ̄ peccaret: Sicut superius dictum est. distin. 29.

COnsequēter q̄rit̄ de 4° principali. Et circa hoc q̄runtur duo. ¶ Primo vtrum peccatum originale sit concupiscentia. ¶ Secundo vtrū illa cōcupiscētia sit aliquis habitus. Qō. I.

Qō. I. Ar. p°

PRimo ostendo ꝙ peccatum originale non sit concupiscentia: quia sḿ ansel. in lib. de conceptu virginali inter principium ⁊ medium libri in iustitia omnino nihil est. Sed peccatum originale est in iustitia: ergo nihil est. Sed concupiscentia aliquid est: ergo peccatum originale non est concupiscentia. (Secūdo.) ¶ Itē apostolus Roma. 7. peccatum operatū est in me omnē concupiscentiā. Sed peccatū nō fuerat operatum in eo originalem culpam: ergo culpa originalis nō est cōcupiscentia. (Tertio.) ¶ Itē post baptismū nō manet originale peccatum: sed concupiscētia remanet vt docet experiētia: ergo originale peccatum nō est concupiscentia. (Quarto.) ¶ Item sicut per peccatū primorū parentū causata est in vi appetitiua inordinata concupiscentia: ita irrationabili inordinata ignorātia: ergo non plus potest dici peccatum originale concupiscentia ꝗ̄ ignorantia.

In oppm **Contra** Augu. lib. pmo. retracta. capi. 14. Reatus ꝯcupiscentie in baptismate soluitur. Sed in paruulo cum baptizatur nō remittitur reatus nisi originalis peccati: cum nullū habeat actuale peccatū: ergo concupiscentia est ipsum originale peccatum. (Secūdo.) ¶ Itē Aug. lib. primo de baptismo paruulorū versus finem: dicit ꝙ in paruulis per baptismū euacuatur caro peccati nō vt ipsa viuente carne concupiscentia conspersa ⁊ innata absumatur ⁊ nō sit: sed ne obsit mortuo que inerat nato. Concupiscentia ergo obesset paruulo si moreretur ante baptismum ꝙ verum non esset si ipsa non esset originale peccatum.

Ad qōnē ſḿ mētē ꝑpriā. **Respondeo** ꝙ sicut in peccato actuali ē aliqd̄ formale. s. deformitas ipsius actus que est priuatio alicuius boni debiti in actu. Et aliquid materiale. s. actus illi deformitati subtract°. Sic dico ꝙ in peccato originali est aliquid formale: scȝ carentia debite iustitie. Et sic loquēdo de origiali peccato. Dicit ans. de concep. virg. nō multum ante finem: ꝙ hoc peccatū qd̄ originale dico aliud itelligere nequeo in eisdē infantibus: nisi primam quā supra posui factam per inobedientiam ade iustitie debite nuditatem. Est etiam in peccato originali aliquid materiale: ⁊ hec est concupiscentia inordinationi subtracta. Et sicut carētia boni debiti in actu dicitur actuale peccatū: ⁊ ipse actus illi deformitati subtractus: etiā dicitur actuale peccatum: ita in paruulo carentia debite iustitie est originale peccatū: ⁊ ipsa cōcupiscentia non actualis ꝗ̄ diu est carentie debite iustitie cōiuncta: dici potest originale peccatū.

Ad pm **Ad primum** in oppositum dicendum ꝙ illud argumentū procedit de eo qd̄ ē formale in originali peccato: h̄ enī est carentia debite iustitie: ⁊ sic potest dici esse nihil inquantum non dicit formaliter aliquam essentiam. (Ad 2m) ¶ Ad secundū dicendum ꝙ apostolus ibi loquitur de concupiscentia acquisita: ⁊ peccatum ibi vocat concupiscentiam innatam. Unde Glos. ibidem peccatum: idest fomes peccati: scilicȝ vitium concupiscentie: ꝙ etiam carnalitas appellatur operatum est in me omnem concupiscentiam: idest consensus delectationis ⁊ operis: aucta est enim concupiscentia ex prohibitione legis: quando adhuc deerat gratia liberātis: vnde ſḿ expositionem glose: magis potest argui ꝙ concupiscentia innata sit peccatum ꝗ̄ contrarium. (Ad 3m) ¶ Ad tertium dicendum ꝙ concupiscentia post baptismum non est culpa: quia per baptismum remittitur debitum originalis iustitie. Unde Ansel. in fine de concep. virg. iustitia que ante baptismum debebatur ab infantibus absq̄ omni excusatione: post baptismum ab illis non exigitur: quasi ex debito. Et sic patet ꝙ in paruulo baptizato concupiscentia non est coniuncta carentie debite iustitie: ⁊ ideo culpa dici nō potest. (Ad 4m) ¶ Ad q̄rtum dicendum ꝙ non est simile de ignorantia ⁊ concupiscentia: concupiscentia enim est in appetitiua: ignorātia in cognitiua: ⁊ sicut ordo anime in deum magis residet penes appetitiuam ꝗ̄ cognitiuam: ita carentia huius ordinis siue ipsa deordinatio magis est per appetitiuam ꝗ̄ per cognitiuam: ⁊ ideo cōcupiscentie magis cōuenit ratio peccati ꝗ̄ ignorantie: concedo tamē ꝙ ignorantia contracta est aliquis defectus qui est materalis in ipso originali peccato. ¶ Argumenta ad partem aliam procedunt de concupiscentia coniuncta carentie debite iustitie: ⁊ de peccato originali quātū ad illud materiale: qd̄ est in eo. Questio. II.

Q̄ō.ii. Ar.p° **S**Ecundo queritur vtrū predicta concupiscētia sit aliquis habit⁹. Et videtur ꝙ nō: q: habitus causaꝰ per actū: Sed in paruulis nullus precessit act⁹: ergo cō-

Secūdo. cupiscentia que est in eis nō est habitus. ¶ Itē omnis trāsmutatio facta in anima aliquid abycit: ⁊ aliquid ponit. Sed in instāti vnionis anime ad carnē: nihil pōt ab anima abyci: q: nō est possibile ꝙ in eodē instāti aliquid sit in anima ⁊ nō sit: ergo in illo instanti nulla fit trāsmutatio circa animā: sed nullus habitus creari potest in aīa saltē virtute creata nisi per aliquā anime trāsmutatiōē: ergo in instāti vnionis anime ad corpus nullus habitus causaꝰ in anima. Cū ergo in illo instāti cōtrahat anima illā cōcupiscentiā que est originale peccatū: vt infra declarabiꝰ: sequiꝰ ꝙ ipsa ꝯcupiscētia nō sit habit⁹. ¶ Itē

Tertio. omnis habitus determinat potentiā ⁊ inclinat ad actus determinate spēi. Sed ꝯcupiscentia que est in paruulis nō determinat potentiā appetitiuā ad actus determinate spēi qḋ declarat sequens etas adulta in qua homo per innatā concupiscentiā inclinatur ad actus diuersarū speciez: ergo ꝯcupiscētia innata nō est habitus.

In opp^m **Contra** Ambro. in Glo. super illud ad Rom. 4. Beati quoꝝ: ⁊ recitat magister in litteras: dicit ꝙ ꝯcupiscētia cuꝫ qua nati sumus vitiū est ꝙ puunt habilez cōcupiscere facit: adultū ꝯcupiscentez reddit: sed habilitas est per habitū: ergo cōcupiscētia est habi-

Secūdo. tus. ¶ Item omnis ꝯcupiscētia est ſm actū vel ſꝫ habituꝫ. Sed paruuli nō sunt cōcupiscentes ſm actū: ergo sunt cōcupiscētes ſm habitum.

Ad q̄ōnē ſꝫ mētez ppriā. **Respōdeo** ꝙ loquendo de habitu ſꝫ ꝙ est quedam anime qualitas non credo predictam concupiscentiā esse habitū sicut pbari potest per secundaꝫ rationē factaꝫ ad primā partem. Nec etiā ſꝫ ꝙ habitus est aliquid determināς potentiaꝫ ad aliquos actus determinate spēi: sicut satis ꝓbat ratio tertia ad pri-

Cōcupiscentia quō sit habit⁹. mā partem adducta. Sed extendēdo nomē habitus ad omne illud quo potētia potest faciliter in actuꝫ egredi: sic predicta cōcupiscētia potest dici habitus. Est eniꝫ quedam facilitas vel necessitas cōuersionis appetitiue sensitiue ⁊ inclinationis in voluntate ad inordinatos motus cum paruuli ad etatem peruenerit adultā. Hec autē facilitas siue necessitas inest appetitiue ipsius paruuli eo ipso: quo eius anima cōiuncta est carni infecte per quaꝫ est ipsius anime aggrauatio ⁊ inclinatio ad iferiora. Et sic procedunt argumenta ad partem secūdaꝫ.

Ad p^m **Ad primuꝫ** in oppositum ꝙ arguitur ad partē aliam dicēduꝫ ꝙ habitū tertio modo dictuꝫ nō oportet esse causatuꝫ per actum illius persone in qua est: causari enim potuit per actuꝫ illius persone quo infecta est natura cui anima paruuli vnita est. ¶ Ad alia duo solutum est in corpore q̄ōnis.

COnsequēter queritur de quinto principali. Et circa hoc querūtur duo. ¶ Primo vtruꝫ aliqd de alimēto transeat in veritatem humane nature ipsius comedētis. ¶ Secūdo vtruꝫ generatio fiat

Q̄ō.i. de superfluo alimēti aut de substātia gnātis. Q̄ō. I.

Ar.p° **P**Rimo ostendo ꝙ nihil de alimento transit in veritatem humane nature ipsius comedētis. Saluator Matth. 15. Omne qḋ ī os intrat

Secūdo. T.c.35.⁊ 36.⁊.37. in ventrem vadit ⁊ in secessum emittitur: ergo in naturam comedentis non cōuertitur. ¶ Item phus primo de generatione cap. de augmento distinguens carneꝫ in carnem ſm materiaꝫ ⁊ ſm speciem: dicit ꝙ caro ſm speciem manet: ⁊ ꝙ caro que fluit ⁊ refluit est caro ſm materiā. Sed caro generata de nutrimento non est manēs sed fluens: ergo nutrimentum nō conuertitur in carneꝫ ſm speciez: que sola videtur esse de veritate humane na-

Tertio. ture. ¶ Item si alimentuꝫ conuerteretur in veritatem humane nature oporteret ipsum subintrare interiora carnis ⁊ ossis qḋ impossibile videtur: quia nō posset dici ꝙ reciperetur in vacuo: quia nō est ponere vacuuꝫ nec in pleno: quia duo corpora siꝰ naturaliter esse non possunt.

Quarto. ¶ Itē nutritio nō est generatio. Sed si alimentum conuerteretur in veritateꝫ humane nature: nutritio esset generatio: quia tunc caro generaretur de alimēto: ergo alimentum non conuertitur in veritatem humane natu-

Quinto. re. ¶ Item si nutrimentum conuerteretur in veritateꝫ nature humani corporis cōtinue partes que sunt de veritate humani corporis deperderētur: ⁊ per alimentum restaurarētur: ⁊ sic tādiu posset homo viuere ꝙ tota prima caro deperderetur: ⁊ esset alia per nutrimētum substituta: ⁊ sic homo nō remaneret idem in numero quan-

Sexto. tum ad corpus. ¶ Item mors non accidit nisi propter deperditionem alicuius spectantis ad veritatem humane nature. Sed si alimentum conuerteretur in veritatē humane nature: per ipsum posset restaurari quicqd deperditur de veritate hūane nature: ergo naturaliter ho-

Septi⁹ mo esset incorruptibilis: quod falsum est. ¶ Item nulla res debilitatur per coniunctionem sui similis: sed natura humana debilitatur per receptionem nutrimenti: si-

T.c. 34. ⁊ 39. cut vinum per receptionem aque. Unde philosophus pmo de generatione. appositionez nutrimenti ad carnē comparat superinfusioni aque vino: ergo nutrimentuꝫ nō conuertitur in carnem similem relique carni.

In opp^m **Contra** Aug. in lib. de vera religione. longe vltra mediuꝫ dicit ꝙ alimenta carnis corrupta idest amittentia formam suam in membrorum fabricam migrāt. Sed predicta fabrica est de veritate humane na-

Secūdo. T.c.39. ture: ergo aliquid de alimento conuertitur in veritateꝫ humane nature. ¶ Item philosophus primo de generatione capi. de augmento. vult ꝙ illud quo caro augetur: est in potētia caro: ⁊ parū post subdit: ꝙ sicut ignis

T.c.39. tangens vrenda facit vstum sic adueniente: eo ꝙ est caro in potentia: ipsa caro facit actu carnē. Cū ergo ignis tangens vrenda faciat vstionem similem vstioni prime. Uidetur ꝙ actu caro ipsum alimentū qḋ est caro in po-

Tertio. tentia conuertat in carnem similem prime. ¶ Itē ignis agens in aerem ipsum conuertit in verum ignem: ergo a simili caro agens in nutrimentuꝫ qḋ est in potentia ca-

Quarto. ro ipsum conuertit in veram carnem. ¶ Item tunc est vera caro cum potest facere verum opus debitum carni

T.c.54. quia sicut dicit philosophus. 4. metheororū: que possunt facere suipsius opus h̄ est singulum: idest in h̄ est vnūquodqꝫ perfectum: ergo caro hominis cum sit perfecta nutrimentum potest conuertere in carnem similē sibi.

Ad q̄ōnē ſꝫ mentē aliorum. p^a opi. **Ad istam questionem** dicunt quidaꝫ cuius opinionis fuit Magister: ꝙ quāuis cibi ⁊ humores in carnes: ⁊ sanguinem transeant: non tamen transeunt in veritatem humane nature. Dicunt enim ꝙ primi parentes in gnōne filij deciderunt aliquā partē sue ꝓprie sbe. Et illa per naꝫ multiplicata est in seipsa sine ꝯuersione alicuius in seipsam. Et similiter dicūt de illo genito respectu prolis sue. Et h̄ solum dicunt pertinere ad illam carneꝫ que est de veritate humane nature. Caro aūt in quā ꝯuertiꝰ nutrimentum fomentum est carnis predicte ne a naturali calore ꝯsumatur: sicut cum auro in fornace plūbuꝫ ponitur ne ꝯsumatur aurum ab igne. Et hāc carneꝫ dicūt esse non resurgēdam: sed tantūmodo carneꝫ a primis pa-

ꝯ opionē rentibus tractam. ¶ Sed ꝯtra hanc opionez arguo sic: Hugo primo lib. de sacra. par. 6. ca. 36. de nihilo aliquid facere: ⁊ de aliquo aliquā in maius: ⁊ de aliqbus aliquid in minus: siue de aliquo nihil: solus de⁹ pōt. Unde ꝙ illa parua portio a primis parētibus decisa esset multipli-

cata

cata intrinsecus: vt de illa esset facta caro omnium hominum: qui ab adam naturaliter descenderunt: sine alicuius alimenti conuersione in carnem nō potuit esse per opus nature: ⁊ ex cōsequenti sequeretur ꝙ actio nutritiue ⁊ generatiue nō eēnt naturales actiones: sed miraculose: qđ falsum est.

2ª opio.

¶ Alij dicunt ꝙ aliquid de nutrimento conuertitur in verā carnem equalem in virtute carni relique post conuersionem factam: quia virtus que est in semine est quedā impressio deriuata ab anima generantis. Unde nō potest eē maioris virtutis in agendo ꝗ̄ ipsa anima a qua deriuatur. Cum ergo per virtutem que est in semine: vere trāsmutetur mā ad carnem equalem in virtute carni generantis: multo fortius per potentiam nutritiuam ipsius anime pōt nutrimentum cōuerti in verā carnem equalem in virtute relique carni ipsius nutrimenti.

Contra opi.

¶ Sed contra hāc opionem arguitur ꝙ si esset vera hec opinio posset tota prima caro defluere: ⁊ per successionem alia caro substitui: ⁊ sic posset corpus hominis totaliter fieri aliud in numero per naturam: qđ est inconueniēs. Hec effugere possunt per quoddā exemplū qđ adducunt dicētes ꝙ si igni radicato in multitudine lignorum addantur successiue ligna: ⁊ per istum modum continue nutriatur: manet idem ignis in numero: etiam postꝗ̄ ligna prima fuerint combusta: quia si asser vnus putridus esset in naui: ⁊ alius sanus substitueretur ⁊ sic deinceps: quousque omnes primi asseres essent remoti: ⁊ alij noui substituti: non remane[ret] eadē nauis in numero: quicūque prime naui assimilaretur in forma. ¶ Pōt etiam dici ꝙ ratio adducta pro hac opinione nō cogit: quia cum maior sit nature sollicitudo circa cōseruationē speciei humane ꝗ̄ alicuius īdiuidui signati: ⁊ nutritiua ordinata sit ad conseruationē indiuidui: ⁊ generatiua ad conseruationem speciei. Uidetur ꝙ ab institutore nature: fortior sit īstituta gñatiua ꝗ̄ nutritiua: ⁊ ꝙ adhuc etiam sit fortior: ⁊ ideo non est mirum si semen potest conuertere in carnem fortiorem ꝗ̄ sit caro in quā conuertitur alimentum per nutritiuam. ¶ Preterea virtus generatiua operatur de materia disposita per nutritiuam: quia nutritiua partem de alimento conuertit ad sustentationem indiuidui: ⁊ aliam partem que ad hoc superfluit reponit: ⁊ disponit ad cōseruationem spēi: ⁊ ideo nō est mirum si generatiua conuertit semen in carnem virtuosiorem ꝗ̄ ipsa nutritiua alimentum in qđ operatur absq̄ dispositiōe precedente in nutriente per aliquam aliam virtutem aīe.

A. l. i. nutrimēto. Ad q̄ōnē ſm mentē ppriā. T.c.4.

¶ Uidetur ergo mihi dicēdum ad q̄ōnem: ꝙ sicut dicit phūs. 2. metaphy. vnumquodq̄ sicut se habet: vt sit: ita ⁊ ad veritatem: eadem est ergo essentia rei. Et veritas eius nisi ꝙ ipsa essentia dicitur absolute. Ueritas aūt essentie importat vltra essentiam conformitatem ad suū exēplar qđ habet in diuina mente. Unde dicit Ans. in libro de veritate ca. 7. ꝙ necessitas est in omnium que sunt essentia: ꝙ hec sunt ꝙ in summa veritate sunt. Quicquid ergo est de veritate humane nature tanꝗ̄ aliquid absolutum est de eius essentia ⁊ econuerso. Certum est aūt alimētū nō posse cōuerti in essentiam nature humane ratione sue forme cōpletiue que est anima intellectiua. Si ergo conuertatur in essentiam nature humane: oportet ꝙ conuertatur in carnem que est de essentia humane nature: sub carne cōprehendendo ossa ⁊ alias corporis partes.

Caro significata dicitur.

Caro autē huius indiuidui signati dupliciter pōt intelligi esse de essentia nature humane significate in isto indiuiduo. Uno mō tanquā necessaria ad repositionem illius indiuidui in specie nature humane. Alio modo tanꝗ̄ necessaria ad cōseruationem ipsius indiuidui vsq̄ ad periodum debitam ⁊ ad perfectam quātitatem ipsius. Primo modo nulla caro in isto indiuiduo est de essentia sue nature humane: nisi illa que formata est ex semine a parētibus ministrato. Secūdo modo caro in quā conuertitur nutrimentum in isto indiuiduo est de essentia nature humane ipsius: a completiua enim forma nature humane perficitur ⁊ animatur: ⁊ prout possibile est nature humane vnum constituit cum carne alia. ¶ Sciendum tamē ꝙ prima caro virtuosior est: sicut due rationes ostēdunt facte contra opionem que recitata fuit imediate ante istam. Quibus posset addi tertia: quia forma completiua nature humane: ⁊ istam carnem secūdam nō respicit: nisi propter aliam ⁊ per aliā. Ex quibus sequitur ꝙ prima caro minus est fluēs ꝗ̄ secūda: ⁊ ꝙ prima radicalis dicitur non secūda: ⁊ ꝙ illud qđ deperditur de ea per nutrimentum restaurari nō pōt.

Concordāt medici opioni doctoris.

¶ Quibus dictis concordare videntur periti medici dicentes: in homine esse humidum radicale ⁊ nutrimentale: ⁊ radicale restaurari nō posse. Sicut enim in homine illud duplex humidum ponitur: sic in eo poni potest caro radicalis ⁊ nutrimentalis. ¶ Dico ego ꝙ alimētum conuertitur in essentiam istius corporis humani: non quia cōuertatur in carnem primo modo dictam: sed secundo.

Ad pm̄ ⁊ 2m̄ i opm̄

Duo prima argumenta ad partem istam procedunt de carne secūdo modo dicta.

Ad 3m̄

¶ Ad tertium dicēdum: ꝙ non est simile de generatiōe ignis ex aere ⁊ conuersione nutrimenti in carnem: sed aliqualiter est simile quātum a remotis de illa generatione ⁊ de transmutatione seminis in carnem per generatiuam. Et ego bene concedo ꝙ per ipsum potest semen conuerti in carnem: ita virtuosam ⁊ verā: sicut est caro ipsius generantis.

Ad 4m̄

¶ Ad quartum dicēdum: ꝙ caro potest conuertere nutrimentum in carnem similem sibi prout possibile est nature: ⁊ hoc sufficit ad hoc ꝙ habeat perfectionem naturalem que sibi debetur.

Ad pm̄ pncipale

Ad primum argumentum contra partem istā dicēdum: ꝙ illud verbum saluatoris intelligitur de superfluitatibus immūdis ipsius cibi non cōuenientibus corpori: vnde glosa super illud ⁊ in secessum emittitur: dicit post digestiōes. Uel forte saluator per hoc notare voluit carnem in quā conuertitur nutrimentum esse carnem fluentem respectu alterius carnis: ⁊ eam per fluxum in secessum emitti.

Ad 2m̄

¶ Ad secūdū dicēdum: ꝙ de distinctione carnis in carnem sm̄ mām ⁊ sm̄ speciem quatuor sunt opiniones.

Opiones q̄tuor de carne sm̄ speciem ⁊ sm̄ mām formam. T.c.35.

¶ Una est ꝙ caro sm̄ spēm est tm̄ illa que est a parentibus tracta per opus generatiue: eo ꝙ in illa fundatur species: ⁊ caro in quam conuertitur nutrimentum est caro non sm̄ speciem: sed sm̄ materiam: quia aduenit post repositionem hominis in specie. Unde cum Aristoteles dicit ꝙ vnaqueq̄ talium partium est duplex quēadmodū ⁊ aliorum in materia speciem habentium: dicunt sic exponēdum: aliorum .s. nutribilium: vt sunt plante in materia speciē habētium .i. que distinguuntur in partem sm̄ materiam ⁊ formam: sicut de carne ⁊ osse dictum est. Sed quātum sm̄ aliquem respectum predicta distinctio sit rōnabilis: non tamē illo mō loquitur phūs de carne sm̄ mām ⁊ sm̄ spēm: vnde predicta expositio sue littere extorta est violenter.

2ª opio.

¶ Alia opinio est ꝙ caro sm̄ speciem dicitur illa que per se potest in opus carnis: ⁊ illa sm̄ materiā que per se nō pōt in opus carnis. Et dicunt aliqui ꝙ talis est caro in quam conuertitur nutrimentum: quia per se nō posset in opus carnis: sed coniuncta cum carne a parentibus tracta: sed illa posset sine ista. Uidetur tamē magis esse intentio phūi ꝙ etiam in carne tracta a parentibus sit caro sm̄ materiam ⁊ sm̄ speciem.

3ª opio.

¶ Unde tertia opinio est ꝙ caro sm̄ materiam est ita modica portio carnis: ꝙ per se nō posset in opus carnis. Et caro sm̄ spēm est ita magna carnis portio: ꝙ per se posset in opus carnis: ⁊ cuilibet parti tali dicit aduenire aliquid de nutrimento: ⁊ ideo quālibet talem partem dicit augeri.

4ª opio.

¶ Quarta opinio est ꝙ carnem sm̄ speciem vocat formam carnis: ⁊ carnem sm̄ materiā ipsius carnis materiam: ⁊ materiā dicit fluere ⁊ formam manere: quia cū tantū fit de materia sub vna parte forme ꝙ inde

possint fieri plures partes fluente vna parte potest salua
ri forma in alia parte quousq; alia pars materie p nutri-
mentum substituat loco illius partis materie que deflu-
5ª opio. xit. ¶ Quinta etiam fuit opinio: ꝙ sicut homo sm spe-
ciem dicit homo non signatus: sed homo in cõmuni: ⁊ hõ
sm materiaz dicit põt qũlibet hominis indiuiduũ: ⁊ spe-
cies manet: ⁊ indiuidua fluunt: sic dicũt ꝙ phs vocauit
carnem in cõmuni: carnem sm speciez: ⁊ quãcũq; partẽ
carnis signataz carnẽ sm mãm: ⁊ quecũq; pars signata fluit:
⁊ ideo dicitur ꝙ caro sm mãm est fluẽs. Et sm hãc opi-
nionem: caro sm spẽm dicit cõpositum ex forma carnis
⁊ materia in cõmuni: ⁊ caro sm mãm compositũ ex for
ma carnis ⁊ materia signata. ¶ His ergo opinionib⁹ visis:
que magis recitate sunt ꝓpter pħi expõnẽ: q̃ ꝓpter ar-
gumentũ solutionem: dico ꝙ nõ sola caro sm spẽm est de
veritate humane nature istius indiuidui: vt argumentũ
supponebat: sed etiam caro sm mãm: accipiendo verita-
tem humane nature modo secundo exposito in corpore
Ad 3ᵐ questionis. ¶ Ad tertium dicẽduz sm aliquos ꝙ in nu-
trimento fit resolutio vsq; ad essentiaz materie pꝛime: ⁊
illa materia fit sub forma carnis preexistente: ⁊ informat
ab ea: ⁊ quia ipsa materia sic per se cõsiderata non est cor
pus ⁊ plures ptes materie simul esse possunt: ideo dicũt
ꝙ illud qđ ministratur de alimẽto: recipit in pleno: nec
ꝓpter h̄ duo corpora simul sunt. ¶ Alij dicũt ꝙ ipsa hu
miditas nutrimentalis recipit in poris existentib⁹ in mẽ-
bris non vacuis: sed plenis humiditate subtili: que adue
niente ista secũda humiditate inspissatur: ⁊ sic minorem
locum occupat. Et h̄ secunda in illa parte pori succedit
nec ꝓpter h̄ dici potest ꝙ in tota carne nõ sint: nisi pori:
quia inter porum ⁊ aliuz poruz ꝓpinquissimũ sibi: semp
T.c.32. est aliquid de carne: sine poro: vnde cum dĩ.i. de genera-
tione ꝙ quelibet pars aucti est aucta intelligẽdum est in
forma totius: vel sm qđcũq; signum sensatum: vt etiam
videt sentire phs. Et ideo dicũt aliqui ꝙ qđlibet signuz
sensatum carnis vocat carnem sm spẽm quoin quãlibet
Ad 4ᵐ partem carnis sm spẽm dicat augeri. ¶ Ad quartum di
cẽdum: ꝙ sm opionem dicentiũ ꝙ materia nutrimenti
expoliatur omni forma: ⁊ fit sub forma nutriti p̄existẽte:
absq; h̄ ꝙ aliqua forma educat de potẽtia materie alimẽ
ti facile est videre differẽtiam inter nutritionem ⁊ gene-
rationem. Si autem ponatur aliqua forma educi de ma-
teria nutrimenti cõueniens ipsi nutrito: adhuc ꝓpter ge
neratio dici non põt: quia nõ fit illa eductio: nisi post sui
vnionem cum nutrito. Et ponunt aliqui exemplum de
nutritione ignis: si enim materia qua nutriri debet incẽ
datur per se ⁊ postea alij materie substitueretur: esset no
ui ignis generatio: si autem ponat cum alijs lignis inflã-
Cõtra so matio: dicitur ignis nutriri ⁊ nõ nouus ignis. Sed h̄ so
lutionez. lutio falsum includit: ⁊ non est enim eius: q: siue lignũ
qđ additur igni: prius accendat per se: siue in cõiunctio
ne cum alijs: semper est generatio alicui⁹ partis flamme:
quia eadem flãma in numero existens in vno ligno: vel
aliqua pars eius non fit in alio ligno: si ergo illud lignuz
apposituin inflãmatur: opz ꝙ aliqua noua flãma genere
tur. ¶ Dico ergo ꝙ postq̃ humiditas nutrimẽtalis in
bibita est in poris membroꝝ: sicut nõ est incõueniens ꝙ
ibi corrumpat aliqua forma: ita nõ est incõueniens ꝙ de
materia ei⁹ educatur aliqua forma carnis icõpleta: ⁊ sic
fiat sub forma carnis completa p̄existente: talis enim ge-
neratio non est a potẽtia generatiua: put distincta est cõ-
Ad 5ᵐ tra nutritiuam ¶ Ad qntum dicẽdum: ꝙ argumẽtum
bene procederet: si alimentum conuerteret in veram car
nem humanam pꝛimo modo dictam: h̄ est in carnẽ equa
lem in virtute carni formate ex semine a parentibus mi-
nistrato. Sed non est ita: vt⁹ in corpore q̃onis visum est.
Ad 6ᵐ ¶ Ad sextum dicẽdum: ꝙ si poneremus ꝙ caro in quã
conuertitur nutrimentuz esset equalis in virtute alij car
ni post conuersionem factam: adhuc nõ posset concludi
ꝙ homo esset incorruptibilis naturalr. Quia cuz omne T.c.17.
agens physicum in agendo patiat sm pħm. 3. physicoꝝ
caro tracta a parentibus per conuersionem alimenti in
carnem patitur ex cõsequenti debilitat plus ⁊ plus: ita
tandem ꝙ ad vltimum deficit virtus in ea. Sed si pone
remus ꝙ caro in quã conuertitur nutrimẽtum eẽt equa
lis in virtute carni tracte a parentibus: anteq̃ sit aliqd
passa ⁊ in aliquo debilitata ad h̄ sequeret hominẽ esse na
turalr immortalem per ministrationẽ alimenti. ¶ Pre-
terea sicut visum est in corpore q̃onis: alimentũ nõ dĩ cõ
uerti in veritatem humane nature: q: cõuertatur in car
nem equalez in virtute carni tracte a parentibus: etiam
postq̃ passa est ab alimento ꝙ per ipsum in carnem con
uertitur. Sed dicit conuerti in veritatem humane natu
re sm modum quẽdam aliuz expositũ in corpore q̃onis.
¶ Ad septimũ dicẽduz: ꝙ nutrimẽtũ sm sniam pħi. 2. Ad 7ᵐ
de anima: potest considerari ante suaz decoctionẽ: ⁊ post T.c.45.
suam decoctionem completaz. Pꝛimo modo est dissimi
le. Scđo mõ fit simile: vnde dico ꝙ natura carnis pati-
tur a nutrimento pꝛimo modo dicto non secundo.

¶ Questio. II. Q̃ō. II.

Secundo queritur vtruz ge- Ar. pᵒ
neratio fi-
at de superfluo alimenti: siue de substãtia gene
rantis: ⁊ ostẽdo qđ de substãtia generantis tm̃:
quia sm Dam. lib. i. ca. 8. Generatio est ex substantia ge-
nerantis produci qđ generat sm substãtiam. ¶ Itez sm Secũdo.
Aug. 10. super geñ. inter principium ⁊ finem: quasi eque
distanter: leui ⁊ chꝛistus sm carnẽ fuerũt in lumbis abra
he: sed leui sm concupiscentiam carnalem: Chꝛistus aũt
sm substãtiam corporalem. Hoc aũt verum nõ esset: nisi Tertio.
de substãtia parentum esset generatio filioꝝ. ¶ Item
statim cum adam fuit plasmatus anteq̃ comedisset po-
tuisset transfundere semen ad generãdum: q: fuit factus
pfectus. Et sicut dicit phs. 4. meta. tũc vnũqđq; perfe- T.c.19. ⁊
ctum est: cum potest perficere tale alterum: quale ipsum 2ᵒ de aĩa.
est. Sed si generatio esset de superfluo alimenti: ⁊ nõ de T.c.34.
substantia generantis adam ante comestionem semẽ trãs
fundere non potuisset. ¶ Item cum superfluum alimẽ Quarto.
ti aliquando sit generatum ex carnibus porcinis: vel bo-
uinis si fieret generatio de illo superfluo: ⁊ non de substã
tia generantis: magis attineret filius illi porco: vel boui
q̃ patri suo: qđ falsum est. ¶ Item ex parentibus lepro Quinto.
sis generantur filij leprosi: qđ non videret necessarium si
filij non generarent de substantia parẽtum suoꝝ. ¶ Itẽ Sexto.
ex emissione superflui nõ debilitatur natura: sed p emis-
sionem multi seminis natura debilitatur: ergo semen nõ
est de superfluo alimenti: videtur ergo ꝙ de substãtia ge
nerantis. ¶ Item filij magis assimilantur parentib⁹ q̃ Septio.
extraneis. Sed si non generarentur de substantia paren-
tum suorum non videret rõ: quare magis assimilarẽtur
parentibus q̃ alijs: ergo generant filij aut tm̃ ex substã
tia parentum: aut saltem ex substantia parentum mixta
cum superfluitate alimenti.

Contra phs. 15. de animalib⁹ dicit: ꝙ semen est su- In opp.ᵐ
perfluitas vltimi cibi. ¶ Itez per resolu- Secũdo.
tionem alicuius qđ est de substantia corporis grauat na-
turã: sed per remissionem seminis non semp grauat na-
turã: imo aliquando iuuatur: ergo semen non fit de ali-
quo qđ resoluat ex substantia generantis. ¶ Itẽ semen Tertio.
habet situm determinatuz in corpore: scilicet in vasis se-
minarijs. Sed ea q̃ resoluunt a corpore nõ hñt sitũ deter
minatũ in corpore. Sicut pz in sudore: ⁊ silib⁹: ergo vide
tur ꝙ in semine de quo fit ꝓlis gñatio: nihil est resolutũ Ad q̃onẽ
a corpore: qđ ante actũ fuisset de substantia generantis. sm mẽtẽ

Ad istam questionem dicunt qdam: ꝙ semen de alioꝝ uñ.
quo gñatur fil⁹: nõ tm̃ est de substantia opi. p̄ma

proximoꝝ

proximorum parentum: sed etiã primorum: quia primi parentes deciderũt aliquã portionem sue substãtie: que per sui multiplicationem sine alicuius alterius cõuersione in ipsam facta est sufficiens proli sue: et proles a primis parẽtibus immediate genita simili mõ genuit ꝓlem suã: et sic deinceps.

Contra opi. primam.

¶ Sed hec opio nõ est rõnabilis: includit .n. generationẽ corporum humanorum nõ esse naturalẽ: talis enim multiplicatio soli deo possibilis est. Sicut in q̃one precedenti ostensum est. Et si homo profundius cõsideret videre potest q talis opinio includit aliq̃ substãtiã per naturam fieri nõ de aliquo.

2ª opio.

¶ Alij dicunt q semen et si non fit de substãtia remotorum parentum: tamen est de substãtia proximorum tñ.

Contra opi. secũdam.

¶ Sed cõtra Aug. de vera religi. longe vltra medium libri dicit q alimenta corpori non apta per cõgruos meatus eyciuntur: quorum aliud feculentissimum redditur terre ad alias formas assumẽdas: aliud per totum corpus exhalat: aliud totius animalis latentes numeros accipit: et inchoatur in prolem.

3ª opio.

¶ Alij dicunt q semen cõstituitur ex aliquo resoluto de substãtia generãtis: et ex superfluitate cibi tertia digestionem digesti: simul cõmixtis. Nõ enim videtur eis rõnabile q semẽ tñ sit cõstitutũ ex superfluo tertie digestionis ꝓpter rõnes adductas in opponendo cõtra hanc partẽ.

Ad q̃onẽ sm mentẽ ꝓpriã.

¶ Ego aũt sine preiudicio dico q semẽ cõstituitur de superfluo alimẽti: et q nihil est ibi qd ante fuerit de substantia parentum in actu.

Sperma quõ gñat.

¶ Ad cuius intelligẽtiam sciẽdum q cibus digeritur in stomacho digestione prima: si non computetur illa que est in ore: in epate digestione secũda: et ibi generantur humores: deinde humores deriuãtur per membra: et ibi digeritur cibus tertia digestione: et per nutritiuã cõuertitur pars in substãtiam corporis ad ꝯseruationẽ indiuidui: et alia reponitur ad cõseruationem spẽi: et sic patet q nutritiua ꝓparat et disponit materiam generatiue.

De quo semen.

Est ergo semen de superfluo tertie digestionis: superfluum dico indiuiduo: quia necessarium est speciei cõseruãde per naturam.

Cõfirmatur opio auctẽte rõe et signo. Auctẽte.

¶ Hec aũt opinio cõfirmari põt per auctoritatem: et per rõnem: et per signa. ¶ Dicit enim phs. 15. de animalibus: q sperma non est nisi superfluitas cibi vltimi: et paruũ post sperma est superfluũ vltimi cibi sanguinei qui spargitur per mẽbra. ¶ Item Auic. 15. de animalibus cap. viii. dicit sic q est res certa: q sperma est superfluitas vltime digestiõis: et est superfluitas bñ digesta: et est posita in creatura ꝓpter iuuamẽtum: et albescit ꝓpter fortitudinem digestionis: et quãdo fit cum nimio conamine exibit sanguinolẽtum: et ita sanguis menstruus est superfluitas vltime digestionis: sed nõ puenit vsq ad digestionem spermatis.

Mestruus sãguis qd.

Ratiõe.

¶ Secũdo cõfirmo opinionem per rõnem. Si enim aliquid resoluitur de substãtia parẽtum in actu de quo fiat semen per se: vel per sui cõmixtionẽ cum superfluo alimenti: aut retinet naturam eius a quo resoluitur: et de cuius substãtia fuit in actu: aut non: si nõ: tũc resoluitur ab eo per viam corruptionis: per quã recedit a natura generãtis: et sic nõ remanet virtus in eo ad trãsmutãdum materiam ad formã similẽ generãti. ¶ Preterea iam nõ superflue trãsmutasset illam humiditatẽ tertie digestionis ex qua generãda erat proles: q sm opionem que ponit semen fieri per dissolutionem alicuius a corpore oporteret reduci illam portionem ad statũ illum in quo erat post vltimã digestionẽ ante q̃ in substã. iam corporis esset conuersa. ¶ Si aũt in actu retinet naturã eius a quo resoluitur: aut resolutum est ab aliqua parte corporis determinata: tñ aut ab oĩbus partibus. Si primo modo nõ esset in eo virtus mouendi materiam ad materiã partium aliarum. Si secũdo modo illud resolutũ esset quõdam paruum aial in actu: quia actualiter haberet materiã et formam silem aiali a quo resolutũ est: et virtutes omniũ partium corporis in actu: quod falsum est. Nihil ergo dissoluitur ad hoc vt fiat semen: vel pars seminis quod prius esset de substantia parentum in actu: restat ergo q fit de superfluo vltime digestiõis tñ. ¶ Cui ꝯcordat phs. 15. de animalibus dicens: q sperma est superfluum et non est sm viam dissolutionis: vt in eodem libro dicit postea: q sermo fingentium qd sperma est dissolutum est falsus.

Signo.

¶ Tertio confirmo opionẽ per signa: vnum est: q multa et superflua comestio augmentat materiam spermatis et excitat generatiuam. ¶ Aliud est: q ceteris paribus minuitur sperma in illis qui forte hñt tertiam digestionem et multo indigẽt cibo. Unde Auic. 15. de aialibus ca. penul. dicit q nõ inuenitur sperma in pueris: qm sua digestio tertia est fortis: et sua necessitas ad cibum est multa: et tũc nõ erit in eis superfluitas supple seminalis.

Cur sperma nõ inuenitur i pueris: et pingues parũ spermatizẽt.

¶ Aliud est: quia sicut dicit phs. 15. de aialibus: hoies multe carnis et multe pinguedinis non spermatizant nisi modicum: et huius est ratio: q paruum remanet de superfluitate: q nutritiua multum conuertit de illa in substantiam nutriti. ¶ Ad hoc etiam possent adduci multa alia signa que aduitãdum prolixitatem dimitto.

Ad primũ

De q̃ sba pris generãt filij.

Ad primum in oppositum dicẽdum: q pro tãto filij dicuntur generari de substãtia patris: nõ quia generentur de eo qd erat de substãtia patris in actu: sed in potẽtia ꝓpinqua: quia illud superfluum de quo fit semen est in ꝓpinquissima dispõne ad hoc vt conuertatur in corporis substãtiam: et deciditur cũ quadam virtute ab anima patris diriuata: et pro tãto dicitur fuisse leui in lumbis abrahe sm corpulentam substãtiam et rõnem seminalem. ¶ Et sic patet solutio ad secundum.

Ad 2m

Ad 3m

¶ Ad tertiũ dicẽdum q sm phm. i. lib. de somno et vigi. humores sunt corporis nutrimẽtum: vnde cibus si nutrire debeat conuertitur in humores: qui postea deriuãtur ad membra. Cum aũt adam fuerit factus perfectus: fuerunt in eo producti humores qui et possent nutrire indiuiduum et de quibus posset remanere aliqua superfluitas que posset esse generatiõis principiũ vsq ad aliqd tps: quo sm dictamen sue rõnis comedere debuisset.

Ad 4m

¶ Ad quartum dicẽdum: q quãuis illud superfluum generatum sit de carnibus porcinis: q tamen iam in tm̃ transmutatum est: et corpori paterno assimilatũ per virtutem nutritiue: ita vt sit in propinquissima dispõne ad hoc vt ꝯuertatur in substãtiam corporis: et cum deciditur transmittitur cum eo virtus ab anima patris deriuata: ideo fetus de illo genitus attinet patri et non porco: q attinentia nõ attenditur sm materiam: sed sm formã et virtutem ab anima deriuatam. Si enim attinẽtia esset sm materiam: vt grosso modo loquar: et inter res non viuentes eẽt attinẽtia: ignis genitus ex materia aeris maiorem ꝓpinquitatem haberet ad aerem de cuius materia genitus est q̃ ad ignem generãtem: qd tamen aperte falsum est.

Attinentia attẽditur sm formã et nõ sm mãm

Ad 5m

¶ Ad quintum dicẽdum: q in parẽtibus leprosis illud superfluum tertie digestionis ꝓpter sui magnam ꝓpinquitatẽ ad hoc vt cõuertatur in substãtiam corporis iam infectum est: et preterea spiritus in quibus est vis informatiua deriuata ab anima patris infecti sunt: et ipsa vis etiam infecta est: et ideo transmutat semen ad formam corporis simili infectione infecti.

Ad 6m

Cur nõ debilitat multi seminis emissione.

¶ Ad sextum dicẽdum: q per emissionẽ seminis temperatam natura nõ debilitatur: sed iuuatur. Sed q virtus generatiua imperat nutritiue: cum homo nimis exit in actum generatiue parum conuertit nutritiua de humiditate tertia digestione digesta: et multum reponitur de ea ad opus generatiue: et ꝓpter hoc extenuatur corpus hominum excedẽtium in coitu: q non est quo sufficienter restauretur illud qd in eorum corporibus deperditur. Cui cõcordat Auic. 15. de animalibus ca. penul. dicẽs q spermatis eiectio nõ inducit infirmitatem: sed etiam iuuat: nisi fortasse alteretur per viam corruptiõis.

Ad 7m

¶ Ad septimum dicẽdum: q assimilatio generantis ad genitum: nõ est ꝓpter naturam materie: sed est per virtutem in forma

Virt⁹ in formati/ua assila/tióis exi/stit cā.

tiuam traductam cum semine:eo ꝙ retinet similitudiné paterne virtutis a qua deriuaẜ:ꝛ quátum in se est magis mouet ad assimilationé parentis propinqui. Sed aliquá do non potest ꝓpter indispositionem materie:vel alicu/ius alterius cause impedientis effectum.

CIrca litteram: se iniquitatibus cõceptum dicit. dicendum: iniquitates vocat peccatuꝫ originale: quia quãuis sit vnũ in vno: plures tamé ex illo oriuntur defectus: nisi per fidem mediatoris: p fidem. s. in actu: vel in habitu: originale peccatuꝫ dicitur fomes peccati. Nota ꝙ hic peccatum originale octo noĩbus nominaẜ ſm rationes diuersas. Quia per comparationé ad terminum a quo diciẜ lex carnis: quia est a carne: per comparationem ad viam per quá cõtrahitur diciẜ originale: quia contrahiẜ ab origine: per comparationeꝫ ad illud ad qꝺ inclinat a remotis: dicitur concupiscibilitas. Per cõparationem ad illud ad qꝺ inclinat de propinquo: diciẜ cõcupiscentia. Inquátum aũt fouet malas inclinatiões: dicitur fomes. Per comparationem aũt ad subiectuꝫ: qꝺ est anima rõnalis: dicitur tyrãnus. Per comparationeꝫ ad naturam corruptam: dicitur lex nature. Per comparationem ad carnem: lex membroꝝ: omnes peccauerũt in adam vt in materia. Hoc exponi potest sic: quia tota substantia corporis nostri fuit in primis parentib⁹ in virtute: vt in illo esset. i. vt in adam esset per causaꝫ. Querit forte vtrum originale peccatum sit ex voluntate. Respõdeo ꝙ ex volũtate aĩe intrauit: vt ex causa prima: sed ex natura destituta: vt ex causa proxima: nõ aliunde: sed in se augmentaretur illa substantia: h fuit opinio magistri: vnde per suam opinioneꝫ in questionibus recitatam videri potest quid hic intendit.

Peccatũ originale diuersis noĩb⁹ nominatur.

¶ Quomodo peccatuꝫ originale a patribus trãseat in filios: an ſm animam an ſm carnem.

Dis. 31.

Distinctio. XXXI.

NUnc superest inuestigare qualiter illud peccatum a patribus traducatur in filios. s. an ſm solam animam: an ſm carneꝫ: siue ſm vtrũqꝫ: Putauerunt quidam ſm animaꝫ trahi peccatum originale: nõ solum ſm carnem: quia nõ soluꝫ carnem: sed ꝛ animá extraduce esse arbitrati sunt. Sicut enĩ in generatione prolis de carne paterna substãtialiter trahitur caro: ita etiam de gignentis anima: animá geniti eẽntialiter deduci ab his existimabatur. Ideoqꝫ sicut de corrupta carne caro corrupta seminaẜ: ita etiaꝫ de anima peccatrice anima peccatrix corruptione originali infecta: ab illis trahi dicitur.

Opinio quorũdá male credẽtiũ animas esse ex̃duce.

¶ Predictam opinionem damnat: ꝛ ꝙ per carneꝫ traducatur peccatuꝫ dicit: ꝛ quõ ostendit.

HOc autem fides catholica respuit: ꝛ tanqꝫ veritati aduersuꝫ damnat: que non animas: sed carneꝫ solam sicut superius diximus extraduce esse admittit. Non ergo ſm animaꝫ: sed ſm carneꝫ solaꝫ peccatuꝫ originale trahitur a parentibus. Est enim peccatuꝫ originale: vt supra diximus concupiscentia non quidem actus: sed vitium. Ipsa concupiscẽtia est lex membroruꝫ vel carnis que est morbidus quidaꝫ affectus vel languor qui cõmouet illicituꝫ desiderium. i. carnis leꝫ cõcupiscentiá que lex peccati dicitur. Que dicitur manere in carne: nõ quin in aĩa sit: sed quia per corruptioné carnis in anima sit.

Vñ aug. ad Vale.

Quaẜ cõcupia dĩ eẽ ĩ carne

¶ Causam corruptionis carnis ostendit: ex qua in anima peccatum sit.

CAro enim propter peccatum corrupta fuit in adá adeo vt cuꝫ ante peccatuꝫ vir ꝛ mulier sine incentiuo libidinis ꝛ cõcupiscentie feruore possent cõuenire: essetqꝫ thorus imaculatus iaꝫ post peccatuꝫ non valeat fieri carnalis copula absqꝫ libidinosa concupiscẽtia: que semper vitiuꝫ est: ꝛ etiam culpa nisi excusetur per bona coniugij. In concupiscẽtia ergo ꝛ libidine ꝯcipitur caro formáda in corpus prolis. Unde caro ipsa que concipitur in vitiosa concupiscentia polluitur ꝛ corrumpiẜ: ex cuius contactu anima cuꝫ infunditur maculá trahit: qua polluitur ꝛ fit rea. i. vitiũ cõcupiscentie: que est originale peccatuꝫ.

¶ Q̃ ꝓpter corruptioné carnis que est causa peccati dicitur peccatum esse in carne.

IDeoqꝫ ipsum peccatum diciẜ manere in carne. Caro ergo que in concupiscentia libidinis seminatur: nec culpaꝫ habet: nec actum culpe: sed causaꝫ. In eo ergo qꝺ seminatur: corruptio est. In eo auté ꝙ nascitur concupiscentia: vitiũ est. Uñ Amb. de verbis apostoli sic ait. Quomodo habitat peccatum in carne: cum non sit substãtia: sed priuatio boni: Ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatuꝫ: ipsaqꝫ corruptio per conditioné offensionis manet in corpore: robur tenens diuine sententie date in adaꝫ: cuius consortio anima maculatur peccato. Per id ergo ꝙ facti causa manet: inhabitare dicitur peccatuꝫ in carne hec est lex carnis. Ideꝫ. Non habitat peccatuꝫ in aĩa: sed in carne: q: peccati causa ex carne est non ex anima: quia caro ẽ ex origine carnis peccati: ꝛ per traducem carnis caro fit causa peccati: anima vero non traducitur: ꝛ ideo in se causam peccati non habet. Aug. quoqꝫ ex carne peccatuꝫ animaꝫ contrahere in sermone quodaꝫ de verbis apostoli ostendit dicens. Uitium concupiscẽtie est qꝺ anima ex carne contrahit. Natura quippe humana non opere dei cuꝫ vitio primitus est instituta: sed ex voluntatis arbitrio prioruꝫ hominũ venienti vitio est sauciata: ita vt nõ sit in carne bonũ: sed vitiuꝫ quo inficitur anima.

Amb.

Augu.

¶ De causa originalis peccati que est in carne vtrum sit culpa an pena.

HIc queri solet vtrũ causa peccati originalis q̃ dicta est eẽ in carne culpa sit vl' pena siue aliquid aliud: Culpa eẽ nõ potest: quia culpa nõ

est in re irrationali. Si enim culpa esset in carne ante infusionem anime actualis eēt vel originalis. Sed actualis ibi non est nec originalis culpa est: quia ipsa causa est originalis peccati. Si autem pena est: que est illa: passibilitas vel mortalitas vł alia corruptio? Hos enī defectus carni inesse constat.

¶ Hic aperitur qd sit fedeitas tracta ex libidine coeuntium: que vitium vel corruptio dici pōt.

Id quod dici pōt quia multiplex defectus carnis & precipue pollutio quedā quā ex feruore coitus parentū & concupiscentia libidinosa contrahit caro dū concipitur: causa est originalis peccati: que recte vitium siue corruptio carnis appellari potest. Que feditas maior videtur esse in carne cōcupiscentialiter traducta q̄ in ea vnde traducitur. Et q̄ vitiū vel corruptio sit in carne ante coniunctionem anime: effectu probatur: cū anima infunditur que ex corruptiōe carnis maculaṫ. Sicut l vase dinoscitur vitiū esse cū vinū infusū acescit.

¶ Inductu similiū ostendit non absurde dici filios trahere peccatū a parētibus etiā mūdatis.

Ne aūt miremur & itellectu turbemur audientes peccatū originale filios traducere a parentibus iam per baptismum ab illo peccato mundatis: diuersarum similitudinū inductione id posse fieri insinuat Augu. in libro de baptismo paruulorum ita inquiens. Quomodo preputium per circūcisionem aufertur: manet tamen in eo quem genuerit circūcisi. Quomodo etiā palea que opere humano tāta diligentia separatur: manet tamē in fructu qui de purgato nascitur tritico: ita peccatū qđ in parentibus per baptismū mundaṫ: manet in eis quos genuerunt. Ex hoc enim gignunt qđ adhuc vetustum trahunt: non ex hoc q̄ lex in nouitate promouit eos inter filios dei. Nō enim generant parentes filios sm̄ illam generationē qua denuo nati sunt: sed potius sm̄ illā qua carnaliter: & ipsi primū sunt generati.

Quos per propagatiōez dscēdit.

¶ Quare dicaṫ originale hic dicitur cū epilogo.

Jam ostensum est quid sit originale peccatū: & qualiter a parentibus in filios: & per carnē in animam transeat. Ex quibus etiam innotescit quare dicatur originale peccatum: ideo. s. quia ex vitiosa lege originis nostre in qua concipimur. s. carnis libidinosa cōcupiscentia traducitur: vt supra dictum est. Nō enim quia ex carne tracta ab adā concepti sumus: ideo peccatum trahimus: quia & christi corpus ex eadē carne formatum est: que ab adam descendit: sed eius conceptus est celebratus non lege peccati: idest concupiscētia carnis: vnde & caro eius peccatrix non fuit: imo operatione spiritussancti. Noster vero conceptus nō fit sine libidine: & ideo nō est sine peccato. Qđ euidēter Aug. ostendit in libro de fide ad petrū dicēs. Quia dum sibi inuicem vir mulierq̄ miscentur: sine libidine non est parentum concubitus: ob hoc filiorum ex eorum carne nascētium non potest sine peccato esse cōceptus: vbi peccatū in paruulos nō trāsmittit propagatio: sed libido: nec fecunditas humane nature facit homines cum peccato nasci: sed feditas libidinis quā homines habēt ex illius iustissima cōdēnatione peccati. Ideo beatus Dauid propter originale peccatum quo naturaliter obstricti sunt filij ire: dicit. In iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis cōcepit me mater mea. Ex hoc itaq̄ apparet ex lege cōceptionis traduci originale peccatum: quia nisi conceptio sic fieret in carne: anima ex carnis coniunctione concupiscentie vitium non traheret.

Aug. i li. ð fide ad Petrum

¶ Obiectio quorūdam nitentium probare peccatum non traduci ex lege coitus.

Sed ad hoc opponiṫ hoc modo. In ipso conceptu vbi dicitur transmitti peccatū: propagatur caro: nec tamē infunditur anima sm̄ physicos: sed iam effigiato corpore. Quod etiam moyses in Exoď. aperte significat: vbi ait de percussura mulieris pregnantis. Si quis inquit percusserit mulierem pregnantem & abortū fecerit: si adhuc informe fuerit puerperiū: mulctabitur pecunia. Si autem formatū fuerit: reddat animam pro anima. Formatum vero intelligitur propria anima animatum: & informe qđ nondum habet animam. In ipso ergo cōceptu cū caro propagatur: nondum infunditur anima. Quomodo ergo ibi peccatum trāsmittitur: cū peccatum non possit esse vbi anima nō est? Ad qđ dici potest: quia in illo conceptu dicitur peccatum transmitti: non quia peccatum originale ibi sit: sed quia caro ibi cōtrahit id ex quo peccatum fit in anima cum infunditur. Et vtrūq̄ vocatur conceptus: scilicet cum & caro propagatur: formamq̄ corporis humani recipit: & cū anima infundiṫ: qđ aliquādo etiā dr̄ natiuitas. Unde: qđ natū est in te. Proprie aūt natiuitas diciṫ in lucē editio. Dis. XXXI.

Rñsio cū solutiōe.

NUnc superest inuestigare &c. Superius determinauit magister de peccati originalis quiditate. Hic determinat de eius transfusione. Et diuiditur in partes tres. ¶ Primo agit de trāsfusionis modo. ¶ Secūdo de trāsfusionis causa. ibi. Hic queri solet. ¶ Tertio de nominis rōne. ibi. Jam ostensū est. Prima in tres. ¶ Primo narrat quorūdā opinionē erroneam. ¶ Secundo opinionis reprehensionem. ibi. Hoc autē fideo. ¶ Tertio veritatis narrationem. ibi. Caro enim. Illa

pars q̄ icipit.[Hic solet q̄ri.] diuiditur in duas. ¶ Primo de causa transfusionis originalis peccati mouet questionem: et subdit eius solutionem. ¶ Secūdo ponit responsionis explanationē. ibi.[Ne aūt miremur.] ¶ Illa pars que ibi incipit.[Iaz ostēsuz est.] diuiditur in duas. ¶ Primo assignat nois rōnem. ¶ Secūdo ex hoc mouet aliā q̄nē: et subdit solonē. ibi.[Sz ad hoc opponit.]

Circa hanc dis. queritur de duobus pncipalr. ¶ Primo de modo trāsfundendi originale peccatū. ¶ Secūdo de illius trāsfusionis causa. ¶ Circa primum querunt tria. ¶ Primo vtrum originale peccatū per prius sit in eēntia anime q̄z in potētia. ¶ Secundo vtruz per prius inficiatur a carne potētia vegetatiua: q̄z sensitiua: vel intellectiua. ¶ Tertio vtrum potentia generatiua iter oēs alias potētias sit magis ifecta. Qō. I.

Qō. I.
Ar. p°

Primo ostendo q̄ peccatuz originale per pri° sit in essentia anime q̄z in potētia: quia anima contrahit peccatuz originale ex vnione sui ad carnem infectam. Sed per prius vnit sm eēntiaz q̄z sm potētiā: ergo peccatū originale per prius est in eēntia q̄z in aliqua potentia.

Secūdo.

¶ Item per prius est peccatū originale in anima sub rōne qua ē forma q̄z sub rōne qua motor: cū non causetur in anima per aliquam anime motionem. Sed aīa est forma ratione essentie: motor rōne potētie: ergo per prius est peccatum originale in anime essentia q̄z in anima eius potētia.

Tertio.
Ca. 21. et de sōno et vigilia: i pncipio:

¶ Item opposita nata sunt fieri circa idem: vt dicit phs. 2. topi. Sed grā cui opponitur omne peccatū per prius est in eēntia anime q̄z in potentia: ergo et originale peccatum.

In opp.m

Contra peccatum originale formalr est carentia originalis iustitie cū debito habendi eam: materialiter est concupiscētia: vt superius visuz est. Sz q̄libet istorum per prius est in potētia q̄z in eēntia: qz pmuz per prius est in volūtate: et cōcupiscētia in vi appetitiua: ergo peccatuz originale per prius est in potētia q̄z in eēntia: et quātum ad suum formale et suuz materiale.

Secūdo.

¶ Itē originalis iustitia cum esset virtus quedā per prius erat in potentia q̄z in essentia: virtutes eniz per prius sunt in potentijs q̄z in essentia: ergo et peccatum originale: cuz sit priuatio originalis iustitie p pri° ē in potētia q̄z in eēntia.

Ad q̄nē sm. mētē aliorum. pma opi.

Ad hanc questionem dicūt quidā: q̄ peccatum originale per prius est in essentia q̄z in potētijs: quia peccatū originale est peccatum nature: ergo per prius est in ipsa anima sub rōne qua est pars nature hois: est autem pars nature hois sub rōne qua forma corporis: forma autē est rōne sue eēntie: ergo peccatū originale per prius attingit anime eēntiam q̄z aliquā eius potētiaz. ¶ Preterea peccatuz originale contrahit per originem: ergo qd̄ per pri° et imediatius respicit ipsam originem: per prius est subiectum originalis peccati: sed ipsa origo per prius attingit animam: vt terminum generationis: sm q̄ est corporis forma: q̄z sm q̄ est potens operari: est aūt corporis forma per suam eēntiaz: pōt aūt operari per potētias: ergo pri° attingitur ab origine rōne essentie q̄z ratiōe alicuius potentie: per prius ergo est peccatum originale in aīe essentia q̄z in aliqua eius potētia.

2ª opinio quaz magis tenet doctor

¶ Alij dicunt q̄ peccatuz originale quātum ad suuz formale et materiale per prius est in potentijs q̄z in eēntia. Quia originalis iustitia erat quedam hominis rectitudo consistēs in plena obedientia potentiaruz inferioz ad superiores et in recta habitudine superioz ad deū: que obedientia et rectitudo erant per sanitatez et integritatē potētiaz dispositiue: et p quēdam supnaturalem habituz cōpletiue. Originalis ergo iustitia et quātum ad dispōnem et quātum ad cōplementum per prius erat in potentijs q̄z in essentia. Originale autem peccatuz formalr est priuatio originalis iustitie. Non sm q̄ priuatio est carētia prius habiti ab illo eodē in numero in quo est: sed sm q̄ est carentia debiti. Cum ergo vbi fuit habitus per prius ibi postea sit per pri° priuatio illius habitus: originale peccatum q̄ntum ad suuz formale per pri° est in potētia q̄z in eēntia. ¶ Preterea cum ibi per prius sit concupiscibilitas que materialiter est originale peccatuz: vt superius visum est: vbi per pri° est actus concupiscendi: et vbi per prius est actus concupiscendi: ibi per prius est peccatum originale: et actus cōcupiscēdi per prius sit in potentia q̄z in eēntia: sequit q̄ peccatum originale quātum ad suum materiale per pri° est in potentia q̄z in essentia.

Sustētat pᵃᵐ opionez iō ad pᵐ in oppositū oī

Qui vult tenere primā opinionez pōt dicere ad primum in oppositū q̄ carentia originalis iustitie per prius est in eēntia q̄z in potentijs: quia ipsa originalis iustitia: cum non eēt data persone: nisi mediante natura per prius erat habitus nature q̄z psone: et ideo carentia eius per prius respicit ipsam animaz: vt est pars nature q̄ sibi conuenit per eēntiam: q̄z vt est pncipiuz actuū psonaliū: qd̄ sibi cōuenit per potētias.

Ad 2ᵐ

¶ Ad secūdum dicēdum: q̄ originalis iustitia nō erat habitus qui est imediatum pncipium operis: sed erat quidez habitus nature per quem ex zsequēti in potētijs quedam perfectio et rectitudo redundabat: et h̄ est rōnabile: quia prius ordine nature est essentiam esse perfectam: q̄z eius potentie sint perfecte.

Sustētat scd̄az opinionez iō ad pᵐ pncipale.

Qui vult tenere opinionem secūdam que mihi videtur pbabilior: potest dicere ad primum in oppositum q̄ quāuis anima per prius vniatur sm eēntiam: nō est tamē receptibilis iustitie vel iniustitie: nisi potētia mediante.

Ad 2ᵐ

¶ Ad secūdum soluēdum est per interemptionē maioris: quia et si peccatum originale non sit in anima per aliquē actualem motū aīe in qua est: tamē animam respicit inquātum est potens exire in aliquā inordinatam motionem futuram.

Ad 3ᵐ

¶ Ad tertiuz dicēdum: q̄ peccatum originale directe et imediate magis opponitur originali iustitie q̄z gratie gratum facienti quāuis opponatur vtriqz. Iustitia autē originalis per prius respiciebat potētiam q̄z essentiaz. ¶ Preterea sm quosdam: cum gratia gratuz faciens et charitas idē sint realiter per essentiam differentes sm rōnez: pōt dici q̄ prius realiter est gratia gratuz faciens in volūtate q̄z in essentia: sicut et charitas. ¶ Questio. II.

Qō. II.
Ar. p°

Secundo queritur vtruz per pri° inficiatur a carne potētia vegetatiua q̄z sensitiua: vel intellectiua. Et ostēdo q̄ nō Ans. de zcep. virginali: longe post principiuz. Iustitia nō pōt esse nisi in voluntate: ergo iustitia originalis nō erat in alijs potentijs anime: nisi mediante voluntate. Sed infectio originalis est carentia originalis iustitie: ergo per prius est in voluntate q̄z in aliqua alia potentia: qz vbi per prius est habitus: per pri° est sequēs priuatio illius habit°.

Secūdo.

¶ Itez pena debet respondere culpe: sed pena peccati originalis est carentia visionis dei que est in potentia intellectiua: ergo videt q̄ infectio peccati originalis per prius sit in intellectiua q̄z in vegetatiua.

Tertio.

¶ Item concupiscentia per prius est in vi sensitiua: illa enim diuidit in cōcupiscibilem et irascibilem: sed concupiscentia est infectio originalis peccati: ergo illa infectio per prius inuenit in sensitiua q̄z in vegetatiua.

In opp.m

Contra. anima inficitur ex vnione sui ad carnem: ergo per prius inficit illa potētia que vicinior est carni. Sed h̄ est potētia vegetatiua: quia sicut dicit phs. 2. de anima: vegetatiua anima inest alijs pmo: et maxime cōmunis anime potentia est: ergo per pus inficitur a carne vegetatiua q̄z aliqua alia potētia.

T. c. 34.
Secūdo.

¶ Itē p

prius

prius inficitur illa potentia a carne: per cuius actuz traducitur infectio carnis. Sed per generatiuam que continetur sub vegetatiua traducitur infectio carnis: ergo per
A.l.gñati prius inficitur a carne vegetatiua q̃ aliqua alia potẽtia.

Qō.II. Ar.pº SEcundo queritur vtruz ↄcupiscētia sit i carne: vel i anima: vel in cōiuncto ex vtroqz sicut in subiecto. Et primo ostendo q sit in carne apostolus Gal.5. caro concupiscit aduersus spiritum. Sed illud qd concupiscit est subiectum cōcupiscētie: er Secūdo. go caro est subiectum concupiscentie. ¶ Item Aug. in libro de perfectione iustitie: longe post principium. Concupiscētia carnis que culpabilis: atqz vitiosa est: nihil est aliud q̄ desiderium peccati. Concupiscētia ergo est pec Tertio. cati desiderium existens in carne. ¶ Item glosa super illud ad Rom.7. video aliam legem in membris meis .i. fomitē peccati qui regnat in membris meis. Sed fomes Quarto. est ↄcupiscētia: ergo concupiscentia est in mēbris ¶ Itē sicut se hz velle ad suam cām ita concupiscere ad suam. Sed velle est in sua causa: sicut in subiecto: est enim a voluntate & in voluntate: ergo concupiscentia est in sua cā vt in subiecto. Sed caro causa est cōcupiscentie: ergo cōcupiscentia est in carne sicut in subiecto.

In oppᵐ Contra Augusti. de perfectione iustitie: longe ante medium: caro sine anima non concupiscit: quamuis caro dicatur concupiscere: quia carnaliter anima concupiscit: ergo concupiscentia non est in carne: sicut in subiecto. Sed in anima vel i composito ex anima Secūdo. T.c.64. & 66. & carne. ¶ Item philosophus .1. de aīa: loquens de passionibus animalibus hominis dicit q sunt ipsius coniuncti ex anima & corpore. Sed concupiscentia est quedam passio: ergo non est in carne: sicut in subiecto: sed in composito ex anima & corpore.

Ad qōnē bz mētez ppriā. Cōcupiscētia tripl'r pōt accipi. Respondeo q concupiscētia tripliciter potest accipi. Uno modo pro quocunqz appetitu i ordinato virtutis appetitiue: siue sit illa rationalis: siue sensibilis: & sic accipitur in glosa Rom.7. sup illud: nisi lex diceret non concupisces: que talis est bona est lex que dum h prohibet: omnia mala phibet. ¶ Alio modo pro inordinato appetitu delectationis sm tactum: & sic accipitur Dan.13. vbi dicit species decepit te & concupiscentia subuertit cor tuum. ¶ Alio modo pro inordinato appetitu volūtatis rationalis: & sic potest accipi in illo verbo .1. cor.10. non simus cōcupiscentes malorum sicut & illi concupierunt: glosa non ita peccemus: sicut illi ne similiter pereamus: nō enim pereunt homines pro inordinato appetitu sensitiuo: nisi voluntas sit in culpa. ¶ Dico ergo q quocūqz istorum modorum accipiatur cōcupiscentia numq̄ est in carne: sicut in subiecto: Sed concupiscentia spectans ad partem sensitiuam: cum nō sit in carne: sine anima: nec in anima: sine carne: est in cōposito ex anima & corpore: h est in homine: sicut in subiecto. Magis tamen est homo illius concupiscentie subiectum ratione anime q̄ carnis. Si autem accipiatur cōcupiscentia pro inordinato appetitu voluntatis: sic quāuis possit esse in voluntate preter carnez: sicut est in mala anima a carne separata: tamen quia actiones partis intellectiue: dūz est forma corporis corruptibilis indigent de lege cōmuni ministerio virium sensitiuarum: & quia ex anima & corpore per essentiam fit vnum: ideo magis proprie dicitur illa cōcupiscentia esse in homine: sicut in subiecto: ratione tamen voluntatis q̄ in voluntate. Unde magis proprie dicitur homo intelligere & velle q̄ intel T.c.64. lectus intelligere: & voluntas velle. Un̄ philosophus .1. de anima: melius forsan est non dicere animaz misereri: aut addiscere: aut itelligere: sed hominem in anima .i. per animam: & paucis interpositis dicit postea: intelligere & odire: aut amare: non sunt illius .i. intellectus passio T.c.66. nes: sed huius habentis illud .i. cōiuncti sm illud qd hz.

Ad pᵐ Caro capi pōt duplicter. Ad primum in oppositum dicendum: q caro dupliciter potest accipi. Uno modo sm q dicitur homo exterior carnalis & sensibilis comprehendens illud quod habemus cōmune cum pecore. Alio modo sm q est quedam pars hominis constitutiua. Primo modo est in carne concupiscentia carnalis: sicut in subiecto. Secūdo modo est in ea: sicut in causa. Unde si auctoritas apostoli intelligatur de carne primo modo dicta: tunc est predicatio formalis. Si de car Ad 2ᵐ ne secūdo mō dicta: tūc est pdicatio causalis. ¶ Simili Ad 3ᵐ mō pōt respōderi ad auctoritatem Aug. de pfectiōe iu Ad 4ᵐ stitie. ¶ Ad tertiū dicēdum: q fomes sm q accipit pro cōcupiscētia est in carne causalr. Si tamē accipiatur pro corruptiōe carnis est in carne formalr. ¶ Ad quartū dicēdum: q concupiscentia sicut est in hoīe: sic est in subiecto: ita est ab hoīe: sicut a cā: sz sub alia & alia rōne. Quia est ab homine: sicut a causa rōne carnis & actui virtutis concupiscitiue. Est autem in homine ratione passiui virtutis concupiscitiue. dicimus etiam q velle est a voluntate rōne sui actiui: & est in voluntate ratione sui passiui.

¶ Uel

¶ Uel dic q maior est falsa: quia nō sic caro est causa cōcupiscendi: sicut voluntas est causa volendi: nec est nata esse subiectum concupiscentie: sicut voluntas subiectuz actus volendi.

Consequēter queritur de .3. principali. Et circa h querunt duo. ¶ Primo vtruz illa macula quā anima contrahit ex carne iuste sibi imputetur a deo. ¶ Secūdo vtrum culpa dicatur vniuoce de originali et actuali peccato. ¶ Qō. I.

Qō. I.
Ar. pᵒ

Primo ostendo q illa macula quā anima cōtrahit ex carne sibi iuste nō imputetur a deo. Aug. i. lib. retrac. ca. 14. reiterans vnū qd dixerat in libro de duabus animabus: sic ait peccati reum tenere quēq̄: quia nō fecit qd facere nō potuit summe iniquitatis et dementie est. Sed anima vitare non potuit illam maculam: ergo iuste sibi imputari nō potest.

Secūdo. ¶ Itē deus nō potest imputare anime pro culpa illud qd ipse fecit in ea. Sed infundendo animaz carni ex qua de necessitate contrahit illam maculaz: illā maculā facit in ea: q: qui facit aliquid ad qd de necessitate sequit aliud: et illud aliud facere videtur: ergo illa macula nō sibi iuste imputatur a deo.

Tertio. ¶ Itez benignior est deus homine: sed nullus homo iuste imputat alij illud qd de necessitate inest ei: ergo cum macula originalis de necessitate insit ei: deus eam iuste non imputat sibi.

In oppᵐ Contra deus iuste iputat vnicuiq̧ homini ad penam carentiaz debite iustitie. Sed per maculam originalis peccati est in anima paruuli carētia debite iustitie: vt superius visum est: ergo illam maculā deus iuste sibi imputat ad penam.

Secūdo. ¶ Item sicut se habet iustitia ad premium: ita carentia debite iustitie ad penaz: sed si paruuli nascerentur cum iustitia iuste pmiarentur. Cū ergo nascantur cū carentia debite iustitie: iuste puniunt.

Ad qōnē ꝫm mētē ppriaz. Pena duplex. Respondeo q duplex est pena. s. pena damni: et pena sensus: loquendo de pena sensus deus non imputat paruulo decedēti ante baptismum illam maculam ad penam: q: pena sensus nō debetur homini: nisi pro culpa quam incurrit omittendo debitum: vel indebitum cōmittēdo ppria voluntate. Iuste tamen imputatur illa macula ipsi paruulo ad penam damni: quia pena dāni est carentia visionis dei et fruitionis eiusdem. Ad predictam autem visionem reqrit natura perfecta per grām gratum facientez: qua carēt paruuli sua origine: et ex ꝯsequenti iustum est q illa visione careant: que sine predicta gratia haberi nō potest. Nec etiā iniustum est si deus a sua origine non restituit eos ad dignitatem quā habuerunt parentes primi. Qd Ans. declarat per exemplū de concep. virgi. versus finē dicēs si quis vir et vxor eius ad magnam quādam dignitatē et possessionem nullo suo merito: sed gratia sola puecti: simul crimen graue inexcusabiliter cōmittunt: et pro eo iuste deijciuntur: et in seruitutē rediguntur. Quis dicet filios quos post seruitutem generant: eis in nō debere subiacere seruituti: sed potius ad bona que parētes iuste perdiderūt gratis oportere restitui: tales sunt primi parentes et filij eorū quos iuste pro culpa sua de beatitudine in miseriaz damnati in eodem generant exilio.

Ad pᵐ Ad primum in oppositum dicendum: q sicut Aug. respondet imediate post auctoritatem allegatam: cur ergo paruuli tenent rei respōdetur: quia ex origine eius tenent qui nō fecit qd facere potuit: diuinum. s. seruare mandatum. Intelligi tamē debet verbum Aug. de reatu quātum ad penaz damni: nō quātum ad penam sensus.

Ad 2ᵐ ¶ Ad secūdum dicēdum: q deus non facit illam maculam in anima: quia quāuis ad vnionem anime ipsi corpori infecto de necessitate sequatur animam maculari: non tamē sequit ad hoc rōne ipsius infusionis que est a deo: sed ratione īfectiōis carnis: cui ipsa anima vnitur. Illa ergo maculatio non sequitur ad actionem dei per se: sed per accidens.

Ad 3ᵐ ¶ Ad tertium respondendum per quādam auctoritatez Ans. de ꝯcep. virgi. non multum ante finem dicentis: aliter deus erga infantes debet agere: aliter homo. Nā homo nō debet exigere a natura qd ipse nō dedit: et qd sibi nō debet: nec iuste redarguit homo hominem: cū culpa nasci: sine qua ipse nō nascitur: et de qua non nisi per aliuz sanat. Deus vero recte exigit a natura qd ei dedit: et qd sibi iuste debetur. ¶ Argumenta ad partem aliam non concluderent de pena sensus: sed damni. ¶ Qō. II.

Qō. II.
Ar. pᵒ

Secundo queritur vtruz culpa dicatur vniuoce de originali et actuali peccato. Et videtur q sic: Ans. de concep. virgi. lōge post principium dicit q originale peccatum est absolute peccatū: et constat q peccatum actuale peccatum est absolute: ergo videtur q culpa dicatur vniuoce de vtroq̧.

Secūdo. In antp/dicamētis cap. i. ¶ Item philosophus lib. predicamētorum: dicit q vniuoca sunt quorum nomen cōmune: et ratio ꝫm illud nomen est eadez. Sed culpa dicitur de peccato originali et actuali ꝫm eandem rationem que est carētia alicuius boni debiti: ergo videtur q culpa dicatur vniuoce de vtroq̧.

Tertio. ¶ Itez aut dicitur de vtroq̧ vniuoce: aut equiuoce: non equiuoce: quia plus conueniunt q̄ in sola voce. Qd patet: quia principalior pars pene debite actuali peccato: que est carentia visionis dei: debetur etiaz originali peccato: qd verum non esset si cōmunicārent in sola voce: ergo videtur q culpa dicatur vniuoce de vtroq̧.

In oppᵐ Peccatū actuale mortale: et originale quid. Contra peccatum actuale est iniustuz facere: sed habere peccatum originale est iniustum pati: quia illam carentiam originalis iustitie que est iniustitia paruulus non fecit: sed patitur. Sed sicut dicit Augu. 3. lib. de libero arbitrio longe vltra medium: nō iniuste aliquid pati: sed aliquid iniustum facere peccatum est: ergo videtur q ratio culpe non cōueniat ita proprie peccato originali: sicut actuali: ergo nec vniuoce dicit de vtroq̧.

Secūdo. ¶ Item si aliquid dicitur vniuoce de aliquibus duobus: quicquid conuenit vni inquātum tale: conuenit alij inquātum tale: vt quicquid conuenit equo inquātum animal conuenit boui inquātum animal. Sed peccato actuali inquantum culpa est conuenit pena sensus: et non conuenit peccato originali inquantum culpa est: ergo culpa non dicitur vniuoce de vtroq̧.

Ad qōnē ꝫ mentē ppriā. T. c. 14. Culpa nō equoce: sed analogice d actuali mortali: et originali peccato dī. Ad istam questionez videtur mihi dicēdum sine preiudicio q culpa non dicitur equiuoce de peccato originali et actuali: quia sicut dicit philosophus. 7. physicorum que equiuoca sunt non comparantur. Sed originale et actuale inquantum sunt culpa comparantur: vere eniz dicitur et proprie: q peccatū actuale mortale est grauior culpa q̄ peccatum originale: et q maior pena sibi debet. Nec dicitur etiam pure vniuoce: quia per prius et principalius dicitur de peccato actuali mortali q̄ de originali. Ratio enim culpabilitatis est in peccato originali ex quadam habitudine ad peccatū actuale ipsius ade: si enī nunq̄ fuisset peccatum actuale: nec in primis parētibus: nec in alijs: nulla ratio culpabilitatis esset in paruulis.

Analogice dici qd. ¶ Dico ergo q culpa dicitur de peccato originali et actuali analogice: tunc enim aliquid dicitur de aliquibus duobus analogice scdm vnum modum analogie quādo directe et principaliter dicitur de vno: et de alio non dicitur nisi inquantum habet quandam habitudinem ad illud de quo directe et principaliter dicitur. Uerbi gratia quia ens dicitur directe et principaliter de substantia: et non dicitur de accidente nisi propter quandam habi-

tudinem ad substātiam: vtpote quia est quedam disposi/
T.c.2. tio substātie: vel modus. Propter qđ dicit phs. 7. meta.
ꝙ accidētia dicunť entia: quia taliter entis: ideo dicitur
analogice de substātia ⁊ accidente. Similr̃ quia inordina
tus actus exterior ipsius hominis non est culpa: nisi in/
quātum est act⁹ alicui⁹ membri moti ab inordinato actu
voluntatis ipsius: de quo actu directe ⁊ principalr̃ dicitur
culpa: ideo analogice dicitur culpa de actu vtroqꝫ. Cuz
ergo inordinatio nature que est in paruulo non dicatur
culpa: nisi quia ex⁹ natura ⁊ eius deordinatio est per mo/
tionem generationis deriuata a primo parente qui natu
ram deordinauit humanam per malum volūtatis actū:
de quo directe ⁊ pncipaliter dicitur culpa: ideo videť ꝙ
analogice dicať culpa. De peccato actuali mortali ⁊ ori/
ginali: modo predicto assignandi rationem culpabilita/
tis in originali peccato. Concordat Aug. in lib. retra. ca.
14. dicens paruulos non proprietate voluntatis: sed ori/
gine reos teneri: omnis enim homo terren⁹ quid est ori/
gine: nisi adam: porro adam habebat volūtatem qua vo
luntate cuz peccasset peccatū per euz intrauit in mūdū.

Ad pᵐ **Ad primum** argumentorum dicēduz: ꝙ pecca
tum originale non dicif peccatuz
absolute: quia ita pncipaliter conueniat sibi rō culpabili
tatis: sicut actuali mortali peccato. Sed quia nihil aliud
opꝫ supponere ad hoc ꝙ sit peccatum qꝫ ea que iaz acci/
derunt. s. infectionem nature humane factam per pecca/
tum ade. ¶ Ad secūdum dicendum: ꝙ debituz nō dica/
Ad 2ᵐ tur pure vniuoce de illo debito quo priuatur homo per
peccatum actuale: ⁊ de illo cuius est priuatio peccatum
originale. Magister enim fuit adam debitor iustitie origi
nalis qui eam habuit: ⁊ eam cōseruare potuit: qꝫ paruu/
lus qui nunqꝫ eam habuit: nisi inquātum fuit seminalr̃
in adam: cui pro se ⁊ pro sua tota posteritate fuit data.
Similiter quicūqꝫ homo adultus magis est debitor illi⁹
boni quo se per actum ppꝛie volūtatis priuat: qꝫ paruu/
lus sit debitor originalis iustitie. ¶ Ad tertium dicēdū:
Ad 3ᵐ ꝙ quāuis culpa nō dicatur equiuoce de vtroqꝫ peccato:
tamen ex hoc nō sequitur ꝙ de illis dicatur pure vniuo
ce. Ut in questione visum est.

Ad pmū in oppᵐ **Ad primum** alterius partis dicēduz: ꝙ nō est
idem iniuste pati ⁊ pati iniustuz.
Differt iniuste pati ⁊ pati iniustum: Iniuste pati inquātum huius nulla culpa est. Sed iniu/
stum pati ex permissione iusta sm ꝙ iniustum pati est eē
subiectum alicuius iniustitie bene potest rōnem habere
originalis culpe. Et potest dici ꝙ ⁊ si natura paruuli: vt
est istius paruuli nihil fecerit iniustum: tamē pro tanto
dici potest iniustum fecisse in pmo parēte: quia erat in ip
so seminalr̃ quando ille fecit iniustum. ¶ Ad secūduz di
Ad 2ᵐ cendū: ꝙ argumētum deficit tripl̃r. Non enim est verū
ꝙ quicquid conuenit homini inquātum animal conue/
niat equo inquātuz animal equalr̃: animalitas eniz hoīs
nobilior est qꝫ aialitas equi: qꝛ est per nobiliorē formā: ⁊
silr̃ animalitas equi qꝫ aialitas musce. ¶ Alius defectus
est: quia pena sensus non cōuenit peccato actuali inquā/
tum culpa tm̃: sed inquātum culpa talis: cuius cōtrariū
supponebatur in argumento. Tertius defectus est: quia
argumentum non concludit cōtra id qđ positum est: nō
enim sequiť si nō dicitur vniuoce: ꝙ ppter hoc dicatur
equiuoce: medium enim est: vt est in qōne ostensum.

Consequenter querif de. 4. pn/
cipali. Et circa
h qrūtur duo. ¶ Primo vtrū oēs aīe sint eq̄
les ex sua creatiōe. ¶ Scdo vtrū ꝯtra habeat
originale peccatū in istāti infusiōis sue. ¶ Qō. I.

Qō. I. **Primo ostendo** ꝙ omnes ani/
me sint eq̄les
Ar. pᵒ ex sua creatione sm phm lib. pdicamentoruz.
Ca. d sba Unus homo nō est magis homo alio: qđ non
esset verum si vna anima esset nobilior in eētia qꝫ alia.
Omnes ergo in essentia sunt equales: ergo ⁊ in naturali
bus proprietatibus: cum earum sit essentia causa. ¶ Itē Secūdo.
sm phm. 3. metaphy. in his que sunt eiusdem speciei nō T.c.11.
est differētia sm prius ⁊ posterius in nobilitate. Sꝫ om-
nes anime sunt eiusdem speciei: ergo in eis non est diffe/
rentia sꝫ prius ⁊ posterius i nobilitate. ¶ Iteꝫ si anime Tertio.
essent inequales ex creatione: cum filius dei potuisset as/
sumpsisse animam minus nobilē: possibile fuisset ꝙ chri
stus fuisset minus nobilis in naturalib⁹ alijs hominib⁹:
ꝙ videtur inconueniens. ¶ Item res que eiusdeꝫ sunt Quarto.
nature sunt equales in natura. Sed Ans. monol. 72. ca.
dicit ꝙ omnes anime humane eiusdem nature sunt: er/
go sunt eq̄les in nā: ⁊ ex ꝯsequenti in ppꝛietatib⁹ nālib⁹.

In oppᵐ **Contra** frequenter videmus homines viliora ha-
bētes corpora ⁊ cōplexionis peioris: alios
precellere in naturali discretione: ⁊ naturali affectione: ⁊
quantum ad alias bonas inclinatiōes naturales: qđ esse
non posset: vt videtur nisi illorum anime nobiliores ha
berent ppꝛietates naturales. ¶ Item illa anima que est Secūdo.
in naturalibus nobilior quocūqꝫ angelo: est in naturali/
bus quacūqꝫ alia aīa nobilior. Sꝫ anima christi est nobi/
lior in naturalibus quocūqꝫ angelo: quia maiori capacita
ti gratie respondet maior nobilitas nature in creatura.
Sed in nullo angelo est tāta capacitas gratie: sicut est in
anima xp̄i: ergo aīa xp̄i est non tm̃ in gratuitis: sed etiaꝫ
in naturalibus nobilior quacūqꝫ alia aīa. ¶ Item a do/ Tertio.
mino stephano episcopo parisieñ. excōmunicati sūt do/ Artic. ex
gmatizantes ꝙ aīa xp̄i non est nobilior alijs animabus. cōicatus.

Ad qōnē sꝫ mēteꝫ ppꝛiaꝫ. **Respōdeo** ꝙ siue anime rationales habeāt ma/
teriaꝫ: siue non: credo ꝙ alique sunt
nobiliores alijs ex creatiōe: nō tm̃mō in gratijs supnāli/
bus gratis datis: sꝫ ēt in nālib⁹ donis: sm ꝙ dicit magi/
ster in lr̃a. ¶ Qr aūt sit h posse si hñt mām declarari pōt
p eūdē modū quo supr̃⁹ di. 3. declaraui h eē posse in ange
lis eiusdē spēi. ¶ Qr etiā h sit posse: etiā si nō hñt māꝫ de Siue aīe habeant māꝫ: siue nō vnā eē nobiliorē alia i nālib⁹ donis nō inconuenit.
claro sic: negari nō pōt qn aīa rōnalis posis sit diuersimo
de transmutari a pmo pncipio. Nos enim videmus ꝙ
quamuis in duobus indiuiduis essentia materie non sit
nobilior in vno qꝫ in alio: tamen quia aliter passa est ab
agente in vno: qꝫ in alio causantur per naturam materie
diuerse proprietates naturales in indiuiduis eiusdeꝫ spe
ciei: sicut patet in masculo ⁊ in femina: ⁊ in hominib⁹ di/
uersarum complexionum: ergo a simili quāuis ipse ani/
me equales sint in essentia: tamē ratione sui possibilis di/ A.l. possibilis.
uersimode transmutari: vel dispositi a creante possunt in
eis causari diuerse proprietates naturales in indiuiduis A.l. idiuiduis non speciei.
vnius speciei: quia quāuis sint supernaturaliter date ⁊
voluntarie: tamen inquātū sunt ab illa anima indiuidua
inseparabiles: ⁊ eius nature concordantes: nec eleuantes
eam super facultatem nature animē: illi anime sunt ali/
quo modo naturales. Si enim homo naturales dispos/
tiones corporis quas habet per generationem accepisset
a deo imediate tātum per creationem nō ppter hoc pos/
set negari illas ppꝛietates eē homini naturales. Et quia
plures animas esse inequales in naturalib⁹ creatas est ad
manifestandum dei scientiam ⁊ potētiam ⁊ maioreꝫ spe/
ciei pulchritudinem: videtur ꝙ ex quo possibile est hoc
fieri ꝙ sit factum.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum dicēdum: ꝙ quā/
uis omnes anime in eētia sint
equales: ⁊ ex consequenti in ppꝛietatibus ratiōe sui acti/
ui totam speciem consequentibus: nō tamen h est veruꝫ
de ppꝛietatibus naturalibus indiuiduis: que in eis sunt
ratione sue materie: si materiam habent: vel rōne sui pos
sibilis: talium enim ppꝛietatū eētia aīe nō est cā nisi pas
siua: ⁊ ideo diuerse sunt sm ꝙ illud passiuum diuersimo/
de est a creante dispositiue: ⁊ ad actualitatem ductum.

¶ Ad scdm

Ad 2m ¶ Ad scdm dcm q illa auctoritas phi debet exponi de
nobilitate essentiali: vel de nobilitate in pprietatib9 natu
ralibus spei cosequentibus anime essentiam ratione sui
actus qd est in ea quasi formale nõ de nobilitate in pro
prietatibus naturalib9 individuis: que insunt rõne possi
bilis diuersimode dispositi a creãte: qd possibile ẽ in ani
Ad 3m ma quasi mãle: etiã si vere nõ habeat mãz. ¶ Ad tertiũ
dcm q qzuis filius dei assumpserit naturam humanaz:
qua nõ poterat esse nobilior natura in eadẽ spẽ. Dico tñ
q assumere potuisset si voluisset naturã minus nobilez
in eadem spe: z qzuis hoc facto fuisset minus nobilis in
naturalib9: inquantũ homo aliquib9 alijs hominib9: fuis
A.l. nobi set tamẽ omnib9 alijs incõparabiliter maior per gratiaz
lior l sup Maior aũt est nobilitas supernãlis per gratiaz in homi
nãlib9. ne: qz illa nobilitas que est per materiã. ¶ Ad quartuz
A.l. p ma dcm q in illa auctoritate Ans. accipitur natura pro spẽ.
teriaz. visum est autez in qõne: qño individua eiusdez spei põt
Eti arg9 esse inequalia in pprietatib9 naturalib9. ¶ Argumenta
in oppm ad partem secundã gratia principalis qõnis cõcedẽda
cõcedanf sunt: tamen minor argumẽti secũdi falsa est: vt patet ex
q tñ iclu dictis superius: in vltima qõne dist. prime. ¶ Et ad p
dũt aliq bationez eius respondẽt quidã dicentes: q maiori capa
falsa: iõ citati gratie nõ respõdet maior nobilitas nature: immo
dicif ad maior possibilitas: natura enĩz potest recipere per natu
illa. raz possibilitatis nõ per naturã actualitatis: vnde quia
in natura diuina nõ est aliqua possibilitas: ideo nihil re
cipere põt. ¶ Preterea mã celi est nobilior qz materia
generabiliũ z corruptibiliũ: z tamẽ materia humani cor
poris que est vnigenea cuz mã generabilium z corrupti
biliũ recipit animã intellectiuã que est forma incõpara
biliter nobilior qz forma celi. Est ergo istoz opinio q si
cut quãto mã est possibilior: tãto est nobilioris forme ca
pacior: q ita quãto creatura rõnalis vel intellectualis ẽ
possibilior tãto est gratie capacior. ¶ Sz hec opinio est
falsa z irrationabilis: ex ea enĩz sequeretur q anima xpi
esset minus actualis qz quecũqz alia anima: z ex cõsequẽ
ti q esset in naturalibus minus nobilis: qd falsum est: z
excõicatuz. ¶ Dicendũ ergo q quanto creatura rõna
lis seu intellectualis est nobilior in naturalib9: tanto de9
si vellet plus posset in ea ponere de gratia. Sicut. n. crea
tura rationalis per illud qd est potẽtiale in ea potest re
cipere naturales perfectiones: sic dico q per illud quod
est actuale in ea pncipaliter potest recipere a primo agẽ
te istaz supernaturalẽ perfectionẽ: que est gratia: vnde p
illud per qd minime est in potentia ad recipiendũ natu
rales perfectiones: maxime est in potentia ad recipiẽdũ
a primo agente istam supernaturalẽ perfectionez que est
gratia. ¶ Preterea quia mã nõ potest recipere acciden
talez perfectionẽ nisi mediãte substãtiali eius perfectio
ne que est eius substãtialis forma: ideo quãto forma sub
stantialis est nobilior tãto compositũ ex ea z materia ca
pacius est naturalis nobilitatis accidẽtalis: ergo a simili
cuz natura potẽtialis in creatura rõnali seu intellectua
li nõ posset recipere istaz supernaturalẽ z nobilem perfe
ctionẽ accidentalẽ: que est gratia nisi mediãte sua actua
litate substãtiali: ideo quãto in ea est substãtialis actuali
tas maior: tãto in creatura rationali seu intellectuali de9
plus posset si vellet ponere de gra. ¶ Ad illud autez qd
dicitur q in nullo angelo deus posset ponere tantũ ha
bitum gratie quãtus est ille qui est in anima xpi: põt di
ci sm aliquos q si anima xpi esset nõ vnita verbo: vt na
tura supposito: deus posset in aliquo angelo tm ponere
de gratia q anima xpi nõ posset maiorez capere: tunc. n.
nõ posset in ea tãtus habitus gratie quãtus est ille quez
modo habz. ¶ Qd sic declarãt: perfectio operationis re
spõdet nature per cõparationẽ ad perfectionẽ sue actua
lis existẽtie: sed actualis existẽtia nature humane christi
qua existit in dei verbo: vt natura in supposito in ppor

tionaliter excedit existentiam actualez angeli cuiuscũqz:
vnde si in anima xpi nõ esset aliquis habitus gratie ad
huc ppter nobilitatez predictã existẽtie posset pfectius
intelligere z velle: qz quicũqz angelus suis naturalibus
relictus. ¶ Similiter dicũt q per predictã vnionez fa
cta est capax tanti habitus gratie q in ea nõ posset tan
tus esse si nõ esset vnita: nec in quocũqz angelo nisi deus
illũ vniret sibi in vnitate persone: sicut natura humana
christi est vnita. ¶ Quia tamẽ per hunc respõdẽdi mo
dum nõ redditur ratio quare in nullo angelo est tantus
habitus gratie quãtus est ille: q est in beata virgine: nec
etiaz quare in aliquo angelo nõ est tantus quãtus estz in
natura humana xpi: ẽt si desineret illa vnio qua est vni
ta verbo: vt natura supposito: ideo etiaz recurrendũ est
ad ea que dicta sunt superi9 dist. pma qõne vltima: in so
lutione primi argumẽti: z ad ea que dicta sunt dist. xi. in
prima questione articuli secundi in solutione argumen
ti secundi.

Questio. II. Qõ. II.

Secundo queritur vtruz anime con
trahãt peccatũ originale in Ar. pº
instãti infusionis sue. Et videtur q nõ. Quia
nulla creatura potest agere in instãti: aliter. n.
angeli in instãti creationis sue potuissent in seipsis egisse
aliquid cognoscẽdo vel volẽdo: qd negat Hugo lib. i. de
sacra. par. 5. cap. 19. dicẽs q nõ poterat in illis ex illis eẽ
quicqz: sed anima nõ põt ptrahere originale ex sui vnio
ne ad carnẽ: nisi caro agat in animã: ergo ab instanti sue
creatiõis nõ potest cõtrahere originale peccatuz. ¶ Itẽ Secũdo.
peccatũ originale cuz sit malũ: aliquod bonum corrũpit
in anima. Dicit enim Aug. Ench. 5. cap. q maluz si nul
lo bono priuat nõ nocet: nocet autez adimẽdo bonum.
Sed ab anima in instanti creatiõis sue nõ potest adimi
aliquod bonuz: quia tunc in eodẽ instanti illud bonum
haberet z nõ haberet: ergo in instanti sue creationis: nõ
potest cõtrahere originale peccatuz. ¶ Item aut in illo Tertio.
instanti anima trãsmutatur a carne aut nõ: si non: ergo
inficitur ab ea: qr infici nõ est trãsmutari. Si sic: cuz illa
transmutatio nõ possit esse nisi sm qualitatez que trans
mutatio est alteratio: z alteratio sit motus: motus eẽt in
instãti: qd falsum est. ¶ Itez angelus in instãti sue crea Quarto.
tionis non potuit habere peccatuz actuale: vt superius
ostensum est dist. 3. ergo a simili nec anima peccatuz ori
ginale. ¶ Item aut deus creat animam cũ peccato: aut Quinto.
nõ cuz peccato: si cũ peccato deus esset peccati cã: quod
falsum est. Si nõ cum peccato: ergo in instanti sue crea
tionis sine peccato est. ¶ Item aut anima in instãti sue Sexto.
creationis talis est: qualem eã deus creat: aut nõ: si sic. cũ
creet eam nõ peccatricez: quia peccatuz ab ipso nõ est: in
illo instãti sine peccato est. Si nõ: ergo aliquid creat de9
in anima: qd tamẽ nũqz est in ea.

Contra peccatum originale est carentia originalis In oppm
iustitie cum debito habẽdi eam. Sed aĩa
in instanti creationis sue caret originali iustitia: z tamen
eam debet habere: ergo in illo instanti cõtrahit peccatũ Secũdo.
originale. ¶ Item qua ratione nõ cõtraheret peccatuz
originale in instanti creationis sue: pari rõne: nec in alio
z sic sequeretur q nũqz haberet peccatum originale: qd Tertio.
erroneuz est. ¶ Itez ideo dicitur originale peccatuz: qr
cõtrahitur ab origine. Unde Ans. de cõceptu virg. ppe
principiuz: videtur dici originale ab ipsa origine vniuscuiusqz persone humane. Nec põt h intelligi de origine:
que est de vtero: qr ante illã originẽ fuerũt aliq in vtero
sanctificati: ergo intelligẽdũ est de origine que est in vte
ro: sed tunc est illa origo nãe: qñ aĩa infundit carni: ergo
in instanti sue infusionis peccatũ originale ptrahit.

Respondeo q anima cõtrahit peccatuz origi Ad qõnẽ
nale in instãti sue infusionis: sicut sm mẽtẽ
enim declaratũ est supra dist. 31. anima ex sui vnione ad ppriaz.

carnem infectaz per actionē generatiue cōtrahit necessi
tatez appetēdi diuersa:ꝛ īdē diuersimode quantū ad ap
petitiuam sensibilē nō s̄m rectuz iudiciū rōnis ꝛ necessi
tatem habēdi pronitatē interdū ad inordinatā motiōez
in voluntate:quādo appetitiua sensitiua ꝛ voluntatiua
in actus suos exire poterūt:ergo sicut infusio est in instā
ti:ita cōtrahit predictā necessitatez in instāti. Sed cum
predicta necessitate nō potest stare iustitia originalis:qḋ
pꝫ si reducatur ad memoriā:quid erat iustitia originalis
ergo anima ab instāti infusionis sue hꝫ carentiaꝫ iustitie
originalis. Sed in illo instāti tenetur habere eam:qꝛ hu
mana natura nūq̄ȝ illa iustitia caruisset nisi in aliquo in/
diuiduo fuisset per peccatū corrupta. Unde Ansel. in li.
de cōcep. virg. nō multū post pncipiuz. Si adā ꝛ eua iu/
stitiā originalē seruassent:qui de illis nascerētur origina
liter sicut illi iusti fuissent. Et sicut dicit Ans. nō multū
ante finez. in eodē lib. deus recte exigit a nā qḋ ei dedit.
Cūz peccatū originale sit carentia originalis iustitie cuꝫ
debito habendi eā:sequitur ꝙ anima in instāti creationis
sue contrahit originale peccatum.

Ad p̄m Ad primum in oppositū dōm ꝙ peccatū ori
ginale cōtrahit aīa a carne non p
actionē carnis in aīa: ꝓprie loquēdo. Sed qꝛ ex anima ꝛ
carne cōstituitur vna ꝯposita natura per essentiam. Ex
quo sequit̄ hec necessitas vt aīa pro tp̄e quo eius appeti
tiua sensitiua ꝛ volūtaria exire poterūt in suos act⁹ sen/
sitiua inordinate moueat̄ ꝛ ad inordinatos motus incli
Ad 2m netur volūtas per inordinatā carnis dispōnem. ¶ Ad
scḋm dōm ꝙ peccatuz originale animā priuat aliquo bo
no:imo vt ꝓprius loquar est in anima priuatio alicuius
boni:priuatio aūt nō tm̄ est carentia boni debiti prius ha
biti:sed etiā carētia boni debiti nondū habiti. Talis aūt
priuatio est originale peccatū. Justitia aūt originalis est
bonū debitū a paruulo non baptizato: nondū tn̄ ab illo
habitū:vnde illa corruptio vel boni remotio de qua lo/
quitur Aug. in argumēto:aut intelligitur de malo pec/
cati actualis:aut extēdit nomē remotionis ad remotio/
nem boni debiti prius habiti:ꝛ ad carentiā boni debiti
Ad 3m nondū habiti. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ anima in illo instan
ti nō transmutatur a carne:sed necessitatē contrahit: vt
postea in suis actionibus seu inclinationib⁹ aliter se ha/
Ad 4m beat q̄ȝ dictet ratio recta. ¶ Ad quartū dōm ꝙ illud si/
mile nō est bonū:quia anima nō cōtrahit peccatū origi/
nale per aliquā sui actionem:nec per actionez carnis in
ipsaꝫ: ꝓprie loquēdo. Actuale autē peccatū angeli nō po
Ad 5m tuit esse nisi p actionē aliquā ipsius āgeli. ¶ Ad 5m dōm
ꝙ de⁹ nō creat animā peccatricez:nec creat eā nō pecca/
Nō ex m tricē ꝓhibēte carnis corruptiōe:sicut si aliqs porrigeret
vas imundū ad recipiendū rem que mūda reciperet in
vase mundo:nō reciperet eā mundā pp vasis corruptio-
nem. Nec tamē diceremus ꝓpter hꝫ ꝙ infundēs infunde/
Ad 6m ret eā imundā. ¶ Ad sextuz dōm ꝙ in infusione ipsius
anime est ꝯsiderare habitudinē sui ad infundentē ꝛ aliā
habitudinē ad corp⁹:cui infunditur. Dico ergo ꝙ in il/
lo instanti nō est talis moraliter loquēdo:qualis esset ex
habitudine sui ad creantē nisi aliud impediret: qꝛ rōne
illius habitudinis iusta esset. Sed in illo instāti talis est
qualis a corpore recipitur .i. peccatrix:ꝙ non habꝫ ex ha
bitudine sui ad creantem: sed ex sui habitudine ad cor/
pus cui infunditur.

Circa litteram: Manet in cor/
pore carnis hu/
ius carnalis ꝯcupiscētia .s. causalr̄:ꝯcupiscen/
tia quotidie minuit̄ in ꝓficiētibus: quia tn̄
remanet radix nunq̄ȝ de lege cōi in ista corruptibili vita
totalr̄ destruit̄:sed itez pullulat:sicut herba corrosa:cui⁹
radix in terra remanet. Alia peccata nō pretereūt actu ꝛ
remanēt reatu:nō ꝓpter hꝫ est intelligendū quin trāseū/
te actu remaneat aliqua priuatio ex actu cāta que aliquo
modo dici pōt peccatuz:vt inferius ostendet̄: q̄ȝuis fedi
dior ꝛ imundior sit caro ꝓlis:ꝛ ideo magis corrupta:q̄ȝ
caro parētis:nō ex hoc intelligendū:tāq̄ȝ ita sit de neces
sitate:sed qꝛ interdū ex imunda vita parentuz ꝓnior ad
malū redditur nā filioꝝ:vtꝝ concupiscētia que post ba/
ptismuz remanet:ꝛ tn̄ est penalitas. ¶ Hic querit̄ vtꝝ Dubm
sit pena inflicta. Et videtur ꝙ nō:qꝛ a paruulo cōtracta
per adam fuit acta:pena autē acta ꝛ ꝯcta nō est inflicta.
¶ Contra Aug. 13. de ciui. cap. 15. dicit mortē nō esse ex
lege nāe:sed merito inflictā esse peccāti:sed qꝛ ipsa mor/
talitas ex carnis vitiositate ꝓcedit vel ab eadez eā sunt:
ergo vitiositas quā concupiscētiaꝫ dicimus pena est me
rito inflicta peccāti. ¶ Respondeo ꝙ penā esse inflictā Rn̄o. Penā in
dupli potest intelligi:aut effectiue aut permissiue. Pri/ fligi du/
mo modo ꝯcupiscentia inquātū inordinata:nō est a deo pliciter.
īflicta:qꝛ nulla īordinatio a deo est:nec a paruulo: qꝛ ab
illo cōtracta est:nec ab adam:quia per peccatuz actuale
ipsius acta est:nec a diabolo:quia ꝛ si suadere possit: ꝛ tē
ptare:nullā tamen inordinationē in anima efficere pōt.
Secūdo modo a deo inflicta est:propter peccatuz enim
primoruz parentū deus iuste permittit paruulos per ꝓ/
pagationem descendētes ab eis in tali deordinatione na
sci:nō restituendo ipsos ad originalem iustitiā. Est ergo
predicta concupiscentia acta:contracta:inflicta: s̄m re/
spectus diuersos:nō ideo imutabilis deus humane con
ditionis primariā legez mutare debuit. ¶ Hic queritur Dubm
vtrum decuit deum animaꝫ infundere carni infecte. Et
videtur ꝙ nō:qꝛ nō est vere innocēs qui potest alij pre/
cauere a culpa nec precauet. Sꝫ deus nō infundēdo ani/
mam carni infecte posset sibi precauere a culpa. ¶ Itez
nō decet sapientem rē preciosam ponere in loco imūdo.
¶ Contrariuz sentit Magister in lrā. ¶ Respōdeo ꝙ Rn̄o
decet deuz animā corpori infundere nō obstāte ꝙ sit in/
fectū:ꝛ ꝓpter bonū vniuersi:ꝛ ꝓpter bonuz persone:nā
si enim deus animas corporib⁹ talibus infunderet cessa/
ret multiplicatio generis humani:qḋ est bonuz magnū
in vniuerso:personā etiā melius est sic esse q̄ȝ nō esse: vt
in sequēti dist. declarabitur. ¶ Ad primū in oppositum Ad p̄m
dōm ꝙ maior argumēti intelligenda est de homine non
de deo:deus enim iuste pmittit mala fieri:eo ꝙ sicut vni
uersalis rector de malis maiora bona elicit pro vniuerso.
¶ Ad secunduz dicendum ꝙ illa ꝓpositio vera est:quā Ad 2m
do habetur vas mundum in quo potest res preciosa re/
poni:omnia autem corpora propagata immunda sunt:
que deus sine vitio fecit. ¶ Contra fieri terminātur ad Dubm
esse:ergo si anima adeo fuit facta sine vitio:aliquando si/
ne vitio fuit. ¶ Respōdeo ꝙ pro tanto de⁹ dicitur sine Rn̄o
vitio eā fecisse:quia illud vitiū qḋ in instanti sue infusio
nis habet a deo non accepit: sed contraxit a carne:ꝛ ex
hoc non sequitur ꝙ in illo instanti sine vitio fuerit. Ta/
men ante baptismum a corpore descendentes parem pe/
nam:ꝛ post baptismum statim equalem coronam sortiū/
tur. ¶ Contra:inequales potentie cum equalibus adiu Dubm
torijs inequaliter operantur. Fortior ergo intellectus cū
equali habitu glorie illi habitui:quem habet intellectus
debilior:clarius deum videt q̄ȝ alius intellectus natu/
raliter debilior. ¶ Respondeo ꝙ verbum Magistri in/ Rn̄o
telligendum est de corona: quantum ad habitum non
quantum ad actum. Argumentuz autem concludit in/
equalitatem quantum ad actum. Qḋ autem dicit Magi
ster de equalitate pene expositione non indiget:quia pe/
na illa est carentia visionis dei: que carentia in paruu/
lis ante baptismum descendentibus: non recipit ma/
gis ꝛ minus.

¶ An peccata olim precedētiū patrū paruuli ori
ginalr̄ trahāt vt pctm̄ ade. Di. XXXIII.

Pndictio

Dist. 33.

Redictis adiiciendū vi detur an peccata precedentium patrum ad paruulos transeant: sicut illud primi hominis delictū in omnes carnaliter genitos dirimus redundasse: et si parentū transeunt in paruulos: vtrum omnium qui fuerunt ab adā vsq3 ad ipsos: an aliquorū et non oium.

Quid super hoc Augustinus in Enchir. dicere videtur.

De hoc Augu. in enchi. ambigue differit: videtur enim approbare peccata parentum precedentium imputari paruulis: non omnium tamē qui fuerunt ab adam: ne importabili et nimia sarcina in pena eterna grauarentur paruuli: sed tamen eorum parentum qui eos a quarta generatione precesserunt. Quod cōfirmat illis verbis quibus in Exo. dns ait. Ego sum deus visitans iniquitates patrum vsq3 in tertiā et quartam generationem: quasi peccata parentū proximorū tantū paruulis imputentur: et non alia: quod est per moderationē diuine miserationis.

Eorum ponit documenta qui dicunt transire in paruulos parentum delicta.

Et quod non illud solū primi hominis delictum teneat: sed etiam alia: illi quibus ita videtur ex eo confirmant: quod etiam paruuli nō modo maiores dicuntur baptizari in remissionem peccatorum per pluralem numerum nō per singularem in remissionem peccati. Et dauid de legitimo matrimonio procreatus dicit. In iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. Non dicit in iniquitate vel peccato. Unde putauit non tantum illud vnum peccatum originale: sed etiam plura que in peccato ade reperiri possunt: et alia parētū peccata paruulis imputari.

Quod in illo vno primo peccato plura reperiūtur.

Quod vero in actuali peccato ade plura notari valeant peccata. Aug. in Ench. insinuat. Possūt inquit intelligi plura peccata in vno transgressione: ade: si in sua quasi membra diuidantur. Nam et superbia est illic: quia homo in sua potius eē quam dei potestate dilexit. Et sacrilegium: quia deo non credidit. Et homicidium: quia se in mortē precipitauit. Et fornicatio spiritalis quia integritas mentis humane serpētina suasione corrupta est. Et furtum quia cibus prohibitus vsurpatus est. Et auaritia quia plusquā sufficere illi debuit appetiuit: et si quid aliud in hoc vno peccato inueniri potest. Deinde de parentum precedentium peccatis vtrū paruulis imputentur magis opinando quam asserendo disceptat ita inquiens. Parentum peccatis paruulos obligari non solum primorū hominum: sed etiam suorū de quibus ipsi nati sunt: nō improbabiliter dicitur. Illa quippe diuina sententia: reddam peccata patrum in filios: tenet eos ante regenerationem vsq3 adeo: vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat. In iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis cōcepit me mater mea. Non dixit in iniquitate vel in peccato: cum et hoc recte dici posset. Sed iniquitates et peccata dicere maluit: quia et in illo vno quod i oēs homines pertransiit: atque tam magnum est vt eo mutaretur humana natura: reperiūtur: sicut supra differui plura peccata: et alia parentū que non ita possunt mutare naturam reatu obligāt filios nisi gratia dei subueniat. Sed de peccatis aliorum parentum quibus ab ipso adam vsq3 ad patrem suum pro generationibus suis quisque succedit non immerito disceptari potest: vtrum omnium malis actibus et multiplicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur: vt tanto peius quāto posterius quisque nascatur. An propterea deus in tertiam et quartam generationem de peccatis parentū posteris eorum cōminetur quia iram suam quantum ad progeneratorum culpas non extendit vlterius moderatione miserationis sue: ne illi quibus regenerationis gratia nō confertur: nimia sarcina in ipsa eterna damnatione premerentur: si cogerentur ab ipso initio generis humani omnium precedentium parentum suorum originaliter peccata contrahere: et penas pro eis debitas pēdere. An aliquid aliud de re tanta scripturis sanctis diligentius perscrutatis ac tractatis valeat vel non valeat reperiri: temere affirmare non audeo. Ecce perspicuum fit lectori Augustinū superiora dixisse nō asserendo: sed diuersorum opiniones referēdo.

Ostendit Augustinum sibi fore contrarium si id sentiret.

Alioquin sibiipsi contradicere ostenderetur: qui in eodem lib. omnium mitissimam dicit esse penam paruulorum qui originali tantum tenentur peccato: his verbis. Mitissima sane pena eorum erit qui preter peccatum quod originale contraxerunt: nullum insuper addiderunt: et in ceteris qui addiderunt: tanto quisque ibi tolerabiliorem habebit damnationem quanto hic minorem habuit iniquitatem. Ecce hic aperte dicit paruulorum penam omnium aliarum penarum esse leuissimā. Quod si est: non ergo peccatis patrum precedentium obligantur: nisi ade. Si enim pro peccatis parentū actualibus eternaliter punirentur: et pro suo originali non tam minus: sed forte magis quam ipsorum parentes punirentur. Non ergo pro peccatis parentum

actualibus:nec etiaꝫ pro actualibus primi parentis:sed pro originali quod a parentib⁹ trabitur paruuli dānabuntur:pro eo nullaꝫ aliā ignis materialis vel ꝯscie vermis penaꝫ sensuri:nisi ꝙ dei visiōe carebūt in ppetuū. Uno ergo ꝛ non plurib⁹ peccatis paruuli obligati sūt: Unde etiaꝫ ea quibus illa opinio muniri videtur:scilicꝫ ꝙ peccata ꝛ iniquitates in paruulis aliquādo scriptura esse significat vtens plurali numero:ita determinat Augus. in codeꝫ libro. Quia in scriptura per singulareꝫ numerū pluralis numerus sepe significari solet: vt ibi. Ora ergo ad deum vt auferat a nobis serpenteꝫ:non ait serpentes quos patiebatur populus. Et econuerso per pluraleꝫ significatur singularis nūerus vt in euangelio. Mortui sunt eniꝫ qui querebant animaꝫ pueri:non ait mortuus est:cuꝫ loqueretur de berode. Et in exo. Fecerunt deos aureos:cuꝫ vnum fecerunt vituluꝫ:de quo dixerunt. Isti sunt dij tui israel. Ita ꝛ illud originale vnuꝫ plurali numero significatur:cum dicimus paruulos in peccatorum remissioneꝫ baptizari:ꝛ in peccatis vel in iniquitatibus concipi.

Determinatio eorū q̄ illi ponebāt in munimērū sue opionis.

An actuale peccatuꝫ ade sit grauius ceteris.

Hic queri solet vtruꝫ peccatū ade transgressionis ex quo processit originale ꝛ in quo plura superi⁹ notata sunt peccata:grauius fuerit ceteris peccatis? Quibusdā ita esse videtur:quia illud peccatum totaꝫ bumanam naturaꝫ mutauit sicut Augu. dicit in Encb. Illud vnum peccatuꝫ in loco ꝛ babitu tante felicitatis admissum taꝫ magnum est:vt in vno bomine originaliter:vt ita dixerim:radicaliter totum genus bumanum damnaretur. Idem in lib. de ciui. dei. Tanto maiori iniustitia violatum est illud mandatū:quanto faciliori poterat obseruantia custodiri. Nonduꝫ enim ipsi voluntati cupiditas resistebat:quod de pena trāsgressionis postea secutū est. His alijsqꝫ vtūtur auctoritatibus qui illud peccatum ceteris aliorū bominuꝫ peccatis grauius esse dicūt. Quod etiā ratione ostendere laborāt boc modo. Magis nocuit illud peccatuꝫ q̄ꝫ aliquod corū: quia totum bumanum genus vitiauit:ac morti vtrīqꝫ subdidit:quod nullo alio peccato factum est. Maiorem ergo effectū mali babuit illud peccatum q̄ꝫ aliquod aliud.

Responsio contra illos vbi alia peccata ostenduntur illo maiora.

Ad quod dici pōt quia licet illō peccatū bumanam naturam mutauerit in necessitatem mortis:ꝛ in totum genus bumanū reatum diffuderit:non est tamen putandū grauius fuisse peccato in spiritū sanctum:quod neqꝫ bic neqꝫ i futuro:vt veritas ait: dimittitur. Q vero totam bumanam naturam corrupit: non est ideo:quia grauius fuerit cunctis alijs peccatis:sed quia ab bomine cōmissuꝫ est:quādo in vno bomine tota bumana natura consistebat:ꝛ ideo tota in eo corrupta est. Maioreꝫ qꝫ effectum mali intulit quantuꝫ ad multiplices defect⁹ qui ex eo manauerūt:sed non quantum ad penaꝫ eternam:quam grauiorem non meruit:quā plēs postea meruerūt per alia peccata:immo alios grauiorem promeruisse credimus iram q̄ꝫ adam meruerit.

In quo būit maiorē effectū mali: ꝛ in quo minorē.

An illō peccatū sit primis dimissuꝫ parētib⁹.

Si vero queritur an illud peccatuꝫ fuerit dimissum primis parentib⁹? Dicimus eos per penitentiam veniam consecutos. Unde Augu⁹. in lib. de baptismo paruuloruꝫ ait. Sicut illi primi parentes postea iuste viuendo creduntur per domini sanguinem ab extremo liberati supplicio:nō tamen in illa vita meruerunt ad paradisum reuocari:sic ꝛ caro peccati etiaꝫ remissis peccatis:si bomo in ea iuste vixerit:non continuo meret eam mortem nō perpeti:quaꝫ traxit de propagine peccati.

Q peccata parentū visitantur in filios:ꝛ ꝙ nō sūt aduersa que de⁹ dicit in exodo ꝛ in ezecb.

Et licet peccatis parentum nisi ade paruuli non obligentur:non est tamen diffitendū peccata parentū in filios redundare:sicut dñs in Exoď. ad Moysen ait. Ego sum de⁹ fortis zelotes visitans iniquitates patrū in filios vsqꝫ in tertiam ꝛ quartaꝫ generationeꝫ bis qui oderūt me. His verbis aperte insinuat ꝙ de⁹ reddit peccata patꝝ super filios tertios ꝛ quartos. Huic autem videtur aduersari quod dñs ait in Ezecb. Quid est ꝙ inter vos parabolā vertitis in prouerbiuꝫ istud dicentes. Patres comederūt vuam acerbam ꝛ dentes filiorū obstupescūt. Uiuo ego dicit domin⁹: si erit vobis vltra parabola bec in prouerbiuꝫ in israel. Ecce omnes anime mee sūt:vt anima patris: ita ꝛ anima filij mea est. Anima q̄ peccauerit ipsa morietur. Fili⁹ non portabit iniqtatem patris ꝛ pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit:ꝛ impietas impij erit super eū. His verbis videt de⁹ corrigere per propbetam qď maledixerit in lege. Si enim peccata patrū reddit in tertiam ꝛ quartam generationē:iustitia videtur dei esse vt alius peccet ꝛ alius puniatur. Quomodo enim iustum est aliū peccare:ꝛ alium peccata lugere?

Auctas Ezecb. q̄ vī aduersari legi.

Determinatio premissarum auctoritatuꝫ conuenientiam ostendens.

Sed vt

Sed vt ait Hieronymus: ne lex ⁊ prophete: idest Exodus et Ezech. immo ipse deus qui ⁊ hic ⁊ ibi locutus est: in sententijs discrepare videantur: attendamus finem illius auctoritatis Exod. Dicto. n. reddo iniquitates patrum in filios: addit: his qui oderunt me: per quod euidenter ostendit: non ideo puniri filios: quia peccauerunt patres: sed quia eis similes quodam hereditario malo deum oderunt. Illud ergo quod in Exod. dominus dicit: sicut Hier. tradit: non id sonat quod multi estimant: nec est simile huic prouerbio. Patres comederunt vuam acerbam ⁊c. Illud enim Exod. Hiero. super Ezech. ⁊ Aug. super psal. Deus laudem meam ne tacueris de filijs peccata patrum imitantibus accipiendum censent super quos dicitur deus reddere peccata patrum: quia punit eos: eo quod imitantur peccata patrum: non quia patres peccauerunt. Non itaque corrigit deus in propheta: quod ante dixerat in lege: sed quomodo intelligendum sit aperit. Unde ⁊ illos qui praue intelligebant arguit qui dicebant. Patres comederunt ⁊c.

¶ Quare dixerat in tertiam ⁊ quartam generationem: ⁊ quare patres tantum commemorauit.

Uerumtamen si de imitatoribus malorum illud accipitur: quare tertiam ⁊ quartam generationem tantum commemorauit: cum in qualibet generatione rei teneantur: qui peccata patrum imitantur: ⁊ quare patres commemorauit: cum ⁊ illi omnes mali sint: qui quorumlibet malorum peccata imitantur? Sed ideo patres specialiter nominauit: quia maxime patres filij imitari solent: quos precipue diligunt. Et tertiam ⁊ quartam generationem ideo commemorauit: quia solent parentes interdum tam diu viuere donec filios tertios ⁊ quartos habeant: qui patrum iniquitates videntes: eorum impietatis heredes per imitationem efficiuntur. Secundum hunc modum recte intelligitur ad litteram quod in Exodo dicitur.

¶ Quomodo illud exodi intelligi debeat secundum mysterium.

Quod etiam mystice intelligendum esse ostenditur ex eo quod parabola dicitur. Si enim parabola est: vt ait Hiero. aliud verbis sonat: aliud sensu continet. Unde aliqui ita edisserunt. Patrem in nobis esse dicunt: leuem pulsum sensuum: scilicet primum motum suggestionis vel cogitationis. Filium vero si cogitatio conceperit peccatum in quo notatur consensus ⁊ delectatio mulieris. Nepotem si quod cogitaueris atque conceperis: opere compleueris: vel complere decreueris: in quo notatur consensus viri sine patratio peccati. Pronepotem autem si non solum feceris: sed in eo etiam gloriaris: ⁊ hec est quarta generatio: non quia tres precesserint: sed quarta dicitur: quia quarto loco a primo motu qui est quasi pater: enumeratur. Deus ergo primos ⁊ secundos stimulos cogitationum: quos greci propatheis vocant: sine quibus nullus hominum esse potest: non puniet eternaliter. Sed si cogitata quis facere decreuerit: ⁊ que fecit corrigere noluerit: que sunt mortalia peccata ⁊ tertia ⁊ quarta generatio.

¶ Per quid probatur quod primus motus non puniatur eternaliter.

Ad probandum vero vt ait Hieronymus quod primus pulsus cogitationis non puniatur eternaliter a deo: illud de Gen. afferendum est. Cham enim peccauit irridens nuditatem patris: ⁊ sententiam non ipse: sed filius eius chanaan accepit. Maledictus chanaan seruus erit fratrum suorum. Que enim iustitia est: vt pater peccauerit ⁊ filius punitus sit? Sed in mysterio illud dictum est. Dist. XXXIII. Dis. 33.

PRedictis adijciendum est. Superius determinauit magister de peccati originalis quiditate ⁊ eius transfusione ⁊ remissione. Hic determinat de eius augmento ⁊ multiplicatione in posteris. ¶ Uel potest dici quod hic inquirit vtrum ad posteros transeant proximorum parentum peccata: ⁊ vtrum originale sit vnum vel multa. Et diuiditur in partes duas. ¶ Primo inquirit vtrum peccata proximorum parentum transeant ad posteros: quo ad culpam. ¶ Secundo inquirit vtrum transeant quo ad penam. ibi. [Et licet.] Prima in duas. ¶ Primo prosequitur ⁊ mouet questionem de eo quod intendit principaliter. ¶ Secundo mouet duas questiones incidentaliter ibi. [Hic solet queri.] Prima in quatuor. ¶ Primo mouet questionem ⁊ arguit ad partem affirmatiuam: per quandam Augustini auctoritatem. ¶ Secundo ponit circa hoc quorundam falsam opinionem. ibi. [Et quod non illud.] ¶ Tertio ponit illud false opinionis apparentem confirmationem ibi [Quod vero.] ¶ Quarto ponit eius reprobationem ibi. [Alioquin.] Illa pars que ibi incipit. [Hic queri solet.] Diuiditur in partes duas. ¶ Primo mouet questionem de peccati primorum parentum grauitate. ¶ Secundo mouet questionem de illius peccati remissione. ibi. [Si vero queritur.] Illa pars que ibi incipit. [Et licet.] Diuiditur in partes quatuor. ¶ Primo de transitu peccatorum proximorum parentum ad posteros: quantum ad penam mouet apparentem contrarietatem per auctoritatem sacre scripture. ¶ Secundo ostendit illarum auctoritatum concordiam ⁊ intentionem secundum sensum litteralem. ibi. [Sed vt ait hieronymus.] ¶ Tertio cuiusdam verbi positi in auctoritate ponit expositionem ibi. [Uerumtamen.] ¶ Quarto exponit intellectum predictarum auctoritatum secundum sensum mysticum vel spiritualem. ibi. [Quod etiam mystice intelligendum esse.]

CIrca hanc distinctionem queruntur tria. ¶ Primo de peccatorum proximorum parentum ad posteros transmissione. ¶ Secundo de peccati originalis quantitate. ¶ Tertio de paruulorum punitione. ¶ Circa primum queruntur duo. ¶ Primo vtrum peccata proximorum parentum transeant ad filios quantum ad culpam. ¶ Secundo vtrum transeant quo ad penam.

Q̃ō.1. Ar.p°
PRimo ostendo ꝙ peccata proximorū parentū transeant ad posteros quo ad culpam. Sicut enim fuimus seminaliter in parentibus primis: ita etiā in parentibus proximis. Sed quia fuimus in primis parentibus seminaliter peccatum eorū transiuit ad posteros: quo ad culpā: ergo videtur ꝙ ita debeant transire peccata proximorū parentū.
Secūdo. T.c.25. ¶ Item ſm phm.2. de generatione. in habentibus symbolū facilior est transitus. Sed maius est symbolum filiorum cum parentibus proximis: ꝙ̃ cū primis: ergo videtur ꝙ peccatum eorū facilius transeat ad filios: ꝙ̃ peccatū primorū parentum.
Tertio. ¶ Item magis potest aliquis transmittere illud qđ habet a se ipso ꝙ̃ illud qđ habet ab alio: vnde magis potest sol trāsmittere lumen: ꝙ̃ aliq̃ alia stella: eo ꝙ alia lumen a sole recipiūt: sed primi parentes peccatū originale qđ acceperunt ab adā transmittunt ad filios: ergo multo fortius peccatū
Quarto. actuale: qđ a seipsis habēt transmittere possunt. ¶ Itē per infectionē generatiue causatur in ꝓle originale peccatum: sed ex frequēti malo vsu illius potētie magis inficitur: ergo videtur ꝙ primi parentes per malū vsū illius potētie generēt filios magis peccatores.

In opp^m **Contra** Ansel. de cōcep. virg. longe ante finem: dicit quoniam nullā dant iusti parentes ante baptismū infantibus suis iustitiā: nullam addunt iniusti
Secūdo. suis iniustitiā. ¶ Item Glo. super illud Iere.2. quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis: dicit ꝙ peccata parentum filijs nō imputantur.

Ad qōnē ſm mētē ꝓpriā. **Respondeo** ꝙ peccata primorū parentū nō transeunt ad posteros quo ad culpam: ꝙ̃uis enim per magnā ꝯfundationē ⁊ adhesionē primorū parentū in peccatis: ⁊ maxime carnalibus mediante imaginatiua ⁊ generatiua: que in pte obedit imaginatiue: vt patet Gen̄.30. Possint in natura paruulorū interdū causari alique habituales ꝓnitates ad mala similia vel quibus adheserunt parentes: ipse tamē paruulis nō imputātur ad culpam: quia per illas nō carent aliquo bono ꝙ ipsi ex debito teneant habere: quia eniȝ iustitia que fuit in primis parentib⁹ eis fuit data pro persona nō pro posteritate sua: ⁊ fuit in eis: imediate ratiōe persone nō mediāte natura: vnde nec illā possunt ad posteros deriuare: ideo paruuli eorū nō obligātur ad proximorū parentū iustitiā: ⁊ ideo eius carentia eis nō imputatur ad culpā. Nō sic autē potest dici de iustitia originali: que fuit in adā: quia sibi data fuit pro se ⁊ pro tota sua posteritate: ⁊ fuit in persona mediāte natura. Unde ⁊ si primi parentes nō peccassent eam ad posteros dispositiue trāsfudissent: ⁊ ideo paruuli ab eis descēdētes ſm legem naturalē ꝓpagationis ante baptismū obligātur ad eam: ⁊ ideo eius carentia imputatur eis ad culpam. ¶ Hanc sentētiam breuiter perstringens Ansel. lib. de cōcep. virg. bene longe ante finē libri: sic ait. Si adā nequiuisset ad eos quos generaturus erat: iustitiā suam ꝓducere nequaq̃ȝ posset eis suā iniustitiam transmittere: quapropter: quoniā nullus post adam filijs suis: quiuit suā iustitiam seruare: nullā video ratiōnē: cur primorū parentū peccata filiorū alabus debeant imputari.

Ad p^m Ad 2^m **Ex dictis patet** responsio ad primum argumētum in oppositū. ¶ Ad secundū dōm ꝙ inter patrē ⁊ filium est symbolū quantum ad naturā maiorꝙ̃ quantū ad personā: per peccatum autē primorū parentū corrupta est natura humana corruptione pertinente ad nāȝ: p peccā aūt primorū parētū corruptiōe ptinēte ad personā: ⁊ ideo corruptio facta in natura humana per peccatū primorū parentum imputatur posteris: nō autē corruptio facta per peccatū primorū parentū nō obstante maiori symbolo filiorū
Ad 3^m ad parentes proximos ꝙ̃ remotos. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ illud quod aliquis habet ex se magis potest trāsmittere ꝙ̃ illud quod habȝ ab alio si sit eque traducibile. Sȝ corruptio persone nō est ita traducibilis: sicut corruptio nature: homines enim nō ita sunt vnū in persona: sicut in natura: vnde dicit Porphyrius: ꝙ plures homines participatione spēi: sunt vnus homo nō vnitate ſm numerū: sed ſm spēm: peccata autē primorū parentū corruptiōes sunt pure personales: ⁊ ideo nō ita sunt traducibiles: sicut corruptio facta per peccatū primorū parentum. Ca. ꝺ spē
Ad 4^m ¶ Ad quartū dōm ꝙ per infectionē generatiue ⁊ si causetur infectio in carne: nō tamē est illa īfectio culpa nisi presupposito debito originalis iustitie: ⁊ ideo quia filij nō obligantur ante baptismū ad iustitiā primorū parentū: ideo ⁊ si contingat interdū in natura sua causari aliquas habituales ꝓnitates ad malū per acquisitā infectionem in generatiua proximorū parentum: non tamen eis imputantur ad culpam: vt in questione ostensum est.

Questio. II. Q̃ō.II. Ar.p°

SEcundo queritur vtrum peccata primorū parentum trāseant ad filios quantū ad penam. Et videtur ꝙ sic. Exo.20. dicit dominus. Ego sum domin⁹ de⁹ tuus fortis zelotes visitans iniquitatē patrū in filijs in tertiā ⁊ quartā generationē eorū qui oderūt me.
Secūdo. ¶ Itē Gen̄.19. habetur quādo dominus destruxit sodomam ⁊ gomorram ꝙ destruxit omnes habitatores vrbiū: ergo puniti fuerunt ibi paruuli pro scelere suorū parentum.
Tertio. ¶ Item magis est ꝯiunctus filius patri ꝙ̃ populus regi. Sed vt habetur.2. Re. vlt. cap. populus fuit punit⁹: pro peccato Dauid. ꝙ̃ multo fortius fili⁹ est puniēdus: ꝓ peccato patris.
Quarto. ¶ Itē Aug.1. lib. de libero arbitrio: bn̄ ante mediū: in lege temporali nihil est iustū atq̃ȝ legitimū: qđ nō ex lege eterna sibi homines deriuauerūt. Sed ſm legē temporalē iuste punitur filius pro peccato pris vt patȝ in crimine lese maiestatis: ergo similr iuste punitur filius pro peccato patris ſm legem eternā.
Quinto. ¶ Item Ansel. de cōcep. virg. longe ante finē: sicut sepe meritis parentū filios iustorū a peccatis deus eruit: ita filios iniustorū eorū meritis in peccatis suis aliquādo derelingt.

In opp^m **Contra** Apostolus Gal.6. Unusquisq̃ȝ onus suū portabit: ergo quilibet puniet pro delicto
Secūdo. suo nō pro alieno. ¶ Item Ezech.18. filius nō portabit
Tertio. iniquitatē patris. ¶ Itē Ansel. de cōcep. virg. bene an finem dicit: ꝙ cū dānatur infans pro peccato originali nō dānatur pro peccato ade: sed pro suo: ergo multo fortius: homo nō damnatur pro peccato primorū parentū
Quarto. sed pro suo. ¶ Itē pena nō debet hoī nisi ꝓp culpā. Sȝ vt ante ostensū est: peccata primorū parētū nō trāseūt ad filios: quantū ad culpā: ergo necquantū ad penam.

Ad qōnē ſm mētē ꝓpriā. Pēa duplex. Qua pēa puniūt filij ꝓp culpā parentū ⁊ iuste **Respondeo** ꝙ duplex est pena: sciȝ tēporalis ⁊ eterna: loquēdo de pena tēporali: iuste puniūtur quādoq̃ȝ filij pro peccato primorū parētum. Illa enim pena pmo ⁊ directe respicit corpus: ꝙ̃ uis animā ex cōsequenti: ſm autē corpus filius est aliqd patris: ⁊ ideo cum punitur filius pena temporali: quasi punitur quedā portio illius qui peccauit. ¶ Iterum qꝛ ſm ꝙ dicit phs.1. eth. cap.2. Melius est bonum gētis ꝙ̃ persone vnius: ⁊ magis ꝓuidendū est genti: ꝙ̃ persone: ideo iuste punitur filius pro peccato patris: inquantum illa punitio redundat in bonū edificatis: quia ceteris paribus: parētes magis timent incurrere crimina: pro qb⁹ nō tantū ipsi: sed etiā filij puniūtur. Nec ꝓpter hoc erga filiū iniuste agitur: quia si ipse illam punitionem nō meruit: ⁊ eam sustinet patienter: per eā ad meliora bona promouetur: quia pro pena tēporali: quā sustinet sibi interius in anima bona spūalia cōferuntur. ¶ Loquendo autē de pena eterna: sic dico ꝙ filius nūq̃ȝ punitur: nisi pro suo peccato: qꝛ illa pena directe: ⁊ pmo respicit aiaȝ: Qua pe^a nō puniuntur.

que a deo

que a deo est imediate tantuz nõ a patre: q̄ nobis datur intelligi. Ezech. 18. vbi dicit dominus. Sicut anima patris: ita anima filij mea e: anima que peccauerit ipsa morietur. ¶ Preterea si puniretur filius illa pena pro patris peccato: h̄ nõ redundaret ad spūaluz bonoꝝ pmotiõez in cõitate: sed magis eēt ad bonoꝝ desperatiõez. ¶ Preterea talis pena filio nõ posset infligi ꝑ peccato sine graui ⁊ enormi preiudicio filij: quia pro illa pena sibi nullũ bonũ recõpensare posset cõferri.

Ad tria arg^a partis ex dictis.

Ex dictis patet solutio ad primũ ⁊ tertiũ ⁊ quartum argumentum ad partem primã ꝑcedunt enĩz de punitione tẽporali. ¶ Ad sc̄dm dicũt aliqui q̄ paruuli sodomoꝝ nõ fuerunt puniti nisi pena tẽporali. Sed h̄ stare nõ potest quia credendũ est q̄ multi paruuli ibi mortui sunt qui nullũ habuerunt remediũz cõtra originale peccatũ: pena autez debita originali peccato nõ tm̄ est temporalis: sed etiã debetur sibi pena eterna. s. carẽtia visionis dei. ¶ Dicendũ ergo q̄ illi paruuli qui tunc mortui sunt pena temporali fuerũt puniti ꝑ peccatis parentũ: ⁊ pena eterna pro suo ꝓprio originali peccato. ¶ Ad quintũ dōm q̄ q̄uis aliquãdo filij derelinquant in peccatis suis pro iniquitate parentũ: tamen pena eterna nõ puniũtur pro parentũ iniquitate: s; pro iniquitate ꝓpria: in qua iuste a deo derelicti sunt.

Ad 2^m

Paruuli i sodoma ⁊ gomorra mõrtui qua pena puniti sit.

Ad tria arg^a in oppo^m

Ad 4^m

Tria prima argumẽta ad partem aliã ꝓcedunt de punitione eterna. ¶ Ad quartũ dōz q̄ si maior ꝓpositio argumẽti intelligatur de culpa ꝓpria: intelligi ẽt debet de pena eterna: que nisi ꝓpter culpam ꝓpriaz homini nõ debetur: pena tamen temporalis bene debetur alicui pro culpa aliena.

Consequẽter querit̄ de sc̄do pn̄cipali. Et circa h̄ queruntur duo. ¶ Primo vtruz in diuersis vnum originale sit maius alio. ¶ Secundo vtꝝ in eodẽ sit vnũ origiale tm̄ vel multa. Qõ. I.

Qõ. I.

Ar. p^o

Primo ostendo q̄ in diuersis vnuz originale sit maius alio. Qꝛ peccatum originale est cõcupiscẽtia inquantum est iuncta cũ carentia originalis iustitie. Sed ab origine maior est habitualis cõcupiscentia in vno q̄ȝ in alio: sicut manifestatur in etate adulta: ergo origiale maius est in vno q̄ȝ in alio. ¶ Item quanto effectus ꝓpinquior est sue prime cause tanto est fortior: vnde lumẽ fortius est ꝓpe candelaz q̄ȝ in remoto. Sed primi parẽtes fuerunt prima cã originalis peccati: ergo homines quãto ꝓpinquiores fuerunt primis parentibus tanto in eis maius fuit originale peccatũ. ¶ Item quanto res est nobilior tanto ceteris paribus maius est ipsius vitiũ: quia dicit Aug. 12. de ciui. cap. pmo. vitio ostenditur laudabilis ipsa natura. Sed sicut supra dictum est. vna anima in naturalibus nobilior est q̄ȝ alia: ergo cum peccatum originale sit anime vitium videtur q̄ maius sit in anima vnius paruuli q̄ȝ alterius.

Secũdo.

Tertio.

In opp^m

Contra Ansel. in lib. de concep. virg. bene ante finẽ dicit q̄ peccatũ originale in omnib^9 infantibus naturalr̄ ꝓpagatis est equale: ⁊ q̄ omnes qui in illo solo moriuntur equaliter dãnantur. ¶ Itez Aug. 16. de ciui. 38. cap. loquens de Iacob ⁊ Esau dicit q̄ quantuz attinet ad originale peccatũ ambo pares erant: ⁊ tñ si in aliquibus esset inequale: maxime vr̄ q̄ fuisset inequale in eis cũ vnus eoꝝ esset reprobatus ⁊ alter electus.

Secũdo.

Ad qõnẽ s; mentẽ ꝓpriã.

Respondeo q̄ peccatuz originale nõ est mai^9 in vno q̄ȝ in alio: nõ enim fuit maius in vno q̄ȝ in alio: per peccata primoꝝ parentũ: sicut enim declaratũ est in pma questione huius dist. Peccata primoꝝ parentũ nõ transeunt ad posteros quantum ad culpã: q̄ð nõ esset verꝝ si augerent originalez culpã in eis. Nec etiã fit maius in vno q̄ȝ in alio ꝓpter peccatum primoꝝ parentuz: quia omnes cõtrahẽtes originale peccatũ equaliter ⁊ simili modo fuerunt in parentibus primis: ⁊ ideo equaliter fuerunt in ipso obligati ad originalem iustitiã per peccatũ eoꝝ equaliter natura ipsoꝝ corrupta est in sua seminali ratione: ⁊ ideo loquendo de illa corruptiõe equaliter sunt corrupti a sua origine: ⁊ equaliter originali iustitia nudati. Cũz ergo sint ad illã equaliter obligati sequit̄ q̄ in oib^9 est equale originale pctm̄.

Ad p^m.

Ad primum in oppositũz dōm q̄ augmentũz ꝯcupiscentie in paruulo: qꝛ ꝓuenit rõne cõplexionis vel vitiositatis ꝓximoꝝ parentuz nõ primoꝝ: ideo nõ imputatur eis in maius peccatũ: qꝛ per h̄ nõ carent aliquo bono q̄ð ipsi habere ex debito tenebantur: sicut in pma questione huius dist. ostensuz est. ¶ Ad secundũ dōm q̄ maior argumẽti intelligenda est de effectu positiuo ⁊ cõtinuato cum sua origine: sicut est diffusio luminis a candela: nõ de effectu priuatio vbi priuatio nihil relinquit de opposito habitu: quia talis priuatio nõ recipit magis ⁊ minus: nec de effectu qui nõ continuatur cũ sua origine. Unde si multe candele accendantur ab vna: ita q̄ vna mediãte alia: ita potest esse lux fortis in vltimo accensa: sicut in pma. Nunc autez ita est q̄ peccatuz originale formaliter priuatio est originalis iustitie nihil relinquens de illa: ⁊ ideo nõ recipit magis ⁊ minus. Unde Ans. de cõcep. virg. nõ multũ longe ante finez: loquẽs de iniustitia que est originale peccatũ dicit vbi nulla est iustitia nulla potest auferri iustitia: vñ autẽ nulla potest absentari iustitia: addi nulla põt iniustitia: nõ est etiã peccatũ originale cõtinuatuz cũ sua pma origine: transfunditur enim per generationẽ: per quã eãdem vim h̄z trãsfundẽdi generãs sc̄dz: sicut generans primũ. ¶ Ad tertiũ dōz q̄ maior argumenti intelligẽda est de vitio actualis peccati nõ originalis: qꝛ ad habendũ originalez iustitiã nõ plus obligatur anima nobilior q̄ȝ min^9 nobilis: sed q̄to h̄z nobiliorẽ animã tãto ceteris parib^9 fort^9 obligat̄ ad bene operandũ. Qõ. II.

Ad 2^m

Ad 3^m

Qõ. II.

Ar. p^o

Secundo queritur vtrum in paruulo sit vnum originale tantũ vl̄ multa. Et ostendo q̄ multa Dicit ps̄. In iniquitatibus meis cõceptus sum: ⁊ in peccatis cõcepit me mater mea. Sed ibi loquitur de peccato originali: ergo videtur q̄ in vno paruulo plura sint peccata originalia. ¶ Itez diuersaꝝ potẽtiaꝝ diuerse sunt corruptiones. Sed in quolibz paruulo sunt diuerse potẽtie q̄ ab ei^9 origine corrupte sunt: ergo in quolibz paruulo sũt plures originales corruptiones: sed q̄libet originalis corruptio est originale peccatũ: ergo in paruulo sunt plura peccata originalia. ¶ Item priuationes numerantur sm̄ priuationes habituũ quoꝝ sunt priuationes. Sed originalis iustitia cõprehendebat plures habitus: quelibet enim potentia erat habituata ⁊ diuersaruz diuersi sunt habitus: ergo cuz peccatum originale sit priuatio originalis iustitie: videtur q̄ in paruulo tot sunt peccata originalia quot erant habitus in originali iustitia. ¶ Itez in paruulo ab origine multiplex est habitualis concupiscentia. Cum ergo quelibet cõcupiscentia cõiuncta carentie originalis iustitie cuz debito habẽdi eam: sit originale peccatũ. videtur q̄ in quolibet paruulo sunt plura peccata originalia.

Secũdo.

Tertio.

Quarto.

In opp^m

Contra. Magister in presenti distin. dicit q̄ vno ⁊ nõ pluribus peccatis paruuli obligati sũt. ¶ Item peccatũ originale cõtrahitur ex vnione anime ad carnẽ: s; vna est anima que vnitur: vna caro cui vnitur: ⁊ vnio vna: ergo peccatũ originale in vno est tantũ vnum. ¶ Item Ans. de cõcep. virg. longe post pncipiũ vult q̄ iustitia nõ est nisi in volũtate: ergo originalis iustitia erat in sola voluntate. Cum ergo irrationabile sit ponere q̄ in voluntate essent plures originales iustitie

Secũdo.

Tertio.

originalis iustitia nõ erat nisi vna in vno. Sz petm origi
Ad qõnẽ sz mẽtẽ ppriã: sz iões alio tũ adducat. nale est puatio originalis iustitie: g in vno nõ ẽ nisi vnũ.
Respondeo q sive in vno sive in pluribus non est nisi vnũ peccatũ originale sm
spẽm z in vno paruulo nõ est nisi vnũ sz numerũ. Cuius
rõnẽ diuersi diuersimode assignãt. ¶ Dicũt n. qdaz q qz
fuit vna iustitia originalis sm spẽm cuius puatio est ori/
ginale peccatũ: vna etiã fuit inobediẽtia: rõne cuius to/
rum genus humanũ est corruptũ: ideo peccatũ origina/
le in pluribus paruulis sm spẽm est vnũz. Qz etiã in vno
paruulo vna est tantũ anima que per originale peccatuz
inficitur: z vnius hoĩs nõ est nisi vna generatio p quam
originale peccatuz trãsfunditur: ideo in vno paruulo nõ
est nisi vnuz originale peccatũ sm numerũ: peccatum.n.
nõ numeratur: nisi aut ratiõe subiecti in quo est: sicut di
cimus q in pluribus hominibus sunt plura peccata for
nicationis in numero: aut ratione actus: per quẽ culpa/
bilis efficitur: sicut dicimus q ille qui pluries luxuriatus
Cõ rõnem primã. est: plura habet peccata luxurie. ¶ Sed hec opinio nõ suf
ficienter declarat que supponit: nõ enim ostendit quõ iu
stitia originalis fuerit vnus habitus sive in specie sive in
numero. ¶ Preterea nõ satis declarat vnitatez subiecti
primi originalis peccati cum plures potẽtie sint z inter
Secũda. se distincte que peccato originali infecte sunt. ¶ Alij di/
cunt q qz peccatum originale inficit diuersas potentias
anime sm q sunt partes vnius totius: sicut z iustitia ori
ginalis cõtinebat omnes anime partes in vnuz: ideo in
vno nõ est nisi vnuz originale peccatuz sm numerũ: sicut
videmus q qz mẽbra corporis inficiuntur a febre: inquã
tum vnius corporis partes sunt: ideo vna febris in nũe/
ro in corpore: z in omnibus membris. ¶ In modo autez
assignãdi vnitatez eius sm spẽm in diuersis paruulis fa/
Cõ scdãz. tis cõueniunt cum opinione predicta. ¶ Sed hec opinio
adhuc nõ plane satisfacit intellectui. Febrẽ eniz facit dis/
temperãtia in humoribus: qui similes sunt in diuersis mẽ
bris: nõ enim sanguis pedis alterius nature est a sangui/
ne: qui est in manu: caro etiaz que affligitur in pede non
est alterius spẽi q̃z caro que affligitur in manu: mẽbris enĩ
nõ est assignãda alia spẽs nisi spẽs totius. Ponẽtes autẽ
predictã opinionẽ potẽtias anime dicunt esse accidentia
z ex cõsequẽti eas differre spẽ. Cum ergo omnes inficiũ
tur originali plura sunt differentia spẽ que per originale
inficiuntur: z ita exemplũz qd ponunt de febre paruz va
Tertia. lere videtur. ¶ Alij dicũt q iustitia originalis erat q̃dã
rectitudo hominis integrata ex diuersis habitibus sz spe/
ciem existẽtibus in diuersis potẽtijs: quoz nullus ratio/
nem habebat virtutis nisi per cõparationez sui ad illuz
habituz qui erat in voluntate. Sic dicunt q peccatũ ori
ginale est quedã nuditas debite iustitie in anima itegra/
ta ex pluribus priuationibus plurĩũ habituũ: quaruz in
nulla habet rationẽ culpe nisi in cõparatione ad illam q̃
est in volũtate: sicut dicimus modo suo q actuales deor
dinationes in potentijs anime rationẽ culpe nõ habent
nisi in cõparatione ad illam que est in voluntate: inquã/
tum.s. voluntas causa est eã omittendo vel committẽdo.
¶ Alij autez tenẽtes q potẽtie nõ addunt super essen/
tiam anime nisi aptitudinales respectus ad actus z obie
cta: facilius assignãt vnitatez originalis peccati dicentes
q in anima erat quidã habitus primo ordine nature pfi
ciens animã sm se: z ex cõsequenti in comparatione ad
actus cuius priuatio formaliter est originale peccatuz: q̃
p imo remanet anima imperfecta in se quo ad bene esse:
z ex ↄsequenti per ipsam caritem corruptaz habitualiter
deordinata per comparationẽ ad actus: accipiẽdo habi/
tum modo superius dicto.
Ad pm **Ad primum** in oppositũ dicendum q ibi ponitur plurale pro singulari: sm quem
moduz aliqñ scriptura loquitur. Unde Math. 2. defun
cti sunt enim qui querebãt animã pueri: q p morte so/
lius herodis dictuz est. ¶ Uel potest dici q peccatũ ori
ginale vocat iniquitates: qz in ipso virtualiter coexistũt
peccata actualia: sicut in quodã pncipio: per ipsum eniz
est pnitas ad actualia: Unde Glo. i. ira conceptus suz q
z macula originalis peccati teneor z ad actualia pronus
Ad 2m existo. ¶ Ad scdm dicendum q diuerse corruptiones diuer/
saruz potentiaz non sunt plura peccata originalia: quia
sunt in eis inquãtum sunt partes potẽtiales vnius aie.
¶ Uel potest dici q quia nõ habent rationẽ culpe nisi
ppter illaz que est in volũtate: ideo nõ sunt formaliter:
nisi vnuz originale peccatũ. Sicut malus volũtatis actus
interior: z inordinatus membri actus exterior: q̃uis sint
duo actus: nõ tamẽ sunt nisi vnuz peccatum formaliter
quãdo ab interiori actu volũtatis causatus est actus exte
Ad 3m Ad 4m rior. ¶ Ad tertium simili modo potest dici. ¶ Ad quar
tum dicendum q illa multiplex cõcupiscẽtia nõ facit plures
culpas formaliter: qz nullã habet rationez culpe nisi per
comparationẽ ad illam que est in voluntate. Sed cuz in
paruulo sit habitualis pnitas in voluntate ad inordina
tos actus diuersos sm spẽm: predicta solutio non videt
sufficere. ¶ Dicenduz ergo q quia ista multiplex cõcu
piscentia est per remotionẽ retinaculi phibẽtis: qd erat
originalis iustitia: ideo nõ est nisi vnuz peccatũ formali/
ter accipiendo peccatum p culpa.

Consequẽter queritur de tertio pncipali. Et circa
hoc queritur duo. ¶ Primo vtrum paruu
li decedentes ante baptismum puniantur pe
Qõ. 1. na sensibili. ¶ Scdo vtrum puniant pena spũali. Qõ. 1.
Ar. pº **PRimo ostendo** q puniãt pẽa sensibili Aug.
de fide ad Petrum: longe ante finẽ. Firmissime
tene z nullatenus dubites paruulos q de hac
vita sine sacramẽto baptismi exeunt eterni ignis eterno
Secũdo. supplicio puniẽdos. ¶ Item pena sensibili iuste puniũ
Tertio. tur in hac vita: ergo a simili z in alia. ¶ Itẽ corpora co/
rum dotata nõ erunt impassibilitate: ergo patientur z a
Quarto. calore z a frigore que passio est sensibilis pena. ¶ Itẽ cũ
anima peccatũ originale contrahat ex sui vnione ad car/
nem: caro ipsius peccati est causa. Sed nõ minus debet
puniri causa peccati q̃z subiectum: ergo punietur caro z
ala: sed pena carnis ẽ sensibilis: g pena sensibili punient.
In oppm **Contra** Aug. in Ench. 53. cap. mitissima omni pe/
na eoz erit qui preter peccatum originale
qd traxerũt nullũ insuper addiderint. Sed nõ esset mi
Secũdo. tissima si pena sensibili punirentur. ¶ Item cum deus
remuneret supra condignuz z puniat citra condignum
pena nõ excedit culpam: Sed nũq̃z peccauerunt per ali
quem sensum: ergo nec pena sensibili punientur.
Ad qõnẽ sm mẽtẽ ppriaz. **Respondeo** q paruuli decedẽtes ante baptis/
mum nõ puniuntur pena sensibi/
li: quia nunq̃z habuerunt in se actualem delectationem
peccati: nec in spiritu nec in carne: punientur autem pe
na damni: quia sine gratia gratuz faciente decedunt sine
qua visio dei non potest haberi: quia etiam feditatem in
carne habuerũt: ideo locum obtinebunt ignobilẽ: q̃uis
aliqui dicant q habitabũt in superficie terre.
Ad pm **Ad primuz** in oppositum dicendum q Aug ibi acci
pit supplicium eternũ pro qualibz
pena eterna: sive sit pena damni: sive sit pena sensus. Po
test tamen dici q excessive ibi locutus est: vt bene elon/
garet se ab opinione hereticoruz qui dicebant in paruu
lis nullum esse peccatum: nec eis aliquam penam debe/
ri: z suum nimis expressum modum loquendi tempera/
uit in Enchiridiõ. vbi dicit q pena eorum erit mitissima.
Ad 2m ¶ Ad secunduz dicendum q nõ est simile de pena sensi
bili in hac vita z in alia: qz vna est transitoria z est nobis

documentum

documentum & exemplum: & materia exercende virtutis cum ad adultam peruenitur etatem: alia est eterna: nec

Ad 3m est mã exercende virtutis in illis qui puniuntur. ¶ Ad tertium dicendum q corpora paruulorum nõ erunt impassibilia ab exteriori agente virtute resistẽtis q spectat ad dotem impassibilitatis. Sed per carentiam penam inferentis: s diuina prouidentia disponẽte.

Ad 4m ¶ Ad quartũ dicendum: q sicut anima punitur pena dãni: quia caret dotibus anime: sic corpus punietur pena damni: quia carebit dotibus corporis.

Q8. II. ¶ Questio. II.

Ar. pº **S**Ecundo queritur vtrũ paruuli decedentes ante baptismum pena spũali puniantur. Et arguo q sic. Cũ visio dei sit maximum bonum: carentia eius est maximum malum. Sed homo cognoscens se esse in maximo malo: non potest non dolere in voluntate: ergo paruuli interius affligentur in mẽte.

Secũdo. ¶ Item carentia rei desiderate in mente causat afflictionem. Sed paruuli visionem dei desiderant: ergo visionis illius carentia in eis causat afflictionem.

Tertio. ¶ Item Aug. pmo lib. cõfes. nõ multum post principium. Fecisti nos ad te: & inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Sed cor paruulorum nõ requiescet in deo: quia sibi coniuncti nõ erunt per claram visionem & fruitionem: ergo cor eorũ semper remanebit inquietũ: talis autem inquietudo est magna interior pena.

Quarto. ¶ Item adhuc remanebit in eis caro corrupta per originale peccatum: ergo adhuc in eis erunt motus concupiscẽtiales ex corruptione carnis insurgentes: sed illi motus concupiscẽtiales semper sunt cum delectatione si adest res cõcupita: vel cum afflictione si abest: s nõ semper aderit pñs delectabile ɔcupitũ: ergo inter dũ habebũt aliquã interiorẽ afflictionem.

In oppm **Contra** Magister in lra dicit q nullã ignis maliis vel cõcupiscẽtialis vel conscientie vermis penam sensuri sunt: nisi q dei visione carebũt in ppetuũ.

Secũdo. ¶ Item si dolent aut dolent de culpa aut de pena: nõ de culpa: quia cum sciant se illa culpa purgari nõ posse: desperarent. Desperatio autem est acerbissima pena: & pena paruulo. s est mitissima: vt superius ostensum est. Si autem dolerent de pena contra dei iustitiam murmurarẽt & actuale peccatum committerent: sed ipsi numq̃ actuale peccatum committent.

Ad qõnẽ sm mentẽ ppaũ. **Ad istam questionem** dixerunt aliqui q nõ dolebunt quia sui status nullam habebunt cognitionem: sicut enim ante suum decessum sui status cognitione caruerunt: ita in perpetuum carebunt.

pª opio. ɔ primam opi. ¶ Sed hec opinio est irrationabilis: quia itellectus liber a carne aptior est ad cognoscẽdum: q̃ carni corruptibili vnitus: vnde eorum que possent scire per rationem naturalem si viuerent: aut habent cognitionem: aut possunt habere. Nec potest dici q in resũptione corporum cognitionẽ perdant: pter corporis infantilis ineptitudinẽ: quia sicut dicit Augus. 22. de ciuita. cap. 15 suam quisq recipiet mensuram quã vel habuit in iuuẽtute: etiã si senex est mortuus: vel fuerat habiturus si ante est defunctus.

Paruuli in peccato origiali defũcti hñt: vel pñt h're cognem.

2ª opi. ¶ Alij dicunt q habent cognitionem sui status & habent dolorem: sed modicum: eo q sciunt per actum voluntatis pprie se nõ esse priuatos bono quo carentes de aliqbus bonis creatis gaudẽt: & ita status eorum permixtus est cum gaudio & afflictione.

ɔ scdam. ¶ Sed h opinio aliquibus non videtur vera: quia videtur eis q si de tam graui damno dolerent: q dolerent multum intense: & sic eorum pena esset acerba.

3ª opinio quã iseqr doctor. ¶ Alia est opinio: q mihi videtur rationabilior: paruuli decedentes ante baptismum habent sui status cognitionem: & habebunt et post corporum resumptionem. Nec tñ habent: nec habebunt aliquam afflictionem: nec exteriorem: vt ante ostẽsum est: nec interiorem: ipsi enim sciunt se ex naturalibus non posse deum videre: nec se habuisse vsum liberi arbi. per quem se disponere potuissent ad merendum dei visionem: & sciunt se in perpetuum victuros & nullam penam sensibilem habituros: & ex istorum consideratione: de carentia visionis dei non dolent. Sed sufficit eis bonum qd hñt: & de illo gaudent: & plus habẽt forte de gaudio de bonis creatis q̃ multi in hac vita: qui tñ in tali statu semper remanere vellent. ¶ Qd autẽ de nullo doleant non credo q predicta consideratio huius sufficiẽs causa posset esse: nisi adesset diuina prouidentia ab eis excludens dolorem.

Ad pm **Ad primum** in oppositum cum dicitur q homo cognoscẽs se esse in maximo malo non potest non dolere in voluntate: dico q verum est si demeruit illud malum per proprie voluntatis actum: & si aliquando habuit facultatem ad habendum bonum oppositum: & si prouidentia dei non prohibeat dolorem. Contraria autem istorum sunt in paruulis: sicut in questione visum est: et ideo quamuis sciant se carere maximo bono: tamen illa carentia non dolent.

Ad 2m ¶ Ad secundum dicendum q paruuli illam visionem non desiderant absolute: sed sub conditione: scilicet si habere possent: frustratio autem talis desiderij non parit dolorem. Sicut vnus rusticus vellet esse imperator totius mundi si possibile esset: nec tamen dolet: quia non est: quia videt se ad hoc nunquam habuisse aptitudinem nec habere: & hoc sibi non est possibile.

Ad 3m ¶ Ad tertium dicendum q inquietum est cor hominis donec requiescat in deo: si sperat se illum habiturum. In quiete etiam sunt mentes illorum qui predictam spem non habent: & deum per actuale peccatum amiserunt. Sed paruuli visionem dei non sperant se vnquam habituros: nec eam per sue proprie commissionem voluntatis vel omissionem amiserunt. Et ideo quamuis per predictam visionem in deo non requiescant: tamen cor eorum non propter hoc remanet inquietum: contenti enim sunt naturali dei cognitione: quam habent & de bonis temporalibus in questionis corpore dictis: & quia carent cruciatibus: quos sciunt esse in alijs in inferno.

Ad 4m ¶ Ad quartum dicendum: q in illis qui in hac vita nullum actum illicitum habuerunt deus prohibebit omnem motum concupiscentie illicitum & absolutum desiderium omnis rei quam habere non poterunt.

CIrca litteram Et sacrilegium: q deo non credidit. Nota hic q hec genera peccatorũ nõ accipiantur h proprie: sed similitudinarie. Non enim fuit ibi furtum: aut sacrilegium: aut homicidium pprie Sed aliquid his simile quantum ad aliquas illius peccati circumstantias. Mitissima sine pena erit eorum.

Dubm ¶ Cõtra Glo. super illud Deutero. 32. Abscondam faciẽ meã ab eis: dicit q nihil grauius q̃ visiõe dei priuari.

Rñº ¶ Respondeo q hec grauius intelligenda est quantum ad penam damni non sensus nisi quo ad illos qui eam per peccata actualia perdiderunt in loco scilicet paradisi. In habitu scilicet immortalitatis & sine pronitate. Dicimus eos per penitentiam veniam consecutos.

Dubm Sed nunquid sicut per penitentiam potuerunt reparare personam: potuerunt etiam reparare naturam. Videtur q sic. quia si peccando potuit totam inficere: quia omnes propagandi ab ipso seminaliter erant in ipso peccante. Videtur etiam q per penitentiam omnes reparare potuit qui adhuc seminaliter erant in ipso penitente: cum

pronior sit deus ad miserendum q̄ ad condemnandū.

Cur adā p penitētiā nō restaurauit nāz: sicut psonā.

¶ Respondeo q̄ Adam penitendo non potuit naturam humanam reparare: per penitentiam enim reddit deus homini gratiam gratum facientem: que ordinatur ad perfectionem proprie persone ipsius penitentis: non gratiam gratis datam que erat ad perfectionem totius nature: qualis est iustitia originalis. Penitentia enī actus est persone: nō nature: nisi inquantum natura est in psona. Protopatheis vocant. i. primas passiones a protos q̄ est primum ⁊ pathos quod est passio.

¶ Que de peccato animaduertenda sint.

¶ Distin. XXXIIII.

Dist. 34.

Post predicta de peccato actuali diligenti indagine quedam consideranda sunt: scilicet que fuerit origo ⁊ causa primi peccati vtrum res bona an res mala. Postea in qua re sit peccatum. Deinde quid sit peccatum: ⁊ quot modis fiat: ⁊ de differentia ipsorum peccatorum.

¶ Que fuit origo ⁊ causa peccati prima.

Causa ⁊ origo prima peccati res bōa extitit: quia ante primū peccatum non erat aliquid mali: vnde oriretur. Cum enim originem ⁊ causam habuerit: aut ex bono: aut ex malo habuit. Sz malum ante non erat: ex bono ergo ortum est. Prius enim in angelo ortum est peccatum: ⁊ postea in homine. Et quid erat āgelus nisi bona natura dei? Non ex deo ortum est malum quod fuit in angelo: nō ex alio q̄ ex angelo: ex bono ergo ortum est. Unde Augusti. in responsionibus contra Julianum hereticum qui dicerat. Si ex natura peccatū est: tunc mala est natura: ait. Queso vt si potest respōdeat. Manifestum ex voluntate mala tāq̄ ex arbore mala: fieri omnia opera mala tāq̄ fructus malos sed ipsā malam voluntatē vnde dicit exortā nisi ex bono? Si enim ex angelo: quid est angelus nisi bonum opus dei? Si ex homine: quid erat ipse homo nisi bonum opus dei. Immo quid erant hec duo ante q̄ in eis oriretur mala voluntas: nisi bonum opus dei ⁊ bona ⁊ laudanda natura. Ergo ex bono ortur malū: nec fuit vnde oriri possz nisi ex bono. Dico ergo q̄ voluntatem malam nullum malum precessit: sed ex bono originem habuit. Hic aperte dicitur primā causam ⁊ originē mali bonā fuisse naturā. Et nihilominus ostenditur cuius peccati fuerit causa. s. male voluntatis.

¶ Q̄ mala voluntas secundaria causa fuit malorum.

Mala autē volūtas illa angeli ⁊ hominis causa est etiam malorum subsequentium: scilicet malorum operum ⁊ malarum voluntatū. Unde Augustinus in Enchiridion. Nequaquā dubitare debemus rerum bonarum que ad nos pertinent causam non esse nisi bonitatem dei. Malarum vero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem: prius angeli: postea hominis: hoc primū est creature rationalis malum idest prima priuatio boni. Ecce habes primā voluntatē boni mutabilis: idest angeli vel hominis deficientē ab immutabili bono: idest a deo causam esse malorū rerum ad nos pertinentium: quia causa est tam peccatorū q̄ penarū quibus premitur humana natura. Prima ergo origo ⁊ causa peccati bonū fuit: ⁊ secunda malū qđ ortum est ex bono.

Augu.

¶ In qua re sit peccatum: an in bona an in mala: ⁊ dicitur q̄ in bona tantū.

Ostensa origine mali superest videre in qua re sit malum: idest an in re bona: an in re mala. Qui recte acuteq̄ sapit: nō nisi in bono malū esse intelligit: idest in natura bona. Malū. n. est corruptio vel priuatio boni: vbi autem bonū non est: nō potest esse corruptio vel priuatio boni. Peccatum ergo non potest esse nisi in re bona. Sicut enim morbis ac vulneribus corrumpuntur corpora que: vt ait Aug. in Ench. sunt priuatiōes boni quod dicitur sanitas: ita ⁊ animorū quecūq̄ sunt vitia naturalium sunt priuationes bonorū. Quid est enim aliud q̄ malū dicitur: nisi priuatio boni. Bonū enī minui malum est: quāuis quantūcūq̄ minuatur necesse est vt aliqđ remaneat: si adhuc natura est. Non enī consumi potest bonū quod est natura: nisi ⁊ ipsa consumetur. Cū vero corrumpitur: ideo malum est eius corruptio: quia eam qualicūq̄ priuat bono. Nam si nullo bono priuat: non nocet. Nocet autem: adimit ergo bonū. Quādiu itaq̄ natura corrumpitur: inest ei bonum quo priuetur. At per hoc nullum est quod dicitur malum: si nullum sit bonum: sed bonū omnino malo carens: integrū bonum est. Cum vero inest malum: vitiatum vel vitiosum bonū est: nec malū vnq̄ potest esse vllum: vbi est nullum bonum. Unde res mira efficitur: vt q̄ ois natura inquantū natura est bonū est: nihil aliud dici videtur: cum vitiosa natura mala natura esse dicitur: nisi malum esse quod bonum est: nec malum esse nisi quod bonū est. Hac contextione euidenter innuatur malū non posse esse nisi in re bona: vbi etiā licet absurdū videatur: manifeste dicitur esse malum: quod bonū est.

¶ Q ex premissis sequitur scilꝫ ꝙ cū dicitur malus homo: dicitur maluꝫ bonuꝫ.

Ex quo colligitur nihil aliud significari cuꝫ dicitur homo malus: nisi bonuꝫ maluꝫ. Unde Augusti. in codeꝫ subdit. Quid est malus homo nisi mala natura? Quia homo natura est. Porro si homo aliquod bonuꝫ est: quia natura est: quid aliud est malus homo: nisi maluꝫ bonuꝫ? Tamen cuꝫ duo ista discernimus: inuenimus nec iō malū: q: hō est: nec iō bonuꝫ: quia iniquus est. Sed bonuꝫ q: homo: maluꝫ quia iniquus. Omnis itaq; natura ⁊ si vitiosa sit: inquantuꝫ natura est: bona est: inquantuꝫ vitiosa est: mala est.

¶ Q regula dialecticoruꝫ de contrariis falli in his scilicet bono ⁊ malo.

Ideoqꝫ in his contrariis q̄ mala ⁊ bona vocantur: illa dialecticoruꝫ regula deficit: qua dicūt nulli rei duo simul inesse cōtraria. Nullus enī potus aut cibus simul dulcis est ⁊ amarus. Nullus simul vbi albuꝫ ibi ⁊ nigruꝫ: ⁊ hoc in multis ac pene in omnibus reperitur contrariis: vt in vna re simul esse non possint. Cuꝫ autēꝫ bona ⁊ mala nullus ambigat esse cōtraria: non soluꝫ simul esse possunt: sed mala omnino sine bonis: ⁊ nisi in bonis esse non possunt. Et hec duo cōtraria: ita simul sunt: vt si bonuꝫ nō esset in quo esset: prorsus nec maluꝫ esse potuisset. Quia nō modo vbi consisteret: sed vnde oriretur corruptio nō haberet: nisi esset quod corrumperetur: quoniaꝫ nihil est aliud corruptio: q̄ boni exterminatio. Ex bonis ergo mala orta sunt: ⁊ nisi in bonis non sunt: nec fuit prorsus vnde oriretur vlla mali natura: nisi ex angeli ⁊ hominis natura bona: vnde primitus orta est voluntas mala.

¶ Epilogus facit ad alia transiturus.

Ex his aperitur quod primo ⁊ secundo supra inuestigandum diximus: scilicet que fuerit origo mali: ⁊ in qua re sit. Ex bona eniꝫ re ortuꝫ: ⁊ in re bona consistere: premissis testimoniis comprobatur.

¶ Sententie illi qua dictuꝫ est bonuꝫ esse malū opponitur de prophetia que ait. Ue his qui dicunt bonum maluꝫ.

Determinatio Augustini.

Ad hoc autem quod dictum est maluꝫ esse quod bonuꝫ est: quidam sic opponunt. Si bonuꝫ maluꝫ esse dicimus: incidimus in illaꝫ sententiaꝫ propheticaꝫ vbi legitur. Ue his qui dicunt bonuꝫ maluꝫ: ⁊ malum bonuꝫ. Igitur si hanc maledictioneꝫ vitare volumus: nullatenus dicere debemus bonuꝫ esse maluꝫ: ⁊ econuerso. Hoc autēꝫ Augustinus in eodem libro determinat dicens: id quod dictuꝫ est in prophetia intelligendum esse de ipsis rebus quibus homines mali sunt: nō de hominib⁹. Unde qui adulteriuꝫ dicit bonum: in eum cadit illa prophetica detestatio: ⁊ in euꝫ qui dicit malum esse bonum vel bonum esse iniquuꝫ. Qui eum dicit hominem inquantuꝫ homo est malum esse: ⁊ bonitatem esse iniquitateꝫ: opus dei culpat quod est homo: ⁊ vitiū hominis laudat qd̄ est iniquitas. Dist. XXXIIII.

Dist. 34.



Post predicta ⁊c̄. Superi⁹ determinauit Magister de peccato originali. In hac parte determinat de peccato actuali. Et diuiditur pars ista in p̄hemiuꝫ ⁊ executionem: que ibi incipit. [Causa ⁊ origo.] ¶ Et hec secunda diuiditur in septem partes. ¶ Primo determinat de origine peccati. ¶ Secundo de eius subiecto. ibi. [Ostēsa origine.] ¶ Tertio de quiditate peccati distin. sequentisque ibi incipit. [Post hec videndum.] ¶ Quarto de his que concurrunt ad peccatum: que sunt voluntas ⁊ intentio ⁊ finis distin. 38. q̄ ibi incipit. [Post predicta de voluntate.] ¶ Quinto de modis peccandi circa medium. 42e dist. ibi. [Modi autem peccatorum.] ¶ Sexto de contrariis peccatorum. eadem distin. ibi. [Uariam quoqꝫ.] ¶ Septimo de potētia peccandi. vltima distin. que ibi incipit. [Post predicta.] Prima in duas. ¶ Primo ostendit que fuit prima causa primi mali. ¶ Secundo ostendit illud primū malum causam esse sequentium malorum. ibi. [Mala autēꝫ voluntas.] Illa pars que ibi incipit. [Ostensa origine.] Diuiditur in partes duas. ¶ Primo ostendit quid est subiectum mali. ¶ Secundo contra aliquid suppositū in sua determinatione ponit obiectionē ⁊ soluit ibi. [Ad hoc autem.] Prima in duas. ¶ Primo ostēdit ꝙ subiectum mali est bonuꝫ. ¶ Secūdo ex hoc concludit vnuꝫ correlarium. ibi. [Ideo in his contrariis.]

Circa hanc distinctioneꝫ queritur principaliter de duob⁹. ¶ Primo queritur de mali entitate. ¶ Secundo de eius principiatione. ¶ Circa primū queruntur quattuor. ¶ Primo quid est malum. ¶ Secundo vtrum in rebus sit malum. ¶ Tertio vtrū subiectum mali sit bonum. ¶ Quarto vtrum sit vel esse possit aliquod malum purum. Questio. I.

Qō. 1. Ar. p°

Primo ostendo ꝙ malū sit aliqua essentia. August. lib. 83. questionuꝫ questione. 66. non multum ante fineꝫ dicit: ꝙ prudentia carnis ipsius anime affectio est: affectio autem est aliqua essentia: sed aliquod malum est prudentia carnis. Sicut eniꝫ dicit apostolus Ro. 8. prudētia carnis mors est: ergo aliquod maluꝫ essentia est. ¶ Item Aug. Ench. cap. 6. vocat bonum ⁊ maluꝫ cōtraria: vnde dicit ꝙ in illis contrariis deficit regula dialecticoꝝ: qua dicit nulli rei simul inesse cōtraria: sed quodlibet contrarioꝝ est aliqua essentia: ergo maluꝫ est aliqua essentia. ¶ Item s̄m phꝫ in predicamentis bonuꝫ ⁊ malum sunt genera aliorum: sed genus nominat aliquam essentiam: ergo malū est aliqua essentia. ¶ Item Boetius in libro de duabus naturis: ⁊ vna persona christi. Non multum post principiuꝫ natura est earum rerum que cum sint: quoquo modo intellectu capi possunt. Sed malum quoquo mo/

Secūdo.

Tertio. In sermone de oppositis in fine.

Q͂ô.III. ¶ Questio. III.

Ar.pº **T**ertio queritur vtrū subiectū mali sit bonū. Et videtur ꝙ non. Diony. 4. capitu. de diuinis nominibus. dicit ꝙ maluz non erit in bono: quia neqꝫ in igne frigus est: qd in translatione abbatis plenius dicitur his verbis ... bono esse non potest malum: sicut nec in igne frigidum.

Secūdo. ¶ Item vnum contrariorum non est subiectum alterius. Sed ſm Augusti. in Enchirid. 6. capitu. bonum ꝛ malum sunt contraria: ergo bonum non est subiectum mali.

Tertio. ¶ Item sicut omne illud in quo est albedo est album: ita omne illud in quo est malitia est malum: ergo si malitia est in bono: sicut in subiecto sequitur ꝙ malum est bonum: quod inconueniens videtur.

Quarto. ¶ Item subiectum non est causa destructiua suorum accidentium. Sed bonum est causa destructiua mali: ergo bonum nō est mali subiectum.

In oppᵐ **Contra** Augusti. 14. de ciuitate dei. xi. capitu. Mala nisi in bonis esse non possunt: quia nature en quibus sunt: inquantum nature sunt vtiqꝫ bone sunt.

Secūdo. ¶ Item Magister in littera qui recte acuteqꝫ sapit non nisi in bono malū esse intelligit. i. in natura bona.

Ad q̄ônē ſm mētē ꝓpriaꝫ. Malum quid. **Respondeo** ꝙ malum est in aliquo bono: sicut in subiecto. Malum enim non est pura negatio: que dici potest de nō ente: sed est priuatio. Est enim carentia boni non cuiuscunqꝫ: quia tunc possꝫ dici equus malus: quia non habet bonitatem hominis. Sed est carentia boni debiti haberi ab illa re: que eo caret pro illo tempore quo illo caret. Priuatio autem non est nisi in ente: quia qd de non ente potest dici pura negatio est: omne autem ens in quantum ens est bonum. Unde Augusti. de vera religione: longe post principiuꝫ: quicquid est inquantum est bonum est. Ex quibus sequitur ꝙ malum nisi in bono esse nō potest.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum dicendum ꝙ Dionysius intellexit malum non esse in ente: sicut partem vel naturalem proprietatem alicuius entis. ¶ Uel potest dici ꝙ intelligitur illa auctoritas de illo bono: cuius malitia priuatio est. Malitia autez priuatio non est boni in quo est: sed alicuius boni: qd in illo bono esse deberet.

Ad 2ᵐ ¶ Ad secundum dicendum ꝙ malum non opponitur bono in quo est in speciali: sed solum in generali. Maluz enim generaliter dictum bono opponitur generaliter dicto. Sed bono cuius est priuatio in speciali opponitur: nec est in eo sicut in subiecto.

Cur bono ſgnāli ꝛ ſpāli malū opponit alibo ſꝫ ſpecieꝫ ꝑcise nigrū. Ratio autem quare inter bonum ꝛ malum est considerare oppositionem in generali ꝛ in speciali: ſm ꝙ dicimus hoc bonum speciale esse oppositū illi malo speciali. In alijs autem contrarijs non inuenitur nisi ſm speciē est: alias: quia alia contraria sunt in generibus determinatis: vt album ꝛ nigrum in genere coloris. Bonum autem ꝛ malū circueunt omne genus.

Ad 3ᵐ ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ens malum inquantum ens bonum est: inquantū in ipso est priuatio alicuius debite entitatis maluz est: ꝛ ita subiectum mali bonum est ſm aliquid: ꝛ malum est ſm aliud: nec est hoc inconueniens.

Ad 4ᵐ ¶ Ad quartum dicendum ꝙ bonuꝫ quod est subiectum mali: non est eius destructiua causa. Sed bonum quod sibi opponitur in speciali.

Q͂ô.IIII ¶ Questio. IIII.

Ar.pº T.c.18. **Q**uarto queritur vtrū sit vel esse possit aliquod malum purum. Et videtur ꝙ sic. philosophus secundo celi ꝛ mundi. Si vnum contrariorum fuerit in rerum natura ꝛ reliquū. Sed in rerum natura est aliquod pure bonum: scilicet deus. Sed pure bono est purum malum contrarium: ergo in reruꝫ natura est aliquid pure malum.

Secūdo. ¶ Item in omnibus que intenduntur ꝛ remittuntur est intensio per accessum ad terminum: sed malum intenditur: ergo est in malis reperire terminum: sed in termino nihil admixtum est de contrario: sicut in ipso termino albedinis nihil est de nigredine. ergo est aliquod malum carens omni bono.

Tertio. ¶ Itē si non esset aliquod bonum per essentiam non essent bona per participationem: ergo a simili si non esset aliquod malum per essentiam nulla essent mala per participationem. Sed multa sunt mala per participationeꝫ: ergo aliquod est malum per essentiam: sed bonum per essentiaꝫ est purum bonum: ergo malum per essentiam est puruꝫ malum.

Quarto. ¶ Item Augusti. 19. de ciuitate capitu. primo. dicit ꝙ fines isti sunt summum bonum ꝛ summum malum: sed non est summum maluꝫ vbi est aliquid de bono ergo est aliquid pure malum.

In oppᵐ **Contra** Augusti. 83. questionuꝫ questione. 6. summū malū nullū moduꝫ habet: caret enim omni bono: non est igitur: quia nulla specie continetur.

Secūdo. ¶ Item Augusti. 11 de ciuitate. capitu. 3. sola bona alicubi eē possunt: sola mala nusq̄ꝫ.

Ad q̄ônē ſꝫ mēteꝫ ꝓpriā. **Respondeo** ꝙ non est aliquid pure maluꝫ nec esse potest: sicut enim dicit Augu. lib. 83. questionum questione. 21ª: que sunt inquantum sunt: intantum bona sunt: quantum ergo res habet de entitate tantum habet de bonitate. Ponere ergo aliqd pure malum esse includit contradictionem: quia inquātum ponitur pure malum ponitur ꝙ non habet aliquā bonitatem: inquantum ponitur esse includitur ꝙ haberet aliquam bonitatem. ¶ Preterea vt superius probatum est: malum sub ratione qua maluꝫ priuatio est: ergo ponere aliquid esse pure malum: est ponere puram priuationeꝫ: qd omnino impossibile est. Unde philosophus 4. ethic. capitu. 12. Malum ꝛ se ipsum destruit: ꝛ si integrum sit importabile fit.

Ad finez capli. Predictis concordat Auicē. 4. metaphysice. capi. secundo. dicens: ꝙ impossibile est ꝙ sit aliqua res per se ipsam mala: ꝛ omni modo: si enim habuit esse profecto inquantum est mala nō est.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum dicendum: ꝙ illa propositio philosophi intelligenda est de illis contrarijs que sunt contraria sub ratione speciali tantum: ꝛ ꝙ sunt in determinato genere: ꝛ sic summo bono non opponitur aliquod malum. Sed sic opponitur illi bono: cuius est priuatio qd in esse deberet in subiecto vbi malum est.

Ad 2ᵐ ¶ Ad secundum dicendum: ꝙ aliter intenduntur habitus aliter priuationes: nam habitus intenduntur per accessum ad terminuꝫ: priuationes autem per recessum a termino. Cuꝫ ergo malitia sit priuatio non intenditur per accessum ad terminuꝫ: sed per recessum a termino: dicitur enim malitia maior vel minor: ſm ꝙ est priuatio maioris vel minoris boni: ſꝫ ſi enim malū plus vel minus recedit a sūmo bono.

Ad 3ᵐ ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ proprie maluꝫ non dicitur maluꝫ per aliquam participationem. Sed per priuationeꝫ participationis ipsius boni: vnde non oportet fieri reductionem ad aliquid qd sit per essentiam maluꝫ.

Ad 4ᵐ ¶ Ad quartum dicendum ꝙ August. ibi non vocat summe maluꝫ: malum sequestratū ab omni bono: Sed malū qd omnibus alijs peius est: ꝛ qd principalius est fugiendū.

OOnsequēter queritur de secundo principali. Et circa hoc querūtur quattuor. ¶ Primo vtrū sit aliquod maluꝫ non principiatuꝫ qd sit causa aliorum malorum. ¶ Secundo vtrum prima origo mali sit a bono increato. ¶ Tertio vtrum a bono creato. ¶ Quarto vtrum prima origo mali fuerit a bono creato ratione alicuius defectibilitatis in ipso.

¶ Questio. I.

Qo.1. Ar.pᵒ

PRimo ostendo quod est aliquod malum non principiatum quod est causa aliorum malorum. Quia contrariorum contrarie sunt cause: bonum autem et malum sunt contraria. Cum ergo omnium bonorum creatorum causa sit vnum primum bonum increatum. Ergo omnium malorum principiatorum causa est vnum malum primum non principiatum. ¶ Item omne per accidens reducitur ad per se. Sed bonum non potest esse causa mali: nisi per accidens: vt ostendetur in hac eadem distin. Ergo oportet quod productio mali reducatur ad aliquod primum malum a quo sit per se. ¶ Item phs. 10. meta. dicit quod in vnoquoque genere est aliquid primum quod est mensura eorum: que sunt in illo genere: ergo videtur quod similiter sit in coordinatione malorum. Sed quod est primum aliquorum: et eorum mensura causa est eorum: ergo est aliquod primum malum quod aliorum malorum est causa.

Secundo.

Tertio. T.c.7.

In oppᵐ

Contra eo quod non est principiatum nihil est prius: Sed omni malo est aliquid prius: quia malum est priuatio in alio existens. Subiectum autem naturaliter prius est priuatione que est in eo: ergo nullum est malum non principiatum: non est ergo prima origo mali ab aliquo malo. ¶ Item omne ens non principiatum deus est: ergo si esset aliquod ens malum non principiatum a quo essent alia mala deus esset: et sic essent duo dij: vnus bonus et alius malus: quod falsum est. Probat enim Damasce. primo lib. capitulo quinto. Impossibile esse plures deos.

Secudo.

Ad qonē sz mentē pprīā.

Respondeo quod non est aliquod malum non principiatum quod sit causa aliorum malorum: malum enim vt superius dictum est: priuatio est boni debiti in eo in quo est: ergo in omni re partim bona et partim mala est potentia vel aptitudo ad habendum aliquam perfectionem quam non habet ad quod sequitur illam rem esse compositam ex actuali et possibili. Unde Auicen. 4. metaphysice. capitu. secūdo. vbi fuerit malum ibi est aliquid in potentia aliquo modo. Sed quod est possibile inquantum possibile: imperfectum est. Unde Auicen. 4. metaphysi. capitu. secūdo. Dicit quod potentia est imperfectio: quod autem est imperfectum non est summe ens: ergo impossibile est quod aliquid partim bonum partim malum sit summe ens. Sed omne principium non principiatum: est summe ens: non enim eo potest esse aliquid prius: ergo nec potest esse compositum ex pluribus: quia componentia ordine nature priora sunt composito: nec componibile cum alio: nec aliud sibi: quia iam esset ibi cum actualitate possibilitas: et ita iam esset aliquid prius eo. Purus enim actus prior est omni re habente possibilitatem. Cum secundum philosophum. 9. metaphysice. actus prior sit potentia. Principium ergo non principiatum summe simplex est: et a nullo dependens: quia nihil est prius eo: ergo oportet quod sit purum esse a nullo dependens: hoc autem esse est summe ens. Sequitur ergo quod non potest esse aliquod principium non principiatum partim bonum et partim malum: nec etiam pure malum: quia superius probatum est: quod impossibile est esse aliquod pure malum: ergo impossibile est ponere aliquod malum non principiatum quod sit causa aliorum malorum. ¶ Ex predictis ergo destruitur opinio Manicheorum qui sicut recitat Augusti. in libro de heresibus duo principia inter se diuersa et aduersa eademque eterna et coeterna: hoc est semper fuisse: composuerunt duasque naturas: atque substantias: boni scilicet et mali: sequentes alios antiquos hereticos opinati sunt. Et hi maledicti in predictum errorem inciderunt: quia non considerauerunt causam vniuersalem totius entis. Sed particulares tantum causas particularium effectuum. Et ideo quia inuenerunt duorum particularium effectuum contrariorum duas causas particulares contrarias: nescierunt eas reducere in causam vniuersalem communem: et ideo duo principia contraria opinati sunt. Et tamen cogitasse debuissent: quod cum omnia contraria in vno communi conueniant necesse est quod preter suas causas proprias que contrarie sunt: reducantur in aliquam causam communem.

Ad finez capli.

T.c.15. T.19.

Destruit opio manicheoꝝ.

Ad pᵐ

Ad primum in oppositum dicendum quod contrariorum contrarie sunt cause: loquendo de causis proximis naturaliter agentibus: contraria tamen vera: quorum vtrunque dicit aliquam naturam bonam reducuntur in vnam primam causam communem: que deus est. Sed istorum contrariorum: que sunt bonum et malum: que magis debent dici priuatione opposita: vt superius visum est: quamuis alterum: scilicet bonum reducatur in causam primam: tamen alterum eorum hoc est malum: si accipiatur pro malo culpe non reducitur in causam primam: que deus est. Sed in causam quandam voluntariam creatam. ¶ Ad secundum dicendum quod bonum est ita causa mali per accidens: quod illa accidentalitas est ex parte effectus: inquantum scilicet causa bona per se intendit aliquem bonum effectum: cui effectui accidit illa deformitas: qua malus est: et ita patet quod illius deformitatis productio que est causata per accidens reducitur ad productionem effectus qui est causatus per se. ¶ Ad tertium dicendum: quod illa propositio intelligenda est de entibus quibus debetur mensura per se. Sic autem priuationibus non debetur: sed per habitus quorum sunt priuationes. Unde dicit philosophus quarto physicorū. capitulo de tempore. quod quia tempus est mensuratio motus erit et quietis metrum secundum accidens Ut autem superius dictum est: malum inquantum malum: priuatio est: et ita predicta propositio locum non habet in malo.

Ad 2ᵐ Bonum cā mali p accidēs

Ad 3ᵐ

T.c.116.

Questio. II.

Qo.ii. Ar.pᵒ

SEcundo queritur vtrum prima origo mali sit a bono increato. Et videtur quod sic. Isa. 45. Ego dominus et non est alter formans lucem et creans tenebras faciens pacem et creans malum. ¶ Item sicut probatum est in questione precedenti: prima origo mali non potest esse a malo: ergo oportet quod sit a bono: ergo aut a bono increato aut creato. Sed quecunque istorum dato videtur haberi propositum: quia effectus cause secunde: reducitur in causam primam. Ergo si est a bono creato: est etiam a bono increato. ¶ Item corruptio vniuscuiusque malum est illi rei que corrumpitur. Sed generatio et corruptio elementorum in deum reducuntur: sicut in causam primam: ergo videtur quod malum oriatur a deo. ¶ Item philosophus secundo physicorum: absentia gubernatoris causa est subuersionis nauis et presentia causa salutis: ergo similiter cum deus sit gubernator: sicut per sue gubernationis presentiam causa est salutis: ita videtur quod per eius absentiam sit causa mali: quod saluti contrarium est.

Secūdo.

Tertio.

Quarto. T.c.39.

In oppᵐ Secūdo.

Contra Augustinus. 83. questionum: questione. 21ᵃ Deus mali auctor non est. ¶ Item deus non est causa separationis anime a se. Sed malum separat animam a deo. Dicit enim Isa. 59. capitulo. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos: et deum vestrum: ergo deus mali causa non est.

Ad qonē sz mentē pprīaz. Malum qdruplr pt accipi

Respondeo quod malum quadrupliciter potest accipi. Uel pro malo culpe: vel pro malo pene. Uel pro malo afflictionis in animalibus brutis: que non est culpa: nec pena proprie loquendo: quia pena est lesio ad puniendum inflicta: vel pro malo quod nec est culpa: nec pena: nec afflictio. Cuiusmodi est corruptio rerum cognitione carentium. ¶ Si accipiatur

piatur malum pro malo culpe sic malum non est a bono increato: nec esse potest. Impossibile enim est ꝙ iustus iudex culpet aliquem pro aliquo: ꝙ ipse fecerit in eo. Sed bonum increatum est iustus iudex. ¶ Preterea bonum increatum cum sit summe bonum est summe vnum: ergo sibi ipsi est summe concors. Discordia enim opponitur vnitati: non est ergo contrarium sibi ipsi. Sed culpa est contra legem eternam: que est ipsum bonum increatum: ꝛ est quidam recessus ab ea: ergo non potest esse ipsius culpe causa. ¶ Preterea malum culpe in defectu actionis consistit vel ex defectu actionis causatur: defectus autem actionis est ex aliqua defectibilitate agentis. In deo autem nulla defectibilitas est: nec esse potest: ergo mali culpe nec causa est: nec esse potest. ¶ Sed malum quod est pena ꝛ non culpa: ꝛ malum quod est afflictio: nō tamen est pena proprie dicta: ꝛ malum quod nec est culpa nec pena: nec afflictio: tamen reducuntur ad bonum increatum: sicut ad causam. Deus enim in rebus creatis intendit bonum ordinis vniuersi: qui ordo requirit: ꝙ quedam sint res que deficere possunt ꝛ interdum deficiunt: ꝛ sic deus intendendo bonum ordinis in vniuerso ex consequenti intendit propter bonum vniuersi corruptiones in aliquibus rebus: sicut videmus ꝙ natura intendens causare bonam contemperantiam in mixto: que esse nō posset nisi per aliquam corruptionem in elementis intendit ex consequenti in elementis aliquam corruptionem propter bonam contemperantiam mixti. Quia etiam ad ordinem vniuersi pertinet ordo iustitie que requirit vt peccatoribus infligatur pena: ideo etiam deus est actor mali pene. ¶ Argumenta ad partem secundam procedunt de malo culpe: ꝛ iō cōcedenda sunt.

Ad pm. Ad 2m.

Ad primum in oppositum dicendum ꝙ procedit de malo pene. ¶ Ad secundū dicendum ꝙ malum culpe nō est a bono creato per se: sed per accidens: vt in questione sequenti ostendetur. Non oportet autem ꝙ effectus qui est a causa secunda per accidens reducatur in causam primam maxime loquendo de effectu causato per accidens a causa voluntaria. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ procedit de malo qd nec est culpa nec pena. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ nō est simile de gubernatore creato ꝛ increato: quia gubernator creatus potest deficere ab eo qd tenetur facere ad salutem nautorum: gubernator autem increatus deficere nō potest in sua actione: nec tenetur impedire euentum mali quod euenit.

Effect9 per accns cāe 2e nō reducit in pam. Ad 3m. Ad 4m.

¶ Questio. III.

Qō. III.

Tertio queritur vtrum prima origo mali sit a bono creato. Et videtur ꝙ nō. Saluator ait: Math. 7. nō potest arbor bona fructus malos facere: ergo bonum non potest esse causa mali. ¶ Item Diony. 2. cap. de diui. no. habēt causatiua causalium receptas imagines: causatiua vocat effectus: causalia causas imagines similitudines: sed malum nullam habet boni similitudinē: ergo origo mali nō potest esse a causa bona. ¶ Item phus. 2. Topi. quorum effectiua bona ꝛ ipsa bona. Sed malum non est: ergo nec eius causa est bona.

Ar. pm. Secūdo. Tertio. Cap. 24.

Contra. Augu. i. lib. retracta. cap. 8. Malum nō est exortum nisi ex libe. voluntatis arbitrio. Sed liberum arbitrium est bonum: quia sicut dicit Aug. in eodem cap. potentie animi sine quibus recte viui non potest: media bōa sunt: ergo origo mali culpe est a bono creato qd est liberum voluntatis arbitriū. ¶ Item Aug. scdo de libero arbitrio circa principium loquens de libero arbitrio dicit ꝙ nō nisi eo peccamus.

In oppm.

Respondeo ꝙ prima origo mali culpe de qua in hac questione loquimur est a bono creato: ex quo enim nō est ab aliquo principio nō principiato pure malo: nec partim bono partim malo: nec ab aliquo bono increato: vt superius ostensum est. Sequitur ꝙ sit a bono creato: nō tamen ab illo sub ratione qua natura: quia quod originatur a natura sub ratione qua natura: naturale est: sed malum culpe nō est naturale bono. Unde dicit Aug. hyponosticon responsione tertia. bene post principiū: ꝙ malum nō est innatum homini. Restat ergo ꝙ sit a bono creato per intellectum ꝛ voluntatem: nec tamē fuit a voluntate boni creati per se: sed per accidens: quia si aliquis effectus ordinatur per se ad aliquam causam ille effectus intenditur ab ea. Sed malum culpe sub ratione qua malum non est intentum a voluntate: quia nihil appetit voluntas nisi sub ratione boni. Unde Diony. cap. 4. de diui. nomi. nemo respiciens malum facit que facit. ¶ Preterea effectus per se habet similitudinem sue cause vel secundum eandem rationem: sicut in agentibus vniuoce: vel secundum deficientem rationem: sicut in agentibus equiuoce. Sed malum culpe sub ratione qua malum nullam similitudinem habet cum bono: ergo cum voluntas sit bona: nō potest esse effectus per se ipsius voluntatis. ¶ Preterea omnis causa alicuius effectus per se habet certum ꝛ determinatum ordinem ad suum effectū. Qō autem sit secundum ordinem certum ꝛ determinatum nō est culpa: culpa enim accidit in pretermittendo ordinem rectum: ergo videtur ꝙ malum culpe nō est per se effectus alicuius cause. ¶ Sic ergo patet ꝙ prima origo mali culpe est a bono creato per eius voluntatem ꝛ per accidēs. ¶ Sciendum tamen ꝙ effectum esse ab aliqua causa per accidens intelligi potest dupliciter. Aut ita ꝙ illa per accidentalitas sit ex parte cause: aut ita ꝙ sit ex parte effectus. Uerbi gratia. si dicam domus est causata a medico: ista est per accidens: ita ꝙ peraccidentalitas attenditur ex parte cause: dicimus enim medicum causam domus: quia edificator (cui accidit esse medicum) est causa domus. Si autem dicamus ꝙ edificator est causa infortunij habitantium in domo ista est per accidens: ita ꝙ per accidentalitas est ex parte effectus: quia domui que est per se effectus: edificatoris: accidit ꝙ habitantes in ea infortunētur. ¶ Dicendum ergo ꝙ malum culpe ratione ipsius deformitatis ortum est per voluntatē boni creati per accidens: ita ꝙ illa peraccidentalitas attenditur ex parte effectus: inquantum scilicet alicui bono intento: ꝛ per se causato a volūtate accidit talis deformitas.

Malum culpe a creato bono p accidens.

Ad primum in oppositum dicendum: ꝙ per arborem bonam intelligitur ibi bonus actus voluntatis interior: ꝛ per fructus quibus arbor cognoscitur intelliguntur opera exteriora: ꝛ quāuis ex bono actu voluntatis interiori: causetur malus actus exterior: tamen ab ipsa voluntate causari potest malus actus interior per accidens ratione alicuius defectibilitatis in voluntate: vt in sequēti questione declarabitur. ¶ Ad secundum ꝛ tertium dicendum: ꝙ ille auctoritates Dionysij ꝛ philosophi intelligende sunt de effectu per se causato non ratione defectibilitatis illius cause.

Ad pm. Ad 2m ꝛ 3m.

¶ Questio. IIII.

Qō. IIII.

Quarto queritur vtrum prima origo mali culpe fuerit a bono creato ratione alicuius defectibilitatis in ipso. Et videtur ꝙ non: quia malum habet causam efficiētem: omne enim factum causam habet efficientem. Sed defectibilitas nō potest esse causa alicuius factionis: ergo malum culpe nō sit a bono creato ratione alicuius defectibilitatis. ¶ Item in omni bono creato aliqua est defectibilitas: eo ipso qd est de nihilo: ergo si malum culpe esset a bono creato ratione illius defectibilitatis quodlibet bonum creatum: posset esse causa mali culpe: quod falsum est. ¶ Item nō obstante ꝙ malum pene sit priuatio alicuius boni oritur a bono nō ratione defectibilitatis: Aliter enim nō esset a bono increato: ergo similiter

Ar. pm. Secūdo. Tertio.

Quarto. nõ obstante ꝙ maluz culpe sit priuatio alicuius boni:ꝗ sit a bono creato nõ rõe defectibilitatis. ¶ Itẽ illa defectibilitas i bono creato: aut eẽt malũ pene: aut malũ culpe nõ maluz culpe: quia tunc ante primã culpã essꝫ alia culpa: nec maluz pene: quia tunc ante culpam fuisset pena: ergo videtur ꝙ in bono creato nõ est aliqua defectibilitas:

Quinto. per quã maluz culpe oriatur ab eo. ¶ Item bonum nõ est causa subiectiua mali ratione alicuius defectibilitatis: sed ratione sue entitatis: ergo a simili bonuz nõ est causa originans maluz ratione alicuius defectibilitatis.

Sexto. ¶ Item peccatuz omissionis ꝛ cõmissionis opponitur sꝫ pctm̃ omissiõis est a sua cã rõe alicuiꝰ defectibilitatis. ergo cum oppositoruz nõ sit eadem causa peccatuz commissionis nõ est a sua causa rõne alicuiꝰ defectibilitatis.

In oppm̃ **Contra** Aug. 12. de ciui. cap. 7. Nemo querat efficientem causam male voluntatis: nõ enim est efficiens: sed deficiens: quia nec illa est effectio sed defectio: deficere nãqꝫ ab eo qđ sũme est ad id qđ minꝰ est hoc est incipere habere voluntatem malaz: hoc autẽ nõ esset verum si malum esset a bono nõ ratione alicuius defectibilitatis. ¶ Item defectus est a causa ratione defectibilitatis

Secũdo. tis in causa. Sed sicut dicit Diony. 4. capitu. de diuinis nominibꝰ: malum est defectus: ergo est a sua causa ratione alicuius defectibilitatis in ea.

Ad qõnẽ sꝫ mentẽ ppriã. **Respondeo** ꝙ prima origo mali culpe fuit a bono creato ratione alicuius defectibilitatis in voluntate libera. Cum enim maluz culpe sit defectus impossibile est ꝙ sit a causa nisi inquantum in actu suo deficere potest. Causam autem posse deficere in suo actu est ipsam esse defectibilẽ ꝙ sibi conuenit inquantum de nihilo est. Cui concordat Aug. 14. de ciui. ca. 13. sic dicens: vitio deprauari nisi ex nihilo facta natura nõ posset ac per hoc vt natura sit ex eo dicit ꝙ a deo facta ẽ vt ab eo qđ est deficiat ex hoc habꝫ ꝙ de nihilo facta est. Nec sufficit illa defectibilitas ad pductionem mali culpe nisi inquantuz est in libera voluntate. Si enim voluntas nõ esset libera: quantũcũqꝫ ratione defectibilitatis egrederetur ab ea actus defectuosus: ille tamẽ non haberet rationem culpe: sed quia per libertatez voluntas potest se tenere ne per suam defectibilitatem exeat in actum defectuosum: ideo actus defectuosus ab ea procedens habet rationẽ culpe. Cum ergo malum culpe sit a bono creato ratione defectibilitatis in voluntate vt modo probatuz est: ꝛ etiaz sit a bono: nõ nisi per accidens vt in precedenti questione visum est. Facile est videre quare nõ reducatur

Nõ exm̃ in causam primaz: quãuis sit a causa secunda. Si enim aliquis faber fabricat cultellum ꝛ alteri concedat ad debituz visum: ꝛ ille postea ex peruersitate voluntatis abutens cultello faciat de illo aliquod opus illicituz iste abusus nõ reducitur ad fabrũ: sicut in causaz. Quomodo autem hoc exemplũ possit applicari ad ppositũ satis pꝫ.

Ad pm̃ **Ad primum** in oppositum dicenduz ꝙ ꝓprie loquendo malũ culpe ratione deformitatis cãm efficientem non habet nisi per accidens inquantũ sit aliquid qđ aliquo bono debito caret: vnde ratione deformitatis per se nullam habet causam efficientem: sed tantũ modo deficientem.

Ad 2m ¶ Ad secunduz dicẽdum ꝙ defectibilitas nõ est ratio vt a bono oriatur malum culpe: nisi sit defectibilitas que est in libera voluntate vt visum est in questione.

Ad 3m ¶ Ad tertium dicendum ꝙ non est simile de priuatione boni que est in malo pene ꝛ de priuatione que est in malo culpe. Prima enim causari potest absqꝫ defectu in actione. Cum enim ignis generat ignem ꝛ corrumpit aerem illa corruptio non est per defectum actionis in ignei ꝛ ideo tale malum bene est a causa prima. Sed defectus boni qui est in malo culpe: aut est defectus in actione: aut est causatus per defectum actionis: ꝛ quia nõ posset esse defectus in actione: nisi esset defectibilitas in agente: ideo oportet ꝙ malum culpe sit a bono creato ratione alicuius defectibilitatis.

Ad 4m ¶ Ad quartuz dicendũ ꝙ illa defectibilitas nec est culpa nec pena: nõ enim est carentia alicuius boni debiti: sꝫ negatio cuiusdam perfectionis ꝛ stabilitatis que sibi cõuenit eo ipso ꝙ est de nihilo. Unde ista tria se habuerũt

Nõ istuz dubium. per ordinez. Primo fuit defectibilitas que nec est culpa nec pena: ꝛ postea ratione illius defectibilitatis in libera voluntate causatus fuit defectus: qui est in culpa: ꝛ tertio istum secutus est defectus qui est pena.

Ad 5m ¶ Ad quintũ dicendum ꝙ maior est falsa. Bonum enim ꝙ nullaz habet defectibilitatem nõ potest esse subiectum mali. Dico igitur ꝙ ens est subiectum mali inquantuz in eo est defectus alicuius actualitatis.

Ad 6m ¶ Ad sextum dicenduz ꝙ peccatum cõmissionis ꝛ omissionis a parte rei substrate deformitati opponuntur: ꝛ sic verum est ꝙ peccatuz cõmissionis nõ est a causa sua ratione defectibilitatis: Sed a parte deformitatis conueniunt: ꝛ sic vtrũqꝫ est a bono ratione alicuius defectibilitatis.

Circa litteram manifestuz est ex volũtate mala tãꝗ̃ ex arbore mala fieri omnia opera mala tãꝗ̃ fructus malos: hic accipitur volũtas mala pro malo actu voluntatis interiori. Voluntatem malam nullum malum precessit: hic etiaz accipitur eodem modo: sicut prius. Rerum bonarum que ad nos pertinent causam nõ esse: nisi bonitatem dei: hoc intelligenduz est de causa primaria ꝛ principali: quia multe res bone sunt etiam a causis secundis. In his contrarijs que bona ꝛ mala vocantur illa dialecticorũ regula deficit. i. deficere vꝫ: qꝫ illa regula intelligit de his ꝗ opponũtur in spãli ꝛ nõ de his ꝗ opponunt in gñali. Nec fuit ꝓrsus: vñ oriret vlla mali nã. hoc accipitur maluz cõcretiue: ꝛ id vocatur hoc nomine nature propter naturam substratam malitie. Nisi ex angeli ꝛ hominis bona natura: hoc intelligendum est de malo culpe. Unde primitus orta est volũtas mala: idest malus actus interior voluntatis. Cadit illa prophetica detestatio in eum qui dicit malum est hominem: hoc intelligendum est cum reduplicatione: scilicet inquantum homo: sicut ostendit littera sequens.

Differẽtia nõ boni ꝛ mali. ¶ Hic notanda est differentia inter non bonum ꝛ malum: quia nõ bonum dicit negationem alicuius bonitatis: siue debite haberi: siue non debite. Malum autem dicit carentiam bonitatis debite haberi: ex quo patet ꝙ omne malum est non bonum: sed non conuertitur: quia qualibet enim creatura inquantum creatura est negata est aliqua bonitas: ꝛ ideo quelibet habet aliquam nõ bonitatez. Unde Augu. 8. de trini. cap. 3. Bonum hoc ꝛ bonuz illud possunt alias dici ꝛ nõ bona. ¶ Differentiam autem inter vitium ꝛ peccatum ꝛ culpam ꝛ demerituz require superius distin. 21. in illa questione vtrum semper sit peccatum in illa temptatione que est a carne.

Differẽtia entis vnius boni veri. ¶ Ad melius etiam intelligendum ꝛ ex consequenti quid sit malum: notanda est differentia inter ens vnum veruz: veritate sm̃ ꝙ est in re: ꝛ bonum. Sciendum autem ꝙ ens illud quod nominat: nominat absolute: ꝛ est simpliciter intẽtio prima. Unum vero est ens sub ratione qua indiuisum. Verum autem est ens sub ratione: qua conforme vero intellectui: quam per se respicit: vel sub ratione qua natuz est se manifestare intellectui. Bonum autem est ens inquantum est vel habet illud quod esse vel habere debꝫ. Et quia omne ens debet habere entitatẽ quaz habet: ideo omne ens est bonum: ꝛ quia omne ens alicui vero intellectui quem per se respicit conforme est: ideo omne ens est verum aliqua veritate. Et quia omne ens habet aliquam indiuisionem: ideo omne ens est vnũ. Ex quibus sequitur ꝙ ista quatuor inter se cõuertuntur: ꝛ realiter idem sunt saltem in re absoluta: ꝛ sm̃ rõnem differunt.

¶ Quid

¶ Quid sit peccatum. Dis. XXXV.

Dis. 35. Post hec vidẽduz est quid sit peccatum. Peccatuz est
Aug. ad faustum. vt ait Augu. omne dictuz vel factuz vel concupitum qđ sit contra legem dei. Idem in lib. de duabus animabus. Peccatuz est voluntas retinendi vel cõsequẽdi: qđ iustitia vetat. In vtraq; assignatione de actuali peccato agitur ⁊ mortali: non veniali. Ex prima descriptione ostenditur peccatuz esse volũtas mala siue locutio ⁊ opatio praua. i. act9 malus taz interior ꝙ̃ exterior: ex altera vero tantũ ostenditur esse actus interior. Voluntas enim vt in superioribus dictũ est: mot9 animi est: act9 ergo interior est.
Amb. Ambro. quoq; in lib. de paradiso ait. Quid est peccatũ nisi legis diuine preuaricatio: ⁊ celestium inobedientia preceptoꝝ. Ergo in preuaricante peccatuz est. sed in mandante culpa non est. Non enim consisteret peccatuz si interdictio non fuisset. Non cõsistente autem peccato: nõ solum malitia: sed etiaz virtus fortasse non esset. Que nisi aliqua malitie fuissent semina: vel subsistere vel eminere non posset. Ecce preuaricationez legis ⁊ inobedientiam diffinit Ambrosius esse peccatum.

¶ Diuersorum sententias de peccato ponit.

Quocirca diuersitatis huius verborum occasione: de peccato plurimu diuersa senserunt. Alij enim dixerunt voluntatẽ malam tantũ esse peccatum: ⁊ non actus exteriores. Alij voluntatez ⁊ actus alij
Triplex opio de peccato. neutruz: dicentes omnes actus esse bonos ⁊ a deo ⁊ ex deo esse auctore. Maluz autez nihil est vt ait Augu. super Joannẽ. Omnia per ipsum facta sunt ⁊ sine ipso factuz est nihil. i. peccatuz quod nihil est: ⁊ nihil fiunt homines cũ peccant. Supra etiaz dixit Augustinus ꝙ malũ est priuatio boni vel corruptio boni: qui etiã in lib. lxxxiij. q. ait. Sũmuz malum nullũ moduz habet: caret enim omni bono. At modus aliquid boni est: nõ igitur est quia nulla specie continetur: totũq; hoc nomen mali de speciei priuatione repertũ est. Itẽ in dogmatibus ecclesiasticis dicitur maluz vel malitiaz non esse a deo creataz: sed a diabolo inuentaz: qui ⁊ ipse bonus creatus est. Idez etiã in libro contra manicheos quid sit peccatuz ostendit dicens. Peccare quid aliud est nisi in veritatis preceptis: vel in ipsa veritate errare. Quod si non voluntate faciunt: peccatores iniuste iudicantur. Quid ergo in hac tanta varietate tenendum: quid dicendum?

¶ Vera sententia de peccato proponitur.

Sane dici potest ⁊ libere tradi dz: pctm̃ esse actum maluz interiorẽ ⁊ exteriorem. s. malam cogitationez: ⁊ locutionez ⁊ operationem. Precipue tamen in voluntate consistit peccatuz: ex qua tanq̃ arbore mala procedunt opera mala: tanq̃ fructus mali.

¶ Traditio quorũdaz qui dicunt voluntatẽ malam ⁊ actũ inquãtũ sunt: eẽ naturas ⁊ ideo bona: inquãtuz vero mala sunt: esse peccata.

Quidam autem diligẽter attẽdẽtes verba Aug. quibus supra ⁊ in alijs scripture locis vtitur: non indocte tradunt voluntatez malã ⁊ actus malos inquantuz sunt vel inquantuz actus sunt: bona esse: inquãtuz vero mali sunt: peccata esse: qui voluntatez ⁊ actuz quemcũq; bonaz dei naturaz esse dicunt: inquantuz act9 est vel voluntas: ⁊ ex deo auctore esse. Inquantum vero inordinate ⁊ contra legez dei fit: ⁊ fine debito caret. peccatum est. ⁊ ita inquantuz peccatum est: nihil est. Nulla enim substantia est: nulla natura est.

¶ Auctoritatibus ꝓbant volũtates ⁊ actus omnes esse bona: inquantum sunt.

Quod autem voluntas omnis ⁊ actio bonum sit inquantũ est: ex eo probant quod ait Aug. in libro de. lxxxiij. questionibus. Deus boni tantũ modo causa est: quocirca mali auctor non est: quia omnium que sunt auctor est: que inquantum sunt: intãtũ bona sunt. Idez probans nihil casu fieri in mundo ait in eodez. Quicquid casu fit: temere fit. quicquid temere fit: nõ fit dei prouidentia. Si ergo casu aliqua fiunt in mũdo: non prouidentia vniuersus mũdus amministratur. Si non prouidentia vniuersus mundus amministratur: aliqua natura vel substantia est que ad opus prouidentie non pertinet. Omne autez quod est inquantuz est: bonum est. Sũmum enim est illud bonuz: cuius participatione sunt cetera bona: ⁊ omne qđ mutabile est: non per se: sed boni illius participatione inquantuz est: bonuz est: qđ diuinam etiã prouidentiaz vocamus. Nihil ergo casu fit in mũdo. His testimonijs innituntur ad ostẽdendũ omne quod est inquantũ est: bonuz esse. Unde idem Aug. in. j. lib. de doctrina christiana ait. Iste summe ac primitus est: qui omnino incõmutabilis est: ⁊ cetera que sunt nisi ab illo esse non possunt: ⁊ intantuz bona sunt: inquantum acceperunt vt sint.

¶ Quid ex predictis sequatur.

Ex predictis colligitur atq; infertur: quia si mala voluntas ⁊ mala actio est: inquãtuz est: bona est. Sed quis est qui diffitetur malaz voluntatez esse ⁊ malam actionez? Mala ergo voluntas

siue actio inquantum est: bonum est. et si inquantum voluntas est vel actio: bonum similiter est: sed ex vitio mala est: quod vitium a deo non est: neque aliquid est. Quod Augu. notasse videtur in libro de .lxxxiij. q. dicens. Uitium est voluntas quo est homo deterior: quod vitium longe abest a voluntate dei: vt ratio docet. Ex hoc loco probant voluntatem inquantum vitiosa est: non esse a deo: et inquantum vitiosa est: peccatum est. Et peccatum est: vt aiunt: inquantum non habet ordinem nec finem debitum. Ita et actio inquantum ex malo procedit: et ordinem non habet: et ad malum tendit.

De vitio voluptatis.

¶ Alia probatio quod omnis actus inquantum est: bonus est.

Item et aliter probant omnem actum interiorem vel exteriorem inquantum est esse: bonum: quia non esset actus malus nisi esset res bona: quia non est aliqua res mala: nisi eadem res bona sit. Unde Aug. in enchi. Omnis natura bonum est: nec res aliqua mala esset: si res bona ipsa que mala est: natura non esset. Non ergo potest esse malum nisi esset aliquod bonum. Quod cum dici videatur absurde: connexio tamen ratiocinationis nos compellit hoc dicere. Ex premissis testimoniis asserunt omnes actus inquantum sunt: esse res bonas: nec aliquid esse malum. i. peccatum: nisi idem quoque secundum aliquid bonum sit: et omnium que sunt: inquantum sunt deum auctorem predicant: et eius voluntate omnia esse quecumque sunt: que inquantum sunt nature sunt.

Augu. in enchi.

Summa predictorum perstringit.

¶ Obiectio contra illos qui dicunt omnes actus inquantum sunt esse bonos.

Quibus opponitur. si omnia que sunt inquantum sunt: bona sunt et nature sunt: ergo adulterium et homicidium et similia inquantum sunt: bona sunt et nature sunt: et deo volente fiunt. Quod si est: tunc illi qui faciunt illa: bona agunt: quod penitus absurdum est. His vero sic illi respondent. Dicunt equidem adulterium: homicidium et huiusmodi non simpliciter actus denotare: sed actuum vitia. Actusque ipsos adulterij et homicidij inquantum sunt et inquantum actus sunt a deo esse: et bonas naturas esse: sed non inquantum adulterium et homicidium sunt. Et ideo non sequitur dicunt: si actus qui homicidia et adulteria sunt a deo sunt: quod homicidia et adulteria a deo sunt.

Responsio illorum.

¶ Alia illorum oppositio contra eosdem.

Item aliter eis opponitur: si aliquid non est malum quod non sit natura vel res bona: quomodo ergo peccata sunt: non credere in deum: non ire ad ecclesiam et huiusmodi: cum ista non sint nature: imo omnino non sint? Non est enim aliquid vel res aliqua non ire ad ecclesiam: vel non credere et huiusmodi. Ad quod dicunt his atque huiusmodi dictionibus que videntur privationes simpliciter notare et nihil ponere: quia per negationem dicuntur: vere aliqua poni actusque per eas significari. Non credere enim in christum incredulitatem dicunt: et nomine incredulitatis malum mentis actum significari. Ita etiam cum dicitur non ire ad ecclesiam malum est: non euntis contemptus significatur: idest voluntas mala vel propositum. hoc est enim declinare a bono: et ideo malum est: sicut econuerso declinare a malo bonum est. Sicut ergo declinatio a malo aliquid ponit: scilicet voluntatem et propositum vitandi malum. Non enim potest esse bonum quod omnino nihil est: ita declinatio a bono quod est: significat scilicet voluntatem et propositum mali. Et secundum hoc vera est et generalis illa peccati mortalis descriptio quam supra posuit Augustinus.

Responsio vbi ostendunt quod dicuntur per negationem aliquid ponere vt credere in deum et huiusmodi.

¶ Utrum malus actus inquantum peccatum est sit privatio vel corruptio boni.

Potest etiam queri ab eisdem cum peccatum sit: vt supra dictum est: privatio vel corruptio boni: et omnis actus malus sit peccatum: vtrum sit privatio vel corruptio boni inquantum peccatum est: vel non? Si enim inquantum peccatum est corruptio boni est: cum corruptio vel privatio boni pena sit homini. Inquantum ergo peccatum est: pena est. Quod si est: tunc inquantum peccatum est: bonum esse videtur et a deo esse. Si autem non inquantum peccatum est: corruptio est: queritur ergo secundum quid corruptio sit? Si enim corruptio est et non inquantum peccatum est: cum non sit nisi bonum: preterquam in eo quod peccatum est: ergo inquantum bonum est: corruptio vel privatio boni est. Ad quod etiam ipsi dicunt actum malum non inquantum est neque inquantum bonum est: esse privationem vel corruptionem boni: sed inquantum peccatum est: non tamen inquantum peccatum est: pena est: vel aliquid quod a deo sit. Ut enim ex verbis premissis Augu. colligitur peccatum dicitur corruptio vel privatio active non passive: nam ideo malum vel peccatum dicitur corruptio boni: quia naturam bonam qualicumque privat bono: nam si non privat aliquo bono: non nocet. vt supra Augustinus ait. nocet autem: adimit ergo bonum. non autem nocet nisi inquantum est: ergo inquantum peccatum est privat bono. Itaque inquantum peccatum est privatio est vel corruptio boni.

Responsio vbi ostendit inquantum peccatum esse privationem boni non tamen pena.

¶ Quomodo inquantum peccatum est possit corrumpere bonum cum nihil sit.

Sed cum nihil sit inquantum peccatum est: quomodo potest bonum corrumpere vel adimere? Augustinus

Rñsio Aug. p si militudinem.

re? Augustinus te hoc docet in libro de natura boni dicens. abstinere a cibo non est aliqua substantia: tamen substantia corporis si omnino abstineatur a cibo: languescit et frangitur. Sic non est substantia peccatum: eo tamen natura anime corrumpitur.

¶ Q. peccatum proprie corruptio est anime et quo.

Peccatum vero idest culpa. proprie anime corruptio est. Si autem queritur in quo possit corrumpi anima? In parabola illius qui incidit in latrones qui eum vulneraverunt et spoliaverunt clarescit. Incidit enim homo in latrones: quando per peccatum in potestatem diaboli trahitur et tunc per peccatum expoliatur gratuitis bonis: idest virtutibus: et in naturalibus bonis vulneratur: que sunt ratio et intellectus: memoria et ingenium et huiusmodi: que per peccatum obtenebrantur et vitiantur. Per peccatum etiam privatur illo bono cuius participatione cetera bona sunt quo tanto magis privatur quanto magis se ab eo elongat.

¶ Qualiter homo se elongat a deo. s. per dissimilitudinem quam facit peccatum.

Ab eo autem se elongat homo per peccatum non loci distantia: quia ubique totus et presens est omnibus et omnia in ipso sunt. ut ait Augu. in lib. de. lxxxiij. questi. et ipse locus non est. Locus tamen dei abusive dicitur templum dei. Non quod eo contineatur: sed quod ei presens sit et inhabitans. id autem anima munda intelligitur. Per peccatum ergo non secundum locum aliquis longe fit a deo: et in eo longe fit: quod ab eius similitudine recedit: et tanto longius quanto fit dissimilior. Illa autem ut ait Augu. in lib. de. lxxxiij. questi. que participatione similia sunt deo: recipiunt dissimilitudinem: At ipsa similitudo nullo modo ex aliqua parte potest esse dissimilis. Unde fit ut cum similitudo patris filius sit: nulla parte patri possit esse dissimilis: cuius participatione similia sunt: quecunque deo similia sunt: et illa possunt recipere dissimilitudinem. Nihil est autem quod hominem adeo deo dissimilem faciat quemadmodum peccatum. Cum autem peccatum sit privatio vel corruptio boni que est in anima: est etiam privatio vel corruptio boni corporis. Sicut corpus hominis privavit beneficio illius immortalitatis et impassibilitatis: quam habuit ante peccatum.

¶ An pena sit privatio boni.

Queri autem solet utrum et pena sit privatio vel corruptio boni? Ad quod facile responderi potest: si predicta ad memoriam revocentur. Diximus enim supra privationem vel corruptionem boni accipi active vel passive: idest secundum efficientiam vel effectum. Ideoque privatio vel corruptio boni dicitur et peccatum et pena: sed peccatum secundum efficientiam: quia privat vel corrumpit bonum. Pena autem secundum effectum: idest secundum passionem que est effectus peccati. aliud est enim culpa aliud pena. alterum est dei. i. pena. alterum diaboli vel hominis est: idest culpa. Di. XXXV.

Post hec videndum est. Superius determinavit magister de origine peccati et eius subiecto. In hac parte determinat de quiditate eius. Et dividitur in partes duas. ¶ Primo ponit peccati diffinitionem. ¶ Secundo ostendit quid sit peccatum secundum rem. ibi. [Quocirca.] Et ista secunda dividitur in tres. ¶ Primo ponit tres opiniones de quiditate peccati. ¶ Secundo determinat veritatem secundum suam opinionem. ibi. [Sane dici potest.] ¶ Tertio ponit duas opiniones de realitate peccati quarum una ponit omnes actus iniquitatum fuisse bonos esse: et alia contrarium. ibi. [Quidam autem.] Et ista in duas. ¶ Primo ponit opinionem illorum qui dicunt omnes malos actus inquantum actus sunt: bonos esse et a deo. ¶ Secundo opinionem contrariam. 37. dis. ibi. [Sunt autem et alij.] Prima in duas. ¶ Primo prosequitur intentum suum. ¶ Secundo recapitulat que dicta sunt: versus finem. 36. dis. [Satis diligenter.] Prima in tres. ¶ Primo ponit opinionem. ¶ Secundo opinionis defensionem. ibi. [Quod autem.] ¶ Tertio ponit illius opinionis impugnationem. ibi. [In quibus opponitur.] Media dividitur in duas. ¶ Primo ponit opinionis defensionem per duplicem auctoritatem ¶ Secundo per rationem. ibi. [Item et aliter.] Illa pars que ibi incipit. [Quibus opponitur.] Dividitur in duas. ¶ Primo ponit predicte opinionis impugnationem. ¶ Secundo movet quandam questionem. ibi. [potest etiam queri.] Prima in duas. ¶ Primo opponitur contra predictam opinionem per unam rationem: cuius subiungit solutionem. ¶ Secundo per aliam rationem: cuius etiam subiungit solutionem. ibi. [Item aliter eis opponitur.] Illa pars que ibi incipit. [Potest etiam queri.] Dividitur in duas. ¶ Primo movet unam questionem de malo culpe. ¶ Secundo movet aliam de malo pene. ibi. [Queri autem solet.] Prima in quatuor. ¶ Primo movet magister quandam questionem ex qua elicit quandam obiectionem contra predictam opinionem: et subdit eius responsionem. ¶ Secundo ex responsione movet aliam questionem, incidentem. ibi. [Sed cum nihil sit.] ¶ Tertio ostendit quid est illud bonum quod in anima corrumpitur per peccatum. ibi. [Peccatum vero.] ¶ Quarto ostendit quomodo anima elongatur a deo per peccatum. ibi. [Ab eo autem.] Illa pars que ibi incipit. [Queri autem solet.] Dividitur in duas. ¶ Primo ostendit quomodo differenter corrumpit bonum culpa et pena: et quia ibi supponit differentiam inter culpam et penam. Ideo secundo incidenter ostendit aliquid posse esse idem: culpam et penam dis. sequenti. ibi. [Sciendum est.]

Circa hanc dis. de duobus principaliter est querendum. ¶ Primo de peccati actu. ¶ Secundo de peccati effectu. ¶ Circa primum queruntur quatuor. ¶ Primo utrum omne peccatum aliud ab originali consistat in actu aliquo. ¶ Secundo utrum malus actus voluntatis sit peccatum sub ratione qua est actio vel sub ratione qua est passio. ¶ Tertio utrum malus actus voluntatis sit successiva motio. ¶ Quarto utrum in eodem malo voluntatis actu secundum numerum possit esse intensio et remissio. ¶ Q. I. Q. I.

Primo ostendo quod omne peccatum aliud ab originali consistit in actu aliquo. Aug. 22. lib. contra faustum: quasi medio loco inter principium Ar. p°

⁊ medium:peccatum est factūvel dictumvel concupi/
tum aliqd ꝯtra eternam legē:ergo omne pctm̄ cōsistit:
vel in actu operis:vel locutionis:vel interioris affectio/
Secūdo. mis. ℂ Itez Aug. in lib. de vera religi. quasi medio loco
inter principiuz ⁊ mediuz:nō vllum pctm̄ cōmitti pōt:
nisi duz appetuntur ea que ille .i. christus cōtempsit:aut
fugiuntur que ille sustinuit. Sed appetere ⁊ fugere sunt
actus:ergo omne pctm̄ cōsistit in aliquo volūtatis actu.
Tertio. ℂ Item Aug. primo libro retractationum capitulo .12:
pctm̄ adeo est voluntarium:qḋ si non sit volūtarium:nō
sit peccatum:ergo omne peccatum cōsistit in aliquo vo/
Quarto. luntatis. ℂ Itē omne pctm̄ aliud ab originali est actua
le peccatum. Sed nō est pctm̄ aliqḋ actuale qḋ nō consi
stit in aliquo actu:ergo omne pctm̄ aliud ab originali in
Quinto. aliquo actu consistit. ℂ Itez si esset aliquod pctm̄ aliud
ab originali non consistens in actu aliquo:tūc ille qui nō
faceret qḋ debet continue peccaret quandiu ab actu de/
Sexto. bito abstineret. Hoc autem falsum est. ℂ Item peccatū
⁊ meritum sunt opposita:ergo cū opposita nata sint fie/
ri circa idem:⁊ omne meritū cōsistat in aliquo actu. Se/
quitur ꝙ omne peccatum consistit in aliquo actu.

In oppm̄ **Contra** Jac. 4. scienti bonum facere ⁊ non facienti
peccatum est illi. Sed nō facere bonuz qḋ
homo scit facere:non est aliquis actus:ergo est aliquod
pctm̄ aliud ab originali qḋ non consistit in aliquo actu.
Secūdo. ℂ Itez magister vult qui non crediderit cōdemnabit:
quod non esset verum si non credere non esset peccatū:
Sed non credere non dicit aliquem actum. Nō ergo oē
peccatum aliud ab originali consistit in aliquo actu.

Ad qōnē ḃm mētē aliorum. **Ad istam questionez** dicūt aliqui: ꝙ
peccatum omis
sionis ꝓ quo principaliter mota est questio si accipiat tm̄
quantum ad illud qḋ per se pertinet ad rationem illius
peccati:sic quādoqꝫ peccatū omissionis exterioris est cū
actu interiori. Ut cum aliqs vult nō ire ad ecclesiā ⁊ nō
vadit:qñqꝫ vero absqꝫ oī actu ⁊ interiori ⁊ exteriori:sicut
cum aliqs hora qua tenetur ire nō cogitat de eundo:vel
nō eundo. Si vero peccatū omissionis consideret quan
tum ad cām:vel occasionez illius omissionis:sic necesse
est ꝙ consistat in aliquo actu cōiuncto:vel ꝓcedenti. nul
lus eniz omittitur facere qḋ debet:nisi per hoc ꝙ aliquē
actuz facit:vel fecit qui illius omissionis causa:vel occa
Ad qōnē ḃz mētez ꝑpriaz. sio est:vel fuit. ℂ Ego autem dico ad qōnem ꝙ peccatū
Pctm̄ cō consistere in aliquo actu tripl'r potest intelligi. Uno mō
sistē' i actu ita ꝙ sit aliqs actus formal'r. Uel ita ꝙ sit aliquis actus
tripl'r cō material'r. Uel ita ꝙ de necessitate ꝓsupponat:vel inclu
tingit. dat aliquem actum tanqꝫ sui cām:vel occasionē. ℂ Pri
mo modo nullum pctm̄:nec cōmissionis:nec omissionis
consistit in aliquo actu:quia vt superius visum est:nullū
peccatum quātum ad suum formale actus est:sed priua
tio alicuius boni. ℂ Secūdo modo quāuis pctm̄ com
missionis semp cōsistat in aliquo actu:nō tū hoc est verz
de peccato omissionis:qꝛ sic non distingueretur a pecca/
to cōmissionis. pctm̄ enim cōmissionis nihil aliud est nisi
carentia boni debiti in aliquo actu voluntatis. ℂ Pre/
terea pctm̄ omissionis est carentia actus debiti. Sed nō
opꝫ carentia actus debiti consistat in aliquo actu substra
to illi carentie:ergo nō opꝫ ꝙ peccatum omissionis ma/
terial'r cōsistat in aliquo actu. ℂ Si aūt accipiatur con/
sistere in aliquo actu pro eo qḋ est ꝓsupponere:vel inclu
dere aliquem actum tanqꝫ cām:vel occasionem:sic etiaz
dico ꝙ pctm̄ omissionis potest non consistere in aliquo
actu. Sed intelligendo qḋ non est necessarium ꝓcedere
aliquem actū in voluntate qui sit illius omissiōis cā:vel
occasio. Quia aut ad illum actuz sequeret de necessitate
illa omissio:aut non. Si sic:tunc esset actus malus. quia
ad bonum actum non seqtur de necessitate aliqḋ pctm̄:
⁊ sic sequeret:aut ꝙ peccatum omissionis formaliter nō
esset ipsum peccatū:aut qḋ nō posset homo peccare pec
cato omissionis quin peccaret duobus peccatis:quoruz
vtrumqꝫ est falsum. Si non:aut ille actus esset bon⁹:aut
malus mortaliter:si malus sequeret incōueniēs qḋ ante
imediate tactum est:si bonus:tūc malum culpe de neces
sitate depēderet ab aliquo bono moris qḋ falsuz ē. cū ꝑ́uis
dependeat ab aliquo bono nature:ergo peccatum omis/
sionis non ꝓsupponit de necessitate:vel includit aliquez
actum tanqꝫ sui cām:vel occasionem. ℂ Preterea pctm̄
omissionis est carentia actus debiti in voluntate. Sed si
cut in potestate voluntatis existētis tantūmodo in actu
naturali volendi finem est exire in aliquem actum debi-
tum:ita in potestate ipsius est non exire in actum illum:
ergo voluntas peccare pōt peccato omissionis nō ꝓsup/
posito aliquo alio actu in volūtate nisi naturali actu vo/
luntatis quo vult finem. ℂ Ex dictis patet improbatio
prime opinionis.

Ad primuz in oppositum dicēduz: ꝙ illud ver/ Ad pm̄
bum intelligēdum est de peccato cō
missionis:aut accipitur factum cōmuniter: ꝓut se exten
dit ad operationem ⁊ ad cessationem ab opere:sm̄ quez
modum homo nihil operans requisitus qd faciat respō
det se quiescere. ℂ Ad secūduz dicēdum: ꝙ loquitur de Ad 2m̄
peccato cōmissionis:sicut pꝫ per h qḋ dicit:nō vlluz pec
catum cōmitti potest. ℂ Ad tertiuz dicēdum: ꝙ nō tm̄ Ad 3m̄
modo dicitur voluntariuz actus ipsius volūtatis:vel il
lud super quē cadit voluntatis actus. Sed etiā illud qḋ
est in potestate nostra:vt fiat:vel non fiat sm̄ sententiam
phi. 3. ethi. ca. 8. Unde ipm̄ non velle potest dici volūta/
rium inquātuz in potestate volūtatis est velle ⁊ nō velle.
ℂ Ad quartum dicēdum: ꝙ peccatū actuale sm̄ ꝙ diui Ad 4m̄
ditur ꝯtra originale non tm̄ est actus deformis:sꝫ etiam
omissio debiti actus pro illo tempore quo debet. ℂ Ad Ad 5m̄
quintum dicēdum: ꝙ pctm̄ omissionis ꝯtrariatur pce/
pto affirmatiuo:qḋ obligat semper:sed nō pro semp:⁊ iō
omittens actum debitum non peccat nisi pro illo tēpore
quo obligatur ad habēdum illum actum. ℂ Ad sextum Ad 6m̄
dicēdum: ꝙ non est simile de merito ⁊ demerito: plura
enim requirunt ad bonum qꝫ ad malū. Quia sicut dicit
Diony. 4. ca. de di. no. bonum contingit ex integra ⁊ to
ta causa:malum autem ex singularibus defectibus ⁊ ⁊ iō
quāuis meritum non possit esse:nisi aliqs volūtarie ope
retur bonum vel velit:tamen peccatum eē pōt:siue cuz
facit aliquis qḋ nō debet:siue non faciendo qḋ debet pro
illo tempore quo illud debet. ℂ Qō. II.

Qō. II. **SEcundo** queritur vtrū malus act⁹ vo
luntatis sit peccatum sub ra
tione qua est actio vel sub rōne qua est passio.
Hoc est querere vtrum sit peccatum inquātū
est a voluntate:qꝛ sic hꝫ rōnem actionis:vel inquantum
est in voluntate vt in subiecto:qꝛ sic habet rōnez passio/
nis. ℂ Et primo videtur ꝙ malus actus voluntatis est Ar. pº
peccatum sub ratione qua est passio:qꝛ est passio inquātū
est in volente. sed per h qḋ est in volēte corrūpit aliqḋ bo
num ipsius volētis:⁊ nō inquātuz est a volente. sed sub
illa rōne qua bonum corrūpit est peccatum:ergo inquā/
Secūdo. tum passio est peccatum. ℂ Item magis denoiat subie/
ctum priuationis a priuatione qꝫ priuationis efficiēs cā:
ergo simil'r ipsa voluntas magis debet dici peccatrix in/
quātum est subiectum mali actus qꝫ inquātum est illius
efficiens causa:sed sub prima rōne est passio:ergo magis
debet dici anima peccatrix per malum actum volūtatis
Tertio. inquātum est passio qꝫ inquātum est actio. ℂ Item ma
lus habit⁹ causatus in aīa per malū actum volūtatis cau
satus est ab eo non sub rōne qua est ab aīa:qꝛ cā efficiens
nihil recipit ab actu suo inquātum est ab ea:sed sub rōne
qua est in ea. Sed sub illa rōne qua est causa mali habi/
tus:vel dispositionis ad malum habitum:habet rōnem
peccati:

peccati:ergo inquantum est in anima est peccatum:& ex consequenti inquãtum passio. Quarto. ¶ Item peccatum est carentia boni debiti. Sed carẽtia bono debito passio est nõ actio:ergo malus actus voluntatis peccatum est sub rõne qua passio. Quinto. ¶ Item nõ nocet homini culpam esse ab eo:nisi qz per h culpa est in eo. Sz sub pmo respectu culpa est actio sub secũdo est passio:ergo plus nocet homini culpa sub ratiõe qua est passio q̃z sub rõne qua est actio. qd nõ esset verum:nisi sub rõne qua passio plus haberet de rõne culpe q̃z sub rõne qua est actio.

In opp^m. **Contra** sm Aug. 1. lib. de libero arbitrio ppe pncipium:culpa est maluz qd facimus & pena est malum qd patimur:ergo malus actus voluntatis est culpa inquantum est a nobis sub qua rõne:vt pdictuz est: est actio:& nõ inquãtum est in nobis sub qua ratione est passio. Secũdo. ¶ Item sm sniam phi. 2. ethi. ca. 1. quia mala facimus:mali sumus. Sed illud qd maxime efficit voluntatem malam est peccatum:ergo malus eius actus peccatuz est inquãtũ fact^s est ab ea & nõ sub rõne qua est in ea.

Ad 4^m tio sue ⁊ finis in ministerio suo. ¶ Ad quartuȝ dicendū ꝙ ibi nō loquitur Augu. de fine principali ⁊ vltimo: sed de fine nō principali ordinabili ad vltimū finem: qui finis duplex: esse potest ipsius actus voluntatis interioris scȝ ipse actus exterior: qui est eius obiectū: ⁊ aliqd aliud: propter quod voluntas vult illum exteriorem actum. ¶ Argumenta ad oppositū procedunt de fine vltimo ⁊ principali: ⁊ bene veꝝ est: ꝙ sic loquendo de fine oīuȝ bonoꝝ actuū volūtatis vnus est finis. Qō. III.

TErtio queritur vtruȝ charitas sit finis omniū bonoꝝ actuum voluntatis. Et videtur ꝙ nō. Qō. III. Ar. p⁹

Apls ad Ro. 10. finis legis xp̄s: nō ergo charitas cum ipsa sit habitus. ¶ Item phus. 2. physico. dicit

Secūdo. T. c. 23. nō omne vltimuȝ finem esse: sed optimū. Sed charitas nō est quid optimū: quia deus melior est charitate: sicut creator creatura: ergo charitas nō est finis omnium bonorum actuuȝ voluntatis. ¶ Item habitus est propter

Tertio. actuȝ: ergo magis debet poni finis bonaruȝ voluntatuȝ actus charitatis q̄ȝ charitas. ¶ Item charitas est radix

Quarto. ⁊ pncipiū bonoꝝ actuū volūtatis: ergo nō est finis eoꝝ.

In opp^m **Contra** ad Ro. 13. plenitudo legis est dilectio. Sȝ nō implet lex nisi in fine: ergo charitatiua dilectio finis est bonaꝝ voluntatū ad impletiuȝ legeȝ.

Secūdo. ¶ Item Apls. 1. ad Thim. 1. finis precepti est charitas.

Tertio. ¶ Itē Aug. 8. de ci. cap. 9. sniam Platonis approbat dicentis finem boni esse viuere sm virtutem: et soli euenire posse qui notitiā dei habeat ⁊ imitationeȝ: nec esse aliā cām beatum. Sed principalissima inter virtutes est charitas: ergo ipsa finis est oiuȝ bonaꝝ voluntatum.

Ad qōnē sm mēt ꝓpriā. Finis vltim⁹ tripl̄r pt accipi: ⁊ cā charitas. **Respondeo** ꝙ finis vltim⁹ de quo in hac qōe loquimur tripl̄r pōt accipi. Uno mō ꝓ illo vltimo bono in quo voluntas quiescit. ¶ Alio mō ꝓ q̄ete volūtatis in illo bono: tertio mō ꝓ pncipali habitu quo aīa in illo q̄escit. ¶ Charitas etiā tripl̄r pōt accipi. Uno mō ꝓ charitate increata. de qua di p^a Joā. 4. de⁹ charitas est. Alio mō ꝓ actu charitatis create. Tertio mō ꝓ habitu. ¶ Loquēdo de fine p⁹ mō dicto dōm ꝙ increata charitas finis est vltimus omniuȝ bonorum actuū volūtatis. ¶ Loquēdo de fine scdo mō dicto dōȝ ꝙ boni⁹ actus volūtatis est ipse finis cū pfectus est: qꝛ pfectus volūtatis act⁹ est elicit⁹ a charitate pfecta: ⁊ ꝑ talem actū est q̄es aīe in deo: ⁊ ei⁹ ꝯiūctio cū eodē: cū pfecta cognitiōe ipsius. ¶ Loquēdo de fine 3⁰ modo dicto: sic dicenduȝ ꝙ perfectus habitus charitatis finis est bonoꝝ actuū voluntatis: quia per ipsam: cum habitu eleuante intellectum ad clarā visioneȝ dei: bona voluntas in deo q̄escit: ⁊ qꝛ h charitas in via: de lege cōi imperfecta est: ideo in via: voluntas nostra in deo quiescit imperfecte. Sed cum eā habebimus perfectam in patria per eā quiescet voluntas nostra in deo perfecte.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum cuȝ dicitur ꝙ finis legis christus: h intelligenduȝ est de fine sm ꝙ accipitur ꝓ illo vltimo bono in quo volū-

Ad 2^m tas q̄escit. ¶ Ad secunduȝ dicendum: ꝙ etiaȝ procedit

Ad 3^m de fine primo modo dicto. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ veꝝ est actum charitatis magis habere ratiōeȝ finis: q̄ȝ ipsum charitatis habitum: beatitudo enim verius cōsistit in perfecto actu q̄ȝ imperfecto habitu: tamē ipse habitus charitatis: aliquo modo habet rationē finis: maxime cum perfectus est: ad illam enim perfectioneȝ habē-

Ad 4^m dam tendunt actus imperfecte charitatis. ¶ Ad quartuȝ dōm: ꝙ habitus charitatis nō est finis bonoꝝ actuū volūtatis: qui per ipsaȝ eliciuntur. Sed perfectio charitatis que est in patria aliquo mō finis est bonoꝝ actuuȝ voluntatis quos elicit voluntas per imperfectā charitateȝ: que est in via. ¶ Argumēta ad ptem aliā ꝓcedūt de fine secundo modo dicto: ⁊ de charitate sm ꝙ accipitur pro actu. Questio. IIII.

Qō. IIII. Ar. p⁹

QUarto queritur vtruȝ sit vn⁹ finis omniuȝ voluntatum malaꝝ. Et videtur ꝙ sic. Augu. 10 de ciui. cap. 4. dicit de deo ꝙ ipe omnis appetitionis est finis: ergo omnes mali actus ⁊ boni volū-

Secūdo. tatis vnū finem habent. ¶ Itē ad Ro. 6. dicit Apls de malis actibus ꝙ finis illoꝝ mors est: ergo oēs mali act⁹

Tertio. voluntatis habent vnū finem: qui est mors. ¶ Itē que

cōueniunt

conueniunt in vno principio cõueniunt in vno fine: sed omnes mali actus voluntatis cõueniunt in vno principio. Dicit enim Aug. de vera relig. paruz vltra medium locum inter principiuz & mediũ: q vitiuz primũ anime rationalis est voluntas ea faciendi que vetat sũma & intima veritas: ergo omnes mali actus voluntatis ꝯueniũt in vno fine.

Quarto. ¶ Itez Eccl. 10. Initiũ omnis peccati est superbia: ergo finis omnis peccati est finis superbie: sed finis superbie est excellẽtia: ergo omnes male voluntates in vno fine conueniunt.

In opp^m Contra mali actus voluntatis frequẽter sunt contrarij: sed cõtrarioꝝ motuuz volũtatis non est finis vnus: ergo malaꝝ voluntatũ nõ est vnus finis.

Secũdo. ¶ Item inordinatus appetitus reflectitur ad priuatuz bonũ: vnde de malis dicit Apl's ad Phil. 2. q omnes q̃ sua sunt: querũt: nõ que Jesu xp̃i. Sz bona priuata multa sunt non vnum: ergo omniuz malarum voluntatum non est vnus finis.

Ad qõnẽ sz mentẽ ꝓpriã. Respondeo q nõ est vnus finis omniũ voluntatuz malaꝝ. Male enim actus diuersarum voluntatuz: aut solo numero differũt: aut specie vel genere. Si solo numero differunt habent plures fines in numero: quia illi actus ꝓpter eoꝝ imperfectionem reflectũtur ad ꝓpriuz tẽporale cõmoduz ipsius volentis. Si autez diuersi sunt genere vel specie: habent diuersos fines genere vel spẽ differentes. Et h propter imperfectionez appetibilis: quia eniz vnus appetit delectationẽ in delitijs carnalibus. Alius appetit temporalẽ sufficientiã & alius excellentiaz: que simul nõ sunt in eodez bono creato: ꝓpter eius imperfectionẽ. Ideo ille voluntates diuersos habẽt fines specie vel genere differentes:

Cur malaꝝ volũtatuz diuersos fines: bõarũ vnum tm̃ esse. Sed quia omnia que bone volũtates appetunt referuntur explicite vel implicite ad deũ: qui est sũme vnus: in quo oĩuz earũ: que bone volũtates appetunt sunt perfectiones nõ modo vniuoco illi quo sunt in rebus creatis: sed modo nobiliori in infinituz: ideo omnes bone voluntates: & si habeant plures ꝓximos fines: finez tamen vltimum non habent nisi vnum.

Ad p^m Ad primum in oppositũ dõm q illud verbũ Aug. intelligenduz est vel de appetitione bona vel in generali. s. sub ratiõe finis generaliter dicti: sm̃ quem modũ accipiendi finem: dicimus q volũtas in omni suo volito vult finez: vt inferius declarabitur.

Ad 2^m Finis p ꝯsũptiõe & p cõsumatiõe. ¶ Ad secundum dõm q sm̃ Glos. super illud ps. Cum inuocarez: finis accipi potest pro cõsumptione & pro cõsumatione: primo modo loquendo omniuz malaꝝ voluntatuz: vnus est finis non numero: sed similitudine. s. afflictio eterna: que in qualibet voluntate dãnatis est cõsumptio nõ substãtie: sed quietis: quã afflictionem apl's nominat nomĩe mortis: & de illa dicitur Apoc. 20. q est mors secunda. Hic autem loquimur de fine: ꝓpter quẽ ꝯsumatur opus: siue qui est ipsius operis cõplementum: h est de fine ad quem intentio dirigitur ipsius agẽtis.

Ad 3^m ¶ Ad tertiuz dicendũ: q principiũ motiuuz ipsius voluntatis ad malos actus: respectu diuersaꝝ voluntatum semper est diuersum: vel numero: vel spẽ: vel genere: loquẽdo de motiuo: eo modo quo dicimus q res apprehensa mouet voluntatez: id est inclinat.

Ad 4^m ¶ Ad quartum dõm: q q̃uis primuz peccatuz fuerit superbia: nõ tamẽ oportet q primũ motiuũ ad peccandũ: in quolibz homine superbia sit: aliqui enim peccant aliquo peccato anteq̃ꝫ peccent peccato superbie. ¶ Argumenta ad partem aliam gratia cõclusionis possunt cõcedi.

Consequẽter queritur de secũdo principali. Et circa hoc queritur quatuor. ¶ Primo vtruz voluntas inquantũ libera de necessitate velit finem. ¶ Secundo vtrum moueat se ad volendũ finem. ¶ Tertio vtrũ in omni suo volito velit finem. ¶ Quarto vtrum possit se mouere cõtra iudiciuz intellectus circa ea que sunt ad finez.

Questio. I. Qõ. 1.

Ar. p^o Primo ostendo q volũtas inquantum libera nõ vult de necessitate finez. Phs. 10. ethi. cap. 8. dicit q felicitas est operatio intellect^s: sm̃ propriaz virtutez: sed voluntas inquantũ libera non de necessitate vult hanc operationem: multos enim videmus recedere ab ea: ergo voluntas inquantum libera non vult de necessitate finem cum felicitas sit ipse finis.

Secũdo. ¶ Itez Aug. in lib. de natura & gratia: non multuz ante finem libri: in recto faciendo: ideo nullũ est vinculuz necessitatis: q2 libertas est charitatis: sed libere velle finem est agere recte: ergo hic actus nõ cõuenit volũtati de necessitate.

Tertio. ¶ Item voluntas inquantuz libera nõ vult finem de necessitate nature: quia velle naturaliter est a voluntate inquantũ natura: & libere velle est ab ea: inquantuz est libera: nec de necessitate coactionis: quia inquãtũ libera est cogi nõ potest: videtur ergo q inquantũ libera nõ velit finez de necessitate.

Quarto. ¶ Itẽ Aug. 10. de trint. ca. 1. firmissime nouimus amari nisi nota nõ posse: sz nõ oẽs cognoscunt finez: q2 sm̃ phm̃. 1. ethico. cap. 6. plures errauerunt circa cognitionem finis. Unde quidã posuerunt eam in voluptatibus: quidã in honoribus: quidã in diuitijs: ergo nõ omnis volũtas finem appetit.

In opp^m Contra sm̃ Diony. 4. ca. de diui. nomi. nullus operatur ad malũ aspiciens. Volũtas ergo nõ tendit in aliq d sub ratione mali: ergo a simili nõ refugit aliquid sub rõne boni: sed in fine nihil apprehẽditur nisi sub ratione boni: ergo impossibile est q voluntas: etiã inquantuz libera resiliat a fine: de necessitate. ergo ipsuz appetit.

Secũdo. T. c. 29. ¶ Item sm̃ phm̃. 2 physi. & 6. ethico. cap. 6. finis est principiũ in operabilibus. Sic ergo se habet finis ad volũtatẽ in agibilibus: sicut ꝑncipia ad intellectũ in speculabilibus: sed intellectus de necessitate assentit ꝑncipijs: cognoscẽdo ergo volũtas etiã inquantũ libera de necessitate cõsentit fini ipsiuz volẽdo.

Ad qõnẽ sm̃ mẽtẽ aliorum. p^a Ad istam questionem dicunt aliq: q volũtas inq̃ztuz libera nõ vult finez: nec de necessitate: nec aliter: nõ enim vult libere vltimum finem: sed naturaliter tantũ: Unde respectu illius actus domini non sumus. Voluntas enim non est libera nisi respectu eoruz: respectu quorum est electio. Sed sm̃ phm̃. 3. ethicoruz. cap. 5. voluntas est finis: electio autem eorum que ad finem: felicitas enim esse volumus & dicimus: eligimus autez dicere nõ contingit.

ꝯ opi. ¶ Sed hec opinio expresse videtur ꝯ Augu. esse: dicit enim in Ench. cap. 63. q neqz voluntas nõ est aut libera dicenda non est qua beati esse sic volumus: vt esse miseri nõ solum nolimus: sed nequaq̃ꝫ prorsus velle possumus. Sed beatitudo finis vltimus est: ergo respectu finis vltimi: etiaz volũtas libera est.

Ad qõnẽ sz mẽtez ꝓpriã. ¶ Videtur ergo mihi dicendum ad questionez q voluntas inquantũ libera de necessitate vult finẽ sub rõne gnãli sub qua generaliter est oĩ intellectui mot^s: que est bonũ: maxime cõplenor & perficiẽs totum appetitũ: tale enim bonum est sufficientissimuz. Sub hac autem ratione generali: finis ab omni intellectu cognoscitur.

Ponũt q̃tuor articuli: vt magz nõ sit opio. ¶ Ad videndum autez clarius questionem. ¶ Primo intendo declarare q voluntas naturaliter vult finem. ¶ Secundo q hoc non obstante libere vult finem. ¶ Tertio q hoc non obstãte non est proprie loquendo: actus liberi arbitrij respectu finis. ¶ Quarto q voluntas & velle naturali & velle libero de necessitate vult finem.

p^s articu. Fit notũ volũtatẽ nãr velle finez. ¶ Primum ostendo sic. Augusti. 13. de trinita. cap. 5. dicit q omnes appetunt beatitudinem. Et infra. capitu. 8. dicit q ad hoc natura compellit: cui summe bonus: et immutabiliter beatus

creator ħ indidit. Sed beatitudo finis est: ergo omnes naturaliter appetunt finem. ¶ Preterea omne ꝙ habet aliquem naturalem motum naturaliter appetit finem: qui est consumatio motus illius. Sed vt dicitur

In phe° primo metaphysi. Omnes homines natura scire desiderant: ergo naturaliter per voluntatem appetunt finē cōsumatiuū sciētie. ¶ Preterea Glo. super illud ps. Beata gens. dicit ꝙ animus est nāliter capax beatitudinis. Sed nulla creatura capax alicuius boni naturaliter est derelicta sine omni naturali inclinatione ad illud: ergo in voluntate cuiuslibet creature rōnalis vel intellectualis est aliqua naturalis inclinatio ad beatitudinem: que est naturale velle: vel per quā est nālis actus volendi: ergo cū beatitudo sit finis voluntas naturaliter vult finē. ¶ Preterea ƀz phm de bona fortuna. nāles impetus sunt in nobis primi: eo ꝙ natura semper tendit in bonū. Sz primus motus voluntatis est circa finez: sicut prima cognitio intellectus est principioꝝ: ergo actus volēdi finē naturaliter cōuenit voluntati. ¶ Ad intelligentiaz scdi

2° actus. articulii: sciendū ꝙ preter libertatē que est a culpa ꝛ a miseria: potest distingui: libertas duplex. s. in libertatē: que

Libertas duplex. est a naturali determinatione. Loquendo de libertate a coactione voluntas simpliciter est libera respectu finis:

Fit notū volūtatē libere finē velle. naturalis enim determinatio voluntatis ad volendum finem: in nullo repugnat tali libertati. Voluntas enim diuina: que summe libera est ex natura sua determinatur ad volendum bonum: qd est ipse deus. Videmus etiam ꝙ supernaturalis determinatio voluntatis beatoꝝ ad seruanduz rectitudinez nō derogat eius libertati. Videmus etiam ꝙ coactio est ꝯtra inclinationē rei coacte. Sed naturalis determinatio volūtatis ad volendum finem: nō facit voluntatem velle finem cōtra eius inclinationem. Talis ergo naturalis determinatio voluntatis nō repugnat sue libertati a coactione. Libertatez autē a naturali determinatiōe nō habet volūtas respectu finis: ꝗuis eam habeat respectu eoꝝ: que sunt ad finem: vt inferius

3° actus. Fit notū actū liberi arb. nō esse circa finem. ostendetur. ¶ Quantū ad intelligentiam tertij articuli sciendū ꝙ actus liberi arbi. ꝓprie dicti. i. cōsiderati nō tantū sub ratione qua liberū arbitriū est: sed etiaz sub ratione qua deliberatiuuz: non est libere velle absolute: sic enim eligere est actus liberi arbitrij. Sed ƀm Damā. lib. 2. cap. 24. Opz oio ꝯsiliuz antecedere electionē. Et phs 3. ethico. cap. 4. dicit ꝙ voluntariuz nō omne eligibile: sed certe ꝙ precōsiliatuz: ergo libere velle nō est act° nostri liberi arbi. nisi inquantuz cōsideratur post deliberationez in intellectu seu consiliationem. Sed ƀm phm. 3. ethico. cap. 6. nō cōsiliamur de fine: sequitur ergo ꝙ ac-

4° actus. tus liberi arbi. ꝓprie dicti nō est respectu finis. ¶ Ex dictis ꝓcedo ad articulū quartū declarandū. Que naturaliter agunt: de necessitate agunt. Sed probatum est in primo articulo ꝙ voluntas naturaliter vult finez: ergo velle naturali de necessitate vult finem. Et vt ostensum est in articulo scdo: tale velle nō derogat libertati que est a coactione: ergo volūtas velle naturali: ꝛ libero de necessitate vult finem. ¶ Preterea quātūcūq̄ intellectus cōsideret finez siue absolute siue in relatione nūq̄ occurrit sibi aliqua rō mali nec defectus boni in ipso fine. Sz

A. I. q̄sto tanto clarius apparebit sibi bonitas finis: ꝛ inueniet ꝙ omnis ratio appetibilitatis includitur in fine. Sz ad ħ est determinata volūtas natura vt refugere nō possit illud bonū ꝙ sibi representatur ab intellectu: vt in se comprehendens oēm rōnem appetibilitatis: ꝛ nullā ratiōez fugibilitatis: ergo post qualēcūq̄ considerationez: finis volūtas de necessitate absq̄ oi coactiōe vult finez.

Ad p^m Ad primum in oppositū dōm ꝙ non ꝓcedit de fine sub illa rōne generali sub qua est oi intellectui nāliter motiuus: sed de fine ƀz aliquā

Ad 2^m eius rōnem magis spālem. ¶ Ad secundū dōm: ꝙ illa auctoritas itelligēda est de necessitate coactiōis. ¶ Ad

Ad 3^m tertiū dōm: ꝙ voluntas de necessitate vult finem: ꝛ nāliter ꝛ libere: quia ꝗuis sub alia ratione ipsa volūtas sit nāl: ꝛ sub alia rōne libera: ꝛ suum velle finem sub alia ratione liberū: tamē quia iste due rationes nō discordant: sed cōcordant. Sicut realiter eadē est potētia que est natura: ꝛ que est libera. Ita realiter idez numero actus volendi quo voluntas vult finez: simul potest habere rōez

Ad 4^m naturalitatis ꝛ libertatis a coactione. ¶ Ad quartū dicenduz: ꝙ ꝗuis nō omnib° sit notum in spāli: in quo cōsistit verus finis qui est beatitudo nostra: tamen omnib° notus est finis sub illa generali ratiōe que dicta est in principio solutionis questionis. Unde ꝛ illi qui ponebant finem in diuitijs: ꝛ illi qui ponebant in voluptatib°: ꝛ illi qui ponebāt in honoribus finem recte extimabāt: bonū sufficientissimuz: maxime cōplens totum appetituz. Sz in specificādo errabant dicendo: ꝙ illud bonū ꝯsistebat in voluptatib° vel in diuitijs vel in honorib°. Qō. II. Qō. II.

Ar. p° SEcundo queritur vtrum voluntas moueat se ad volendum finez. Et videtur ꝙ nō. Quia ꝙ mouet inquantuz mouet est in actu:

T. c. 17. dicit enim phs. 3. physico. ꝙ species existimatur semper

T. c. 16. aliqua mouens. Sed ꝙ mouetur inquantū mouetur est

c. 8. in potētia: quia ƀm phm. 3. physico. motus est actus en-

T. c. 4. tis in potētia ƀm ꝙ huiusmodi. Sed nihil simul est in potentia ꝛ in actu cum sint opposita: ergo voluntas nō

Secūdo. potest mouere seipsam ad volenduz finem. ¶ Itez vn° motus simplex nō est a duobus motorib°. Cū ergo velle sit motus simplex ꝛ voluntas moueatur ab appetibi-

T. c. 51. li: vt habetur. 3. de anima. non mouet seipsam ad volen-

Tertio. dum finem: nec aliquid aliud. ¶ Item nihil ꝙ est imobili inquantum est imobili potest mouere illud mobile: vnde existens in naui ꝛ impellens maluz nō mouet na-

Quarto. uem. Sed voluntas est in volente: ergo nō potest moue-

T. c. 28. re ipsum volentem ad aliquid volendum. ¶ Item ƀm phm. 8. physicoruz. in omni ꝙ mouet se: sunt talia duo: quorum vnum est per se mouens ꝛ aliud per se motum. Sed in voluntate non sunt talia duo cum sit simplex:

Quinto. ergo non potest se mouere ad aliquid volenduz. ¶ Itē si voluntas moueret se ad volenduz finē dominaretur illi motui: qz motor liber dominatur motui: quo mouet. Sed voluntas non dominatur motui: quo mouetur in finez: quia tunc posset finem non velle: qd in precedenti que-

Sexto. stione improbatum est: ergo non mouet se ad volenduz finem. ¶ Itez Ansel. in libro de casu diaboli. capitu. 12. quicquid mouet se ad volendum: prius vult se ita mouere. Sed voluntas ante actum volendi finem: nō vult se prius ita mouere: quia ante velle finem nullum habz alium actum volendi: quia quicquid vult: vult in virtute finis: vt postea declarabitur: ergo non potest se mouere ad volendum finem.

In opp^m T. c. 1. 3. c. 4. Contra ƀm philosophuz scdo physico. motus naturalis est a principio intrinseco. Sed vt declaratum est in questione precedenti: voluntas naturaliter vult finem: ergo cuz non sit dare aliud principiū intrinsecum illius actus: q̄z seipsam: videtur ꝙ ipsamet

Secūdo. se moueat ad volendum finem. ¶ Item per illam eandem virtutez per quam mobile mouetur ad locū quiescit in loco: ꝛ econuerso. Ergo similiter per eandem virtutem: per quam homo mouetur ad finem: quiescit in

Tertio. fine: ꝛ econuerso. Sed per ipsam voluntatez quiescit in fine: ergo per ipsam mouet se ad finem. ¶ Item intellectus intelligendo principia non tantummodo est passiuus: sed etiam actiuus. Judicare enim de veritate primorum principiorum ꝛ intellectualiter ea dicere est agere. Sed voluntas non minus actiua videtur quam intellectus. (Est enim nobilior potentia.) Ergo voluntas

in volēdo finem nō tantum patitur: sed etiam mouet se.

Ad qōnē ſm mētē aliorum. p° T.c.51.

Ad istam questionem dicunt quidā φ volūtas nō mouet se ad actū volendi: nec respectu finis: nec eorū: que sunt ad finē. Sed mouetur a bono per intellectum apprehenso. Unde dicit phs. 3. de anima. φ volūtas mouetur ab appetibili. ¶ Hi aūt mouentur ꝑpter aliquas rationes factas in opponēdo: maxime ꝑpter primam & quartā. ¶ Sed cōtra hanc opinionē est expresse Ansel. in lib. de ꝯcordia. prescīetie & liberi arbi. non multū ante finem: dicēs de voluntate φ ipsa se suis affectionib⁹ mouet: vnde dici potest instrumētū se ipm mouēs. ¶ Preterea sicut potest trahi ex sentētia phi. 5. ethicoꝝ. ca. 15. pati iniustū: nō facit patientem iniustū: sed iniustū facere. Sed volūtas per suū actū malū efficitur iniusta: ergo nō tm̄ patitur malū actū: sed etiā facit: φ nō esset verū: si nō moueret se ad aliqd volendū. ¶ Preterea nulli est dubiū quin postq̄ intellectus reductus est in actualem cognitionē principioꝝ possit se mouere in virtute illius cognitionis ad actualē cognitionē cōclusionū: ergo similr negari nō potest: quin voluntas postq̄ est in actu volēdi finem agibilium possit se mouere ad agibilia que sunt ad finem: cū sic se habeat finis respectu agibilium: sicut ꝑncipia respectu speculabiliū. ¶ Item omnibus fidelibus certū est voluntatē respectu eoꝝ: que sunt ad finē liberā esse nō tantū a coactione: sed etiā a naturali necessitate. Sed sic nō esset libera nisi dominaret̄ suo actui respectu eoꝝ que sunt ad finē. Cū ergo purū patiens non dominet̄ passioni sue: volūtas respectu actus volēdi ea que sunt ad finē: nō est pure passiua. Sed esset pure passiua nisi aliquo modo se moueret: ergo aliquo modo mouet se respectu eoꝝ que sunt ad finem. ¶ Si autē dicas φ q̄uis volūtas nō moueat se imediate cum moueat se mediante intellectu: quia mouet intellectū: & intellect⁹ motus mouet voluntatē. Sicut graue mouet se mediāte motu medij: graue enim mouet medium & medium motum mouet ipsum graue.

Secūdo. Tertio. Quarto. Euasio ingeniosa. ꝯ euasionem.

Contra h̄ arguo sic. aut intellectus mouet ꝑmo voluntatē & postea voluntas intellectū: & tūc iterū intellectus voluntatē: aut voluntas ꝑmo mouet intellectū. Si intellectus ꝑmo mouet voluntatē cū dictamen intellectus: omnē actum voluntatis precedens sit necessariū: vt in hac eadē dist. ostendetur in illa questione. Utrū voluntas possit se mouere contra iudiciū intellectus circa ea que sunt ad finē: & omnis motus sit necessarius: cuius motus: mot⁹ necessarius est tota causa: sequitur φ motus volūtatis causatus in ea per predictum motū intellectus esset necessarius. Et pari ratiōe potest ꝑbari φ secūdus motus intellectus per predictū motū volūtatis causatus esset necessarius. Et vlterius φ secūdus motus voluntatis causatus per scdm actum intellectus esset necessarius: & sic deinceps. Et sic in nullo actu intellectus: & in nullo actu voluntatis esset libertas ab omni necessitate: quia semper esset ibi vl' necessitas coactionis vel necessitas nālis determinationis. ¶ Si autē dicas φ presupposita simplici apprehensione: que nō determinat voluntatē: voluntas primo mouet intellectū ad dictandū determinate alterā partem: tunc arguo. Uoluntas non mouet intellectū nisi volendo: ergo illo actu volendi: quo mouet intellectū: mouet imediate seipsam: qr illo motu nō mouetur per simplicem apprehensionem precedentē: vt dictum est. ¶ Si autē dicas φ per simplicē apprehensionem precedentē mouetur voluntas ad aliquid determinate volendum. Experientia docet: hoc esse falsum saltem respectu eorum que sunt ad finem. ¶ Et preterea si ita esset sequeretur incōueniens superius tactum: scz φ tam voluntas q̄ intellectus in quolibet actu suo necessitaretur: quia actio intellectus agētis est naturalis: & passio: qua intellectus possibilis patitur in virtute intellectus agentis ab obiecto est naturalis: φ autē est naturale est necessarium. Simplex ergo apprehensio intellectus omnē actum voluntatis precedens est necessaria. Et tunc sequeretur φ voluntas de necessitate determinaretur ad alteram partē: & ex consequenti φ secundus motus intellectus per predictum actum voluntatis causatus esset necessarius. Et vlterius φ secūdus motus volūtatis causatus per scdm actū intellectus esset necessarius. Et sic deinceps sm modum: qui superius tactus est. Cum ergo omnibus fidelibus certū sit voluntatē liberā esse nō tantū a coactione: sed etiā a naturali necessitate respectu eoꝝ que sunt ad finē: vt superius dictum est. Restat ergo φ volūtas potest se mouere imediate aliquo actu volendi respectu eoꝝ que sunt ad finē. ¶ Ideo dicūt alij φ & si voluntas reducta in actū volendi finē: se mouere possit ad volendū ea que sunt ad finē: nō tn̄ mouet se ad volendum finem: anteq̄ enī velit finem nō habet tm̄ de actualitate φ possit se mouere ad volendū: vnde Ansel. de casu diaboli. ca. 12. dicit φ illō qd nihil vult nullo mō se pōt mouere ad volendū: & q̄si statī post subiūgit. Restat igit̄ vt ille angelus q' iā aptus natus est ad habendū voluntatē: sed iā nihil vult nō possit habere voluntatē primā a se. ¶ Q̄uis aūt h̄ opinio videatur cōcordare ipsi Ans. & sit multū ꝑbabilis. Aliqbus tn̄ nō placet: qr sm eā nō vident q̄uo volūtas esset libera a coactiōe respectu finis nec videt̄ eis rōnabile φ possit se mouere ad volendum illud qd est ad finem: & nullo modo possit se mouere ad volendū finē. Cū magis finis sit sibi' ꝯueniēs: & magis eā inclinās ad ipm q̄ ea que sunt ad finem.

A.l. actū A.l. motum. Euasio. Contra Euasio. Contra 2ª opi. A.l. fact⁹ ꝯ opi. lz ꝑbabilis sit.

Ideo videtur mihi dōm φ ꝑprie loquendo dici nō potest φ volūtas moueat se ad volendū: sed habens voluntatē mouet se ad volendū per eam. Nec vere dici potest φ habēs voluntatē determinet se ad volendū finē: & tn̄ vere di φ habens potentiā volūtatis per eam mouet se ad volendū nō tantū ea que sunt ad finem: sed etiā finem. Q; autē sit improprius sermo: cum dicit̄ voluntas mouet se ad volendum patet: quia actus sunt a suppositis per formas. Unde nō ꝑprie dicitur fortitudo istius frangit lapidem Sed iste per suam fortitudinē: vnde quia anima est hominis forma. dicit phs ꝑmo de anima. φ fortassis meli⁹ est non dicere animā misereri: aut addiscere: aut intelligere: sed hominem in anima: idest per animā: q̄uis nō ita sit improprius sermo: cum dicitur anima ꝯiuncta intelligere aut velle. Sicut cum dicitur voluntas se mouere ad volendum. ¶ Q; autē habens voluntatem non determinet se ad volendū finem: patē ratione. Q; enim determinat se ad aliquem motū potest se mouere motu opposito illi motui. Et h̄ trahi potest ex sentētia phi. 8. physicoꝝ. Sed habēs voluntatē non potest se mouere motu opposito illi motui: quo vult finem: quia ipsū de necessitate vult: vt in precedenti questione visum est. ¶ Preterea philosophus de bona fortuna dicit φ mouet aliquo modo omnia φ in nobis diuinum: rationis autem principiū non ratio: sed aliquid melius: quid igitur vtiqz est melius scientia: & intellectu nisi deus: virtus enim intellectus organū. Sed quodlibet instrumētum seu organum ad suum actum primū determinatur a suo factore: ergo cum primus voluntatis actus sit velle finē ad illum actū determinata est a creatore. ¶ Hoc etiam patet exemplo: graue enim φ determinatum est ad motum deorsum non se ad illum motum determinauit. Sed generans φ talem naturam sibi dedit φ si non assit impedimentum graue per eam non potest non moueri deorsum. Sic dico φ habens voluntatem non determinauit se ad volendum finem. Sed creator qui vo

Ad qōnē ſz mentē ꝑpriā. T.c.64. T.c.19.

luntati dedit talez naturam: vt habẽs voluntatẽ per eã nõ possit nõ velle finẽ si nõ assit ĩpedimentũ ĩpediẽs volũtatis quẽlz actũ vel absentia actual' cognĩs in itellectu ¶ Q. aũt habens potentiaz voluntatis per eã moueat se ad volendum finem nõ obstante ꝙ a creatore volun/
Ex.^m tas determinata sit ad talẽ motũ: declaro in exemplo: vt eniz iaz dictũ est: graue determinatũ est ad motũ deorsũ a generãte: ꝛ tñ per suã grauitatez exeqtur illuz motum cuz aliquo adiutorio influẽtie loci: vt superi⁹ declaratuz est disti. 14. in illa questione: vtꝝ pars alicuius elementi extra locũ suũ posita possit se mouere ad suũ locuz. Assimili dico in ꝓposito ꝙ habens voluntatẽ per eã mouet se ad volendũ finẽ: cũ adiutorio quasi cuiusdã ponderis inclinãtis ad talẽ actuz: ꝙ quidẽ pondus est: vel ipsa apprehẽsio finis: vel causatũ per eaz: in habẽte voluntatez ꝛ etiã mouetur. Sed per eam mouet se ratione huius ꝙ est in ea actiuuz: ꝛ per eã mouetur illo motu rõne huius ꝙ est in ea passiuũ. Ut enim ostensum est in ꝑmo lib. intellectus ꝛ volũtas vltra essentiã anime nõ addunt nisi quosdaz respectus habituales ad actus ꝛ obiecta: ꝛ ideo sicut pono animã esse cõpositam ex actuali ꝛ potentiali: sic etiam pono voluntatem.

Ad p^m **Ad primum** cuz dicitur ꝙ nihil sit est in actu ꝛ in potentia ꝛc. Dico ꝙ imo ratione diuersoꝝ vel diuersimode: ꝛ ideo aĩa põt se mouere ad volenduz rõne sui actiui: ꝛ moueri rõne sui passiui ita tñ ꝙ tota mouet ꝛ tota mouetur. Põt etiã voluntas esse in potẽtia volẽs aliquid formalr: ꝛ simul actu effectiue volẽs illud: sicut si sol eẽt calefactibilis formalr: ꝛ posset reflectere virtutem suaz: seu radios sup se posset ꝯtingere ꝙ simul esset in potentia calidus formaliter ꝛ actu calidus effectiue. Uolũtas aũt põt se reflectere super se.
Ad 2^m ¶ Ad scõz dõz ꝙ maior argumẽti si habeat veritatẽ intelligi debet de duob⁹ motoribus sm eũdẽ modum mouentibus. Sed voluntas ꝛ finis apprehẽsus nõ eodem modo mouent ad volendum: quia per finem apprehensum habẽs voluntatẽ inclinatur. Sed per se ipsam volũ
Ad 3^m tatem ab habente eã actus volendi elicitur. ¶ Ad tertiuz dõz ꝙ maior illius debet intelligi ad hoc ꝙ habeat veritatẽ in mouente ꝛ mobili corporalib⁹: ꝛ de motu ad
Ad 4^m quem determinatur mobile a mouẽte. ¶ Ad quartum dõm ꝙ maior intelligẽda est de eo ꝙ non tm̃ exequitur motuz: sed etiam determinat se ad illum motuz. Habẽs autez voluntatẽ nõ determinat se ad volendũ finez. Sz quia istud idem argumentũ posset fieri de actu volendi ea que sunt ad finem: quem actum nõ tantũmodo exeqtur homo per voluntatẽ: sed etiã ad illum per voluntatem se determinat: vt inferius ostẽdetur: ideo solutio sufficiens nõ videtur. Unde potest aliter dici ad argumentum: ꝙ illa ꝓpositio pħi intelligenda est in re corporali mouente se ꝛ ad motum determinãte. Ad hoc autem ꝙ substantia spũalis motu affectionis se moueat sufficit ꝙ in ea sint talia duo: per quoruz vnuz tota moueat: ꝛ ꝑ aliud tota moueatur: ꝛ hec sunt in omni creatura habente
Ad 5^m voluntatẽ. ¶ Ad quintũ dicendũ ꝙ si voluntas ita moueret se ad volendũ finem ꝙ per ipsam determinaretur habẽs voluntatẽ ad talem motũ: vera esset maior ꝓpositio argumẽti. Sed ipsa voluntas ad illum motuz a creatore determinata est: vt superius est ostensum. ¶ Ad 6^m
Ad 6^m dicenduz ꝙ illa ꝓpositio Ansi. ad hoc ꝙ habeat veritatem intelligenda est de motu voluntatis ad quem volũtas determinat se: ꝛ per velle se ita mouere itelligit velle finem: in cuius virtute determinat se ad volenduz ea que sunt ad finem. ¶ Argumenta ad partem aliam gratia cõclusionis concedo.

Qõ. III. Qõ. III.

Ar. p^o **TErtio queritur** vtrum voluntas velit omne ꝙ vult in virtute vltimi finis. Et videtur ꝙ non. Quia quecũqz vult homo in virtute vltimi finis vult ꝓpter vltimuz finem. Sed sm philosophũ ꝑmo metaphy. scientie speculatiue querũtur ꝓpter se: ꝛ tamẽ non sunt vltimus finis. ¶ Itẽ ea que vult homo in vir- In phe^o cap. 1.
Secũdo. tute vltimi finis nõ cõtrariantur vltimo fini. Sz homines multa mala volunt que ꝯriant vltimo fini: ergo nõ
Tertio. oẽ ꝙ vult voluntas: vult in virtute vltimi finis. ¶ Itẽ quicunqz in virtute vltimi finis aliquid vult cogitat de vltimo fine. Sed multa volunt homines nõ cogitantes de vltimo fine: ergo non omnia que vult voluntas vult
Quarto. in virtute vltimi finis. ¶ Item volens ire ad aliquem locum nõ facit omnes passus intermedios in virtute illius volitĩ: quia cum illud velle nõ semper remaneat in actu: virt⁹ ẽt eius nõ semper remanet in actu. Sz virt⁹ que non est in actu non causat actualem motum: ergo similiter voluntas intendens finem in virtute huius appetitus non facit omnes ꝓgressus ordinatos ad consecutionem finis.

In opp^m **Contra** Aug. 13. de ciui. cap. 5. dicit ꝙ ꝓpter beatitudinẽ appetunt homines cetera quecũqz appetunt. Sed sm Augusti. xi. de trini. cap. 6. beatitudo est finis noster: ergo quicquid appetimus: appetim⁹ in
Secũdo. T.c.S. virtute finis. ¶ Item pħs. 2. metaphy. ꝓbat statum in causa finali: per hoc ꝙ nullus conaretur aliquid facere nõ futurus venire ad terminuz. Sz si homo posset aliquid velle in virtute finis proximi tantum vel cuiuscunqz finis nõ vltimi: argumentuz pħi nullum esset: ergo nihil potest velle homo nisi in ṽtute vltimi finis.

Ad qõnẽ sz mentẽ ꝓpriaz. **Respondeo** ꝙ volũtas vult oẽ ꝙ vult in virtute vltimi finis: sicut enim secũda mouentia in ratione efficientis nõ mouent nisi in virtute primi mouentis: vt superius habitum est: ita secunda mouentia ipsius voluntatis in ratione finis mouent voluntatez in virtute vltimi finis. ¶ Preterea quicqd voluntas vult: vult sub ratione boni: vt superius habitum est. Sed quelibz bonitas particularis est aliqua virtus vltimi finis: est enim quedam participatio sufficientissimi boni complentis totum appetitum ꝙ bonuz est vltimus finis: ergo quicquid vult voluntas vult in virtute vltimi finis. ¶ Preterea intellectus omnem conclusionem quam cognoscit: cognoscit in virtute principij: ergo ꝛ voluntas omne ꝙ vult: vult in virtute vltimi finis. Sicut enim dicit philosophus. 7. ethicorum capitu. 12. in actionibus: ꝙ cuius gratia: idest finis principium est quemadmoduz in mathematicis suppositiones. ¶ Preterea Ansel. de casu diaboli. ca. 12. dicit ꝙ homo per naturalem voluntatem vitandi incõmodũ: aut habendi cõmodum se mouet ad alias voluntates. Sed in vltimo fine includitur omnis cõmoditas ꝛ excluditur ab eo incommoditas: ergo quicquid vult voluntas vult in virtute naturalis appetitus vltimi finis.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum cuz dicitur ꝙ sciẽtie speculatiue queruntur ꝓpter se ꝛc. Dico ꝙ sic intelligendum est ꝙ nõ queruntur ꝓpter exteriorem operationez: tamen queruntur propter interiorem intellectus perfectionẽ in qua est aliqua virtus vltimi finis: est enim quoddam bonuz speculantis
Ad 2^m compꝛehensum sub fine. ¶ Ad secundum cum dicitur ꝙ homines multa mala volunt que contrariantur vltimo fini ꝛc. Dico ꝙ verum est. Sed non volunt ea sub ratione qua contrariantur vltimo fini. Sed ratione alicuius boni substrati illis deformitatibus: que vltimo fini repugnant quas deformitates nullo modo vult nisi ꝑ accidens. Unde Diony. 4. capitu. de diui. nomi. ꝓpter bonuz: omnia ꝛ quecunqz bona ꝛ quecunqz contraria. Etenĩz ꝛ hoc agimus bonum desiderantes. nemo respiciens malum: facit que facit. ¶ Ad tertium cum dicitur:
Ad 3^m ꝙ quicunqz vult aliquid in virtute vltimi finis cogitat

de vltimo fine ⁊c̄. Dico φ non oportet: quia virtus prime intentionis: que est respectu vltimi finis: que virtus est determinatio in voluntate ad actum volendi finem manet in quolibet appetitu voluntatis respectu cuiuscunq₃ obiecti: quamuis volens de vltimo fine: actu non cogitet: sicut vadens per viam vt perueniat ad aliquem locū nō semper cogitat in quolibet passu de loco ad quē principaliter tendit. ¶ Preterea nullus vult aliquid nisi sub rōne qua bonū: omnis autē bonitas est aliqua participatio vltimi finis.

Ad 4m. ¶ Ad quartuz cum di φ si aliquod velle nō semper manet in actu: virtus eius nō remanet in actu ⁊c̄. Dicunt aliq φ differt velle reʒ ⁊ aduertere se velle eā: sicut differt cognoscere rē: ⁊ aduertere se cognoscere eā: ⁊ φ primo est rem cognoscere φ̄ aduertere se cognoscere. Ideo pōt aliquis aliquā rem cognoscere ⁊ non aduertit φ cognoscat. Et similr pōt aliquādo aliqd velle: ⁊ nō aduertit φ illud velit. Dicūt ergo φ qñcūq₃ aliquis vult aliquam rem ppter aliquē finem: semper actu vult illuz fineʒ: sed nō aduertit se velle: ⁊ etiā illū cognoscit: sed nō semper aduertit se cognoscere: ⁊ ideo nō opʒ φ semper de illo cogitet: qr cogitare importat cognitionem ⁊ cognitionē cognitionis. ¶ Aliter tamē pōt dici ⁊ melius φ transeunte actu volendi aliquaʒ rem que est finis illius rei quā ego volo bene remanet aliqua virtus eius in actu scdo viquantū in primo fine actus scdi: est aliqua vīrtus ⁊ pticipatio pmi vīcēti. Qō. IIII.

Qō. IIII. Ar. p°

Quarto queritur

vtrum volūtas possit se mouere cōtra iudiciū intellectus circa ea que sunt ad fineʒ. Et videtur φ nō. Quia intellectus dissentire nō potest a pclusione certitudinaliter visa eius cōnexione ad principiū: ergo cuʒ ita se habeat finis in agibilib⁹ respectu volūtatis: sicut principia in speculabilib⁹ respectu intellectus: sm sniam phi. 7. ethicoꝝ cap. 12. Volūtas nō potest velle cōtrariuʒ illius qd intellectus iudicat habere necessariā cōnexionem cum fine.

Secūdo. Cap. 29. ¶ Item sm sniam phi. 2. Top. Si simpliciter ad simpliciter: ⁊ magis ad magis. Sed bonū a voluntate appetitur ⁊ nihil aliud: qr sm Diony. 4. cap. de diui. no. Nihil appetitur sub rōne mali: ergo semper magis bonuʒ: magis a voluntate appetitur: φ nō esset veꝝ: si volūtas posset se mouere cōtra iudicium intellectus.

Tertio. ¶ Item Ans. lib. de veritate. cap. 12. dicit φ omnis volūtas habet qd ⁊ cur: sed si per intellectum repāsentarent voluntati aliqua duo: vt equaliter eligibilia nō esset causa: quare voluntas eligeret vnū eoꝝ significarū altero dimissoꝝ nō posset se determinare ad eligēduʒ b signuʒ. a. dimisso. b. Sʒ facilius posset se determinare ad illud qd iudicat eē eligibile aliq φ̄ ad illud quod iudicatur min⁹ eligibile φ̄ aliud: ergo nūφ̄ potest voluntas velle illud: cuius contrariuʒ intellectus dictat magis eligendū.

Quarto. ¶ Item phs 5. ethi. ca. 6. in boni rōne fit min⁹ maluʒ ad mai⁹ malū: ergo a simili in mali rōne fit min⁹ bonuʒ ad maius bonū. Sʒ volūtas nihil potest eligere sub ratiōe mali: ergo nō pōt duoꝝ eligere illud qd intellectus minus iudicauerit eligenduʒ: qd nō esset verū si posset se mouere contra iudicium illius.

Quinto. ¶ Item phus. 3. ethi. cap. 3. dicit φ ignorat omnis malus que opʒ operari: ⁊ a qbus fugiendū: ⁊ pꝑter tale peccatum iniusti ⁊ vīr mali fiunt: ergo videtur φ si nō esset error in iudicio intellect⁹ voluntas nō possʒ in eligendo errare: qd nō esset veꝝ si posset se mouere cōtra iudiciuʒ intellectus.

Sexto. ¶ Item dicit phs. 7. ethi. ca. 5. cum vna fiat ratio ex ipsis: b est ex maioꝛe ⁊ minoꝛe necessariuʒ cōclusum: vbi quidē dicere aiāʒ: in factiuis aūt operari confestim: ergo cum intellectus dictat aliqd agēdum: ⁊ in vniuersali ⁊ in particulari cōfestim sequit operatio si assit facultas operādi: φ nō oporteret si volūtas posset se mouere contra iudiciuʒ intellectus.

In opp^m. Contra. si voluntas nō posset se mouere contra iudicium intellectus plus valeret ad virtutem scire φ̄ velle: quia causa primaria plus influitur ad effectum φ̄ secunda. Sed sm phm. 2. lib. ethic. ca. 4. ad virtutes scire paruum: aut nihil potest: alia autem idest eligere ⁊ firmiter ⁊ immobiliter operari: nō paruʒ: sed oīa possunt.

Secūdo. ¶ Item si voluntas nō posset se mouere cōtra iudicium intellectus: tunc cum homo sciret quid esset agendum: ⁊ in vniuersali ⁊ in particulari nō esset monendus: vt vellet facere illud quod scit: quia non posset nō velle facere illud. Sed sicut dicit Aug. 3. lib. de libero arbitrio: nō multum post principiū: quisquis existimat nō monendum hominem bene viuere de numero hominuʒ exterminādus est. Sequitur ergo φ voluntas possit se mouere contra iudicium intellectus.

Tertio. ¶ Item Ber. de libero arbitrio. nō multuʒ post principiū dicit: φ voluntas nō semper ex ratione: sed nūφ̄ absq₃ ratione mouet: ita vt multa faciat per ipsam cōtra ipsam hoc est per ei⁹ quasi ministerium contra eius consilium siue iudicium.

Quarto. ¶ Item si voluntas nō posset se mouere contra iudiciū intellectus determinaret voluntatem nō ecōuerso: ergo nobilioꝛ esset intellectus φ̄ voluntas: quod falsuʒ est: vt superius ostensum est.

Quinto. ¶ Item Augu. 12. de ciui. cap. 6. dicit φ si aliqui duo equaliter affecti animo ⁊ coꝛpore: et omnibus aliis conditionibus paribus videant vni⁹ coꝛpoꝛis pulchritudinem nō dispariliter occurrentem eoꝝ aspectibus: vnus eorū potest moueri ad illicite fruendū ⁊ alter in voluntate pudica perseuerare stabiliter. Sed per suppositionem: equale est iudiciū in vtroq₃: ergo cuʒ ipsi eligant contraria electio alterius eorum est contra iudicium intellectus.

Ad qōnē sm mētē aliorum. p°.

Ad istam questionez

dixerunt quidā φ homo nō potest aliquid per voluntatem eligere contra iudicium intellectus: nec etiam aliquid velle preter iudicium intellectus: quia nō esset ratio: quare magis vellet vnuʒ φ̄ aliud cuʒ ipse sit indifferens ad volendum quodcūq₃ volibile.

Ↄ primā. ¶ Sed contra hanc opinioneʒ sic potest argui simplex finis apprehensio sufficeret ad hoc φ homo posset velle finem: eo φ ad volendum fineʒ determinata est natura voluntatis a creatoꝛe: cuius illum motum exequatur voluntas. Unde voluntas nō est indifferens ad volendum finem: ⁊ nolendum: quia nullo modo potest finem nolle.

Secūdo. ¶ Preterea contra predictam opinioneʒ sic potest argui de actu voluntatis respectu eoruʒ que sunt ad finem. Si voluntas nō posset se mouere respectu eorum que sunt ad finem: preter iudicium intellectus nec contra iudicium intellectus: intellect⁹ de necessitate moueretur ad iudicāduʒ quicquid iudicat: ⁊ eo modo quo iudicat: ⁊ ex consequenti voluntas de necessitate moueretur ad volendum omne φ vult: qd erroneum est. Siue loquamur de necessitate coactionis: siue de necessitate immutabilitatis. Probatio maioꝛis intellectus respectu sui iudicij. Aut habet rationem necessariam: aut probabileʒ: aut non plus habet de probabilitate pro vna parte φ̄ pro alia. Si primo modo de necessitate asserit hoc esse eligendum. Si secundo modo de necessitate opinatur hoc esse eligenduʒ. Si tertio modo de necessitate nō plus opinatur vnam partem φ̄ aliaʒ. Si ergo intellect⁹ nō de necessitate iudicat aliquo predictorum modorum huius ratio est: quia voluntas potest intellectum auertere ad inspectionē rationum ad vnam partem inclinantium: ⁊ conuertere ad rationes ad partem aliam inclinātes. ¶ Tunc arguo. Si voluntas conuertit intellectum ad cogitandum ratiōes determinate pro parte vna. Aut hoc facit: aut quia intellectus iudicat hoc debere fieri: aut nōe Si non tunc ille motus voluntatis est preter iudicium intellectus. Si sic: aut voluntas potuit non conuertere

intellectum ad hoc:aut de necessitate convertit. Si potuit non convertere:ergo potuit non moveri ſm iudicium intellectus. Sed qua ratione posset non moveri ſm iudicium intellectus:posset moveri preter iudiciuz intellectus. Si de necessitate convertit:quia intellectus sic iudicavit debere fieri. intellectus de necessitate illas rationes pro illa parte determinate cogitat:τ ex consequenti de necessitate pro illa parte iudicat afferendo vel
Evasio opinādo ſm exigentiā rationum illarum. ¶ Si autem dicas q̄ intellectus potuit nō iudicare debere ipsum cō-
Contra verti ad cogitandū rōnes illas. Tunc arguam ɔtra h̄ vt superius.s. q̄ habuit ad h̄ iudicandū rōnem necessariaz: aut ꝓbabilez:aut nō plus habuit de ꝓbabilitate pro vna parte q̄ꝫ ꝓ alia. Et ita de necessitate hoc asserait:aut opi-
Evasio natus est:aut de necessitate manet indifferens. ¶ Et si velles te iterū defendere per voluntatem esset circulatio aut in infinituz ꝓcessus. Voluntatez autē cōvertere intellectum ad inspiciendūz rōnes determinate inclinantes ad aliquid eligenduz:aut avertere ab inspectione rationū illaruz:est voluntatem velle aliquid eoꝝ que sunt ad finem:ergo voluntas pōt velle aliquid eoꝝ que sunt ad finez nō determinata ad hoc per iudiciuz intellectus.
2ª opi. ¶ Alij dicunt ad questionē q̄ anteq̄ꝫ volūtas determinetur per intellectuz ad volendū determinate aliqd eoruz que sunt ad finē:volūtas libere potest velle illud vel cōtrariū:presupposita tñ simplici apꝑhensione. Sꝫ postq̄ꝫ per dictamen intellectus determinata est ad aliqd determinate volendū durante illo dictamine:nō tantum in vlī:sed in particulari simul:τ intellectu actualr̄ cōferente maiorē ad minorez:voluntas nō potest eligere ɔ̄triuꝫ. ¶ Dicunt ergo q̄ τ si voluntas possit se movere preter iudicium intellectus:nō tamē cōtra predictū eius iudicium. Et innituntͬ aliq̄bus rōnibus factis in opponēdo ad hanc partez:τ auctoritati ph̄i sumpte de.7.ethic. que in opponēdo allegata est. Et ph̄o dicenti in.2.celi.τ mū-
L.c.93. di.deficiente τ famelico valde a quo elongatur cibͧ τ potus equaliter:quia cogitur vt quiescat:τ non moveatͬ oio. Hic aūt nō esset verū si voluntas se determinare posset: ad volendūz aliquid cōtra intellectus iudicium.

ɔ scd'aȝ opi. Sed contra hanc opinionē sic potest argui:voluntas nō est minus libera in vo-
Primo lendo aliquid eoꝝ que sunt ad finem respectu cuius precessit deliberatū cōsiliuz intellectus:q̄ꝫ ante vt ostēdam. Sed ante cōsiliū intellectus volūtas potuisset cōtrariū illius eligere:vt etiā dicit ꝑdicta opinio:ergo τ h̄ potest post deliberatuz ɔsiliuz intellectus. Maiorē ꝓbo sic. voluntas nō est minus libera respectu actus eligendi:q̄ꝫ respectu cuiuscūq̄ꝫ alterius actus:sed actus eligēdi nō est a volūtate nisi post deliberatū consiliuz intellectus. Uñ ph̄s.3.ethi.cap 5.dicit q̄ voluntariū nō omne eligibile: sed certe q̄ precōsiliatuz. Hoc idem vult Dam.lib.2.ca. 21. Ergo voluntas nō est minus libera in determinādo
Secūdo. se post consiliuz intellectus:q̄ꝫ ante. ¶ Preterea actus ꝓcedentes a voluntate ante deliberationez ꝓcedunt ab ea ex surreptione. Sed illi ꝓcedunt ab ea ante deliberationem qui ab ea ꝓcedunt ante consiliuz intellectͧ:actͧ autez ꝓcedens post deliberatū consiliū intellectus:ꝓcedit ab ea deliberative. Sed constat q̄ voluntas est liberior respectu suoꝝ actuuz ab ea procedentiū ex deliberatione:q̄ꝫ respectu ꝓcedentiuz ab ea surreptione. Unde τ magis obligatur homo ad servandū illud bonū qd̄ confirmat se observaturuz ex deliberatione q̄ꝫ illud quod se
Tertio. observaturū firmat ex surreptione. Liberior ergo est voluntas in determinādo se:post deliberatū cōsilium intellectus q̄ꝫ ante. ¶ Preterea quanto voluntas magis hꝫ rōnem liberi arbi.tāto liberius pōt se determinare. Sed magis hꝫ rōnem liberi arbi.post deliberatum consilium intellectus:q̄ꝫ ante:ergo post deliberatum consiliū intellectus liberior est in determinādo se:respectu eoruz que sunt ad finez:q̄ꝫ ante cōsilium intellectus.

Ideo mihi vͥ dōm:q̄ volūtas respectu multorū que sunt ad finem:pōt se movere cōtra iudicium intellectus in vniversali τ in particulari simul. Sicut bene cōcludunt rōnes τ auctoritates ad hanc partē adducte. Et h̄ etiā testificatur experiētia. intellectus enim se hꝫ ad voluntatē:sicut serviens qui portat lucernā ante dominū suum:qui nihil facit nisi ostendere viam:τ persuadere:τ dñs imperat sibi vt divertat quocūq̄ꝫ sibi placuerit. Et sicut cōsiliarius ad imperatorem qui ostēdit τ persuadet q̄ faciendūz est. Imperator autez quādoq̄ꝫ imperat ſꝫ q̄ sibi ɔsiliū est:τ aliqñ ɔ̄triū. Ad q̄ōnē ſꝫ mentē ꝓpriaz.

Ad pͥm Ad primum in oppositum dōm q̄ nō est simile de cognitiōe intellectus respectu ɔclusionis evidenter cōnexe cūz principio:τ de actu voluntatis:respectu eoꝝ:que sunt ad finem evidēter cōnexoꝝ cum fine:q: homo potest cogi ab evidētia rei circa actum cognitionis:sed tanta est voluntatis libertas: q̄ nō potest necessitari circa actuz eius:respectu eorum que sunt ad finem. ¶ Vel potest dici q̄ ɔclusio pars est rei significate per maiorem in syllogismo. Unde in hoc syllogismo:omnis beatus est iustus paulus est beatus:ergo paulus est iustus:res significata per cōclusionē est pars rei significate per maiorez. Et ideo intellectus cōsentiēs maiori τ evidenter videns conclusionez in ea contineri ab illa dissentire nō potest:quia hoc implicaret cōtradictionem. Sed multa habent necessariaz connexionē ad finē:que tamē nō continentur intra finez:sicut partes illius:τ ideo potest illa voluntas nō velle:q̄ꝫvis velit finem. Inter enim aliqua duo:quoruz vnum sequitur ad aliud:voluntas separare potest:si vnū nō includatur in
Exͫ essentia alterius. Sicut mulier vere penitens:τ habens quādaz valentē filium de fornicatione dolet se fornicasse τ tamē vult illuz filium habuisse. ¶ Aliter etiam potest dici q̄ intellectus frequēter iudicat aliquid esse eligendum:nō vt necessariuz ad cōsecutionē finis:sed vt congruuz:τ voluntatez se movere ad eligendum contrariū: nō contradicit huic:qd̄ est voluntatē de necessitate velle finem. ¶ Aliter adhuc potest dici:q̄ q̄ꝫvis de necessitate velimus finem:nō tamē semper ita efficaciter ipsuz volumus q̄ per ipsum velimus omnia que videmus tātum modo cōferentia ad eius cōsecutionez. Sicut dicit Aug.8.de trini.cap.6.q̄ q̄ꝫvis iustitiaz diligamus:tamē dum iusti nō sumus minus eam diligimus:q̄ꝫ vt iusti esse
le obedire: aut est odiose ptinacie: aut ↄtumacie nō feren
de: qḋ ēt ipsum repugnare est ⁊ resistere spūi sancto: ⁊ si
vsq; ad mortez perdurauerit blasphemia est nō remittē
da siue in hoc seculo siue in futuro gratie videtur ꝙ plu
Octauo. res sunt spēs peccati in spūm scūm q̃z ille que prenotate
sunt. ¶ Itez blasphemia est petm̄ in spūm sanctū vt ha
betur Math. 12. nec tn̄ videtur compꝛehēdi sub aliqua
predictaꝝ spēꝝ: ergo videtur ꝙ plures spēs sint peccati
in spm̄ sanctuz q̃z ille que enumerate sunt.

In opp^m In contrariuz est cōis opi. magr̄oꝝ q p̄dc̄e
sex spēs in spm̄ sc̄m enumerāt:
Secūdo. nec plures: neq; pauciores. ¶ Preterea omnes iste sex
spēs ex dictis sanctoꝝ habent. Augu. n. in lib. de fide ad
petrū ponit desperationez ⁊ presumptionē in enchi. ob
stinationē in lib. de verbis dn̄i. Impenitētiā finalē in. 1.
lib. de sermone dn̄i in mōte: fraterne grē inuidentiaz in
lib. de vnico baptismo veritatis agnite impugnationez.

Ad qōnē sm̄ mētē p̄ꝛiaz. Respondeo ꝙ sex sunt spēs peccati in spiritū
sanctuz: nō plures neq; pauciores
⁊ sunt ille que enumerate sunt superius: peccatū enī in
Sex spēs pcti i spīritū scm̄. spiritū sanctuz: inquātum accipitur ꝓut dicit gen⁹ pec
cati distinctū ab alijs generibus peccatorum est spāle
peccatū ex sola electione procedens cōtra aliquē effectū
spūi sancto appropriatū spāliter ⁊ directe inclinādo re-
trahentez ab electiuo amore cuiuscūq; peccati. Isti autē
effectus spāles spiritus sancti directe ⁊ spāliter inclinā-
do retrahentes ab electiuo amore cuiuscūq; peccati sunt
sex. s. spes de diuina misericordia: contra quaz directe: ⁊
per se est desperatio. Et timor de diuina iustitia: contra
quā est directe ⁊ per se est presumptio. Et cognitio veri-
tatis fidei: ⁊ morū contra quā directe ⁊ per se est verita-
tis agnite impugnatio. Et auxiliuz diuine gratie contra
quaz directe: ⁊ per se est inuidentia fraterne gratie. Qui
enim ex electione inuidet gratie dei: in fratre suo repel-
lit gratiaz dei a seipso. Et detestatio cuiuscūq; rei: inquā
tuz est cōtra reuerentiaz deo debitaz: contra quā est dire
cte ⁊ per se ꝓpositū nūq̃z penitēdi de peccato qḋ ꝓposi-
tū sanctis vocat nomine finalis impenitētie. Et respui-
tio cuiuscūq; trāsitorie delectationis: que aufert delecta-
tionē eternaz cōtra quaz directe ⁊ per se est obstinatio q̄
est ꝓpo^m firmū adherēdi trāsitorijs delectatiōib⁹ petōꝝ.

Ad p^mū Ad pꝛimuz in oppositū dicendū ꝙ desperatio
nō est discredere possibilitatem re-
missionis peccatoꝝ: sed eaz cōtemnere: potest enim ho
mo desperare credens omni digne penitenti deuz remit
Ad 2^m tere peccata. ¶ Ad secundū dicendū: ꝙ est quedā pre-
sumptio que oritur ex proprijs meritis: ⁊ h̄ est spēs pec-
cati superbie. Et est alia presumptio que consurgit ex cō
temptu diuine iustitie ⁊ talis presumptio si fit ex electio
ne semper est peccatum in spirituz sanctum: nō enim sic
ↄfidendū est de misericordia vt cōtemnatur iustitia. Est
etiaz alia presumptio qua homo diuinaz iustitiam hono
rans ⁊ recognoscens infirmitatez propriaz: confugit ad
diuinaz misericordiaz sperans per eā se posse obtinere ali
quod bonuz: vel facere aliquod factū ad quod nec vires
proprie: nec merita propria sine misericordia sufficerent.
Sic presumebat de misericordia dei. Iudith: cū dicebat
cap. 9. Exaudi domine me miseram deprecantem: ⁊ de

tua misericordia presumentez. Et hec presumptio bona Ad 3^m
est: ⁊ est ex humilitate consurgens. ¶ Ad tertiuz dicen-
dum: ꝙ impugnare veritatem ex passione verecūdie nō
est peccatuz in spiritum sanctuz: sed impugnare scienter
veritatez fidei vel moꝝ ex sola electione semper est pec
catuz in spirituz sanctū. Hoc enim generaliter veruz est Quis
ꝙ nūq̃z est peccatuz in spiritum sanctum: sm̄ ꝙ dicit ge pecct in
nus peccati distinctuz ab alijs generibus peccatoꝝ: nisi spm̄ scm̄
sit ex sola electione: vnde ex infirmitate desperās nō pec ⁊ qs nō.
cat in spiritū sanctum. ¶ Similiter qui ex passione in-
ordinati amoris ad concubinaz proponit nunq̃z de illo
illicito amore penitere nō peccat in spiritum sanctuz: q̄
talis peccat ex infirmitate nō ex sola electiōe. Ex dictis Nō cor^m
patet ꝙ dicentes voluntatez nō posse se mouere contra
iudiciuz intellectus negant implicite peccatuz in spiri-
tum sanctū sm̄ ꝙ dicit genus peccati distinctuz ab alijs
generibus peccatoꝝ: quia sm̄ illos voluntas nō posset
malū velle: nisi ex surreptione vel infirmitate vel aliqua
ignorantia. ¶ Ad quartuz dicenduz: ꝙ inuidere frater- Ad 4^m
ne gratie potest ex duplici causa contingere: vno modo
inquantuz appꝛehenditur: vt diminutiua proprie gratie
saltem in alioꝝ reputatione: ⁊ sic est vnum de septē ca-
pitalibus vitijs: ⁊ nō est peccatuz in spiritum sanctum:
infirmitas enim se immiscet cū tali electione. Alio modo
ex odio diuini honoris vel vnionis membroꝝ ecclesie:
⁊ sic est peccatuz in spirituz sanctum. ¶ Ad quintuz di- Ad 5^m
cendum: ꝙ impenitentia dupliciter potest accipi. Vno
modo pro carentia penitentie vsq; in finem: ⁊ sic non est
peccatuz in spirituz sanctum: sed est accidens cuiuscūq;
peccati in quo homo decedit: alio modo proposito nūq̃z
penitendi: ⁊ si tale propositū sit ex sola electione pecca-
tum est in spiritum sanctuz. ¶ Ad sextuz dicendum: ꝙ Ad 6^m
sicut per vnaz virtutem dantur danda ⁊ retinentur reti
nenda: cui tamen opponuntur duo vitia specie diuersa:
scꝫ prodigalitas que dat dāda ⁊ retinēda: ⁊ auaritia: que
vtraq; retinet: ita per vnam virtutez que penitentia est
dolet penitens de peccato preterito: ⁊ proponit cauere a
futuro: ⁊ tamē isti virtuti opponuntur duo vitia specie
diuersa: scꝫ ꝓpositum nunq̃z penitendi de peccato prete
rito: ⁊ ꝓpositum nō cauendi a futuro. Vel potest dici: ꝙ
obstinatio ⁊ impenitētia: nō tantum differunt in hoc ꝙ
vna sit respectu preteriti: ⁊ alia respectu futuri. Sꝫ quia
per impenitentiaz cōtemnitur reuerētia deo debita: per
obstinationem vero delectatio eterna. ¶ Ad septimum Ad 7^m
dicenduz: ꝙ nolle obedire sm̄ ꝙ accipitur pro proposi-
to nūq̃z obediendi: si tale propositum sit ex sola electio-
ne: peccatum est in spirituz sanctum pertinens ad obsti-
nationem. ¶ Ad vltimuz dicendū: ꝙ blasphemia redu Ad 8^m
citur ad impugnationem agnite veritatis. Blasphemia
enim est derogatio contra aliquā bonitatem excellentē:
⁊ q̄ diuina bonitas est excellentissima: Ideo sibi deroga
re est maxime blasphemare: derogatur autem ei: vel sibi
attribuendo vel optando qḋ ei nō cōuenit vel sibi negā
do qḋ ei cōuenit: qḋ si fiat tantuz per cogitationem intel
lectus ⁊ motionem affectus dicitur blasphemia cordis.
Si autez exterius ꝓdeat per locutionez dicitur blasphe
mia oris: ⁊ opponitur confessioni veritatis fidei.

¶ Questio. II. Qō. II.

Secundo querit sine argumētis vtrū
omnis blasphemia sit pec-
catum in spirituz sanctum. ¶ Respondeo ꝙ
differt blasphemia ⁊ spiritus blasphemie: blas Differt blasphe-mia ⁊ spi-rit⁹ blas-phemie.
phemare enim est derogare diuine bonitati ex quacūq;
causa sibi attribuendo: qḋ nō conuenit sibi: aut ei negan
do qḋ sibi cōuenit. quādoq; contingere potest ex ignorā
tia: quādoq; ex infirmitate: sicut cū aliquis blasphemat
ex ira vel ex aliqua alia passione: quandoq; ex electione:
primo modo ⁊ secundo nō est peccatuz in spūm sanctū:
sed tertio

Quid spiritus blasphemie. sed tertio modo. ¶ Spūs autez blasphemie semper est pctm̄ in spiritum sanctū: quia spūs blasphemie idem est q̄ amor diuine blasphemie: spirat⁹ ex sola electiōe ⁊ amore tm̄ electiuo: dei blasphemiaz amare est sceleratissimū genus peccati: q2 talis ex sola electiōe delectat̄ in vituperio dei. Differētia aūt inter blasphemiaz: ⁊ spm̄ blasphemie ostendit Saluator Math. 12. dicens omne peccatū ⁊ blasphemia remittetur hominibus: spiritus autez blasphemie non remittetur.

Circa litteraz. Est peccatum ad mortem nō pro eo dico vt quis oret: exponas sicut expositū est in q̄ōnib⁹: vel dicas q̄ non intendit dissuadere orare pro tali peccatore: sed insinuare q̄ talis idiget: vt aliqs hō psectus oret pro eo: q2 nō est cuiuslibet oratio apud deū īpetrare remissionez talis peccati. Sed hoīs multū deuote orantis. Credo tamē magis esse s̄m intentionē apostoli responsionem positā in q̄ōnibus. ¶ Existimās suā maliciam diuine bonitatis magnitudinē excedere: nō simplr̄ q2 hoc esset pctm̄ infidelitatis: s3 q2 existimat suā iniqtatē tātam esse: q̄ nō sperat vnq̄ se ita digne posse penitere q̄ misericordia bonitatis diuine illā remittere iniqtatē

Dubiū. qb⁹ place̕t malitia ꝓpter se. ¶ Cōtra vt superius habitum est: nullus aliqd vult: nisi sub rōne boni: nulli ergo

Rn̄⁹ aliorum. placet malitia ꝓpter se. ¶ Ad h̄ rn̄dent aliq̄ q̄ ⁊ si malitia nulli placeat pp se formalr̄: placet tn̄ aliquibus pp se

Cōtra. finalr̄. ¶ Sed ꝯtra h̄ arguo: finis est p^m obm̄ volūtatis: ergo si malitia alicui volūtati placeret ꝓpter se finalr̄: aliqua volūtas vellet aliqd sub rōne mali. Exponēduz est

Rn̄⁹. ꝓpria. ergo alr̄ verbum p̄dictum: dicēdo q̄ ibi accipit̄ malitia p̄ sceleratissimo malo qd̄ homini placet ex sola electiōe. Un̄ ponit̄ ibi abstractū pro ꝯcreto ad maiorem exp̄ssionez magnitudinis illius mali: qd̄ eligit peccās in spiritū sanctum: qd̄ tn̄ nō eligit: nisi sub aliquali rōne boni. Tanta labes est illius pctī: vt deprecādi humilitatē subire nō possit. Supple nisi cum difficultate magna valde: ⁊ euz speciali: ⁊ quasi priuilegiato adiutorio spūsancti. Dū in

Dub^m bac vita ē: nec pctm̄ illi⁹ iudicare ⁊c̄. ¶ Cōtra de quolibet pctō ⁊ manifesto pōt iudicari q̄ sit pctm̄. ¶ Rn̄deo

Iudicat̄ pctm̄ dupliciter. q̄ iudicare pctm̄ duplr̄ pōt intelligi. Uno mō pro iudicare pctm̄: nunq̄ esse remittendū: ⁊ sic intelligit̄ verbū ꝓpositum: sic.n. nullius debemus iudicare pctm̄: dū3 est in hac vita peccator. Alio mō pro iudicare dictuz: vel factuz: esse pctm̄: ⁊ si est tale dictū: vel factuz: q̄ possit bn̄: vel male fieri debemus interp̄tari in partem melioreʒ: s3 manifesta que nō possunt bono aīo fieri: possumus iudicare pctā. Unde extra de regu. iuris: Ea facta que dubiū est quo aīo fiant in meliorē partē interp̄temur. Qꝫ enim scriptū est ex fructib⁹ eoꝝ cognoscetis eos de manifestis dictum est: que nō possunt bono aīo fieri: vt stuprū: blasphemia: furta: ebrietates: ⁊ similia: de qbus nobis pmittitur iudicare: nō ōis qui nō penitet impenitēs dici pōt: q̄ est intelligēdum s̄m q̄ in pn̄ia accipit̄ pro ꝓposito nō penitēdi: s̄m.n. q̄ accipit̄ pro priuatione actus penitēdi: ōis qui nō penitet impenitēs dici pōt: pctm̄ in patrē idē

Dubiū. intelligit̄ qd̄ fit per infirmitatem. ¶ Cōtra potētia peccandi est infirmitas que est q̄dam in potētia: ergo pctm̄

Rn̄⁹ in spūsanctū fit per infirmitatem. ¶ Rn̄deo verbū te-

A.l. exponēdum. stus intelligēdum est de infirmitate: que est pena nature destitute que est corruptibilis carnis fragilitas.

Dis. 44 ¶ De potētia peccandi: an sit homini vel diabolo a deo. Dist. XLIIII.



Post predicta cōsideratione dignum occurrit. Utrum peccādi potētia sit nobis a deo: vel a nobis. Putant qdam potētiam recte agēdi nobis esse a deo. Potētiam vero peccandi non a deo: sed a nobis vel a diabolo eē: sicut mala voluntas non a deo nobis est: sed a nobis ⁊ a diabolo. Bona aūt a deo tm̄ nobis est: bone nāq̄ volūtatis ⁊ cogitationis initium nō homini ex seipso nasci: sed diuinitus parari ⁊ tribui: in eo deus euidēter ostēdit: q2 nec diabolus: nec aliquis angelorum eius ex quo in hanc caligineʒ sunt detrusi: bonam potuit vel poterit resumere volūtatem. Quia si possibile foret vt humana natura postq̄ a deo auersa bonitatem perdidit volūtatis: ex seipsa rursus eaʒ habere potuisset: multo possibilius hoc natura h̄ret angelica: que quātominus grauat̄ terreni corporis pondere: tātomagis hac esset p̄dita facultate. Non ergo homo vel angelus a se volūtateʒ bonam h̄re pōt: sed malam. Similr̄ ⁊ de potētia inquiunt per similitudinem volūtatis boni vel mali differentes q̄ illa sit a deo: non ista.

¶ Auctoritatib⁹ astruit potētiā peccādi eē a deo.

Sed pluribus sanctoꝝ testimonijs indubitanter mōstrat̄: q̄ potestas mali a deo est a quo est omnis potestas: ait enim apl̄s. Nō est potestas nisi a deo. Qd̄ non de potestate boni tm̄: sed ⁊ mali intelligi op3. Cum pilato etiam veritas dicat. Non haberes in me potestatem nisi datuz esset tibi desuper. Malitia nempe hoīuz: vt ait Aug. cupiditatem nocendi per se habet: potestatem aūt si ille non dat: non h3. Ideoq̄ diabolus anteq̄ aliquid tolleret Iob dicebat domino. Mitte manum tuaz. i. da potestatē: q2 etiam nocētium potestas non est nisi a deo: sicut sapientia ait: per me reges regnant ⁊ tyrāni per me terram tenent. Unde Iob de domino ait. Qui facit regnare hypocritā ꝓpter peccata populi. Et de pp̄lo israel dicit de⁹. Dedi eis regez in ira mea. Nocendi enim voluntas potest esse ab hominis animo: potestas aūt nō est nisi a deo: ⁊ hec abdita aptaq̄ iustitia. Naz per potestatem diabolo datam iustos deus facit suos. De hoc etiam Greg. in moralib⁹ ait. Tumoris elatio non potestatis ordo in crimine est. Potētiam deus tribuit: elationez vero potentie malitia nostre mētis inuenit. Tollamus ergo qd̄ de nostro est: q2 nō potentia iusta: sed actio praua dānatur. His auctoritatibus alijsq̄ pluribus euidenter ostendit̄ q̄ non est potestas boni vl̄ mali cuicūq̄ nisi a deo equo: ⁊ si te lateat equitas.

Aug. sup ps. lxxxv.

Aug. sup Gen.

Greg.

¶ An aliquando resistendum sit potestati.

Hic oritur questio non transilienda silentio: dictum est enim supra q̄ potestas peccandi vel nocendi non est homini vel diabolo nisi a deo: apl̄s aūt dicit q̄ qui potestati resistit dei ordinationi resistit cuz

ergo diabolo sit potestas mali dei ordinatione
eius potestati non esse resistendu3 videt. Sed
sciendu3 est aplm ibi loqui de seculari potesta-
te.s.rege z principe z hmōi:qbus nō est resistē-
du3 in his que iubet deus eis exhiberi.s.in tri
Qr alī/ qñ resistē dū ē pote stati. butis z hmōi. Si vero prīceps aliquis vel dia
bolus aliquid iusserit vel suaserit cōtra deum
tunc resistēdum est. Unde Aug. determinans
qualr resistēdum sit potestati in lib. de natura
boni ait. Si aliqd iubeat potestas qd non de-
beas facere:hic sane contēne potestatem timē
do maiorem potestate3. Ipsos humanaꝝ rerū
gradus auerte. Si qd iusserit pcurator nunqd
faciendū est:si contra procōsulem iubeat. Rur
sus si quid ipse pconsul iubeat:z aliud iubeat
imperator:nunqd dubitatur illo cōtempto illi
esse seruiēdum. Ergo si aliud imperator:aliud
iubeat deus ɔtempto illo obtemperādum est
deo. Potestati ergo diaboli vel hoīs tunc resi
stimus cum aliqd contra deum suggesserit: in
quo dei ordinationi non resistimus:sed obtem
peramus. Sic enim deus precepit vt in malis
nulli potestati obediamus.

¶ Jam nunc his intelligendis atq; pertractan-
dis:que adverbi incarnati mysterium pertinēt
de integra mentis cōsideratione intēdamus:
vt ineffabilibus vel modicum aliquid fari deo
Dis.44. reuelante valeamus. Dist. XLIIII.

Post predicta ɔsideratione dignū occurrit ꝛc. Supe-
rius determinauit Magister d origine peccati:
z eiꝰ subiecto:z qualitate:z de his q̄ cōcurrūt ad
peccatum:que sunt volūtas intētio z finis:z de
modis peccādi:z de differentijs peccatoꝝ. Hic determi
nat de potētia peccādi. Et diuidit in ptes duas ¶ Pri
mo querit Magr vtrū potētia peccādi sit a deo. ¶ Se-
cundo ingrit incidētalr de potētia que in diabolo est.ibi
[Hic oritur qō.] Primo i tres. ¶ Primo pponit qōnē.
¶ Scdo subiūgit de qōne quorūdam falsam opionem.
ibi.[Putant qdam.] ¶ Tertio improbādo illam falsam
opionē ponit verā rōnē3.ibi.[Sed pluribꝰ sctoꝝ ꝛc.]
Illa pars que ibi incipit.[Hic orit qō.] Diuidit in tres.
¶ Primo pponit dubitationis rōne3. ¶ Secūdo sub-
iungit respōsionē.ibi.[Sed sciendum.] ¶ Tertio respō
sionis ɔfirmationem.ibi.[Unde Augustinus.]

Circa hanc dis.q̄rendu3 est pncipaliter de tribꝰ. ¶ Primo de po-
tentia peccādi. ¶ Secūdo de potētia presidēdi.
¶ Tertio de necessitate obediēdi. ¶ Circa pri
mum queruntur duo. ¶ Primo vtrū potētia peccandi
Qō.1. sit aliqua potētia. ¶ Secūdo vtrū sit a deo. ¶ Qō. I.

Ar.pꝰ Primo ostendo q potētia peccādi non sit aliq̄ potētia. Ansel.in lib.de liber-
tate arbitrij:parū post pncipiū dicit q ptās pec
cādi:nec ē libertas:nec pars libertatis. S3 si eēt
Secūdo. aliqua potētia nō eēt nisi libertas: vel pars libertatis:er
go nō est aliq̄ potētia. ¶ Itē in eodē lib.parum post au-
ctoritatē pallegatam:dicit Ansel. q liberior est voluntas
que a rectitudine declinare nequit:q̄3 que illam pōt dese
rere. Sed si potētia peccādi eēt aliq̄ potētia per eam nō
esset volūtas minus libera:q2 q̄to volūtas est potētior:
tanto est nobilior:ergo potētia peccādi:nō est aliq̄ poten

tia. ¶ Item posse deficere corporalr:vt posse mori:non Tertio.
est posse:ergo multo minꝰ posse deficere spūalr:qd est pos
se peccare:nō ē posse:ergo nec potētia peccādi ē potētia.

Contra Aug.1.lib.retrac.ca.8.volūtas est qua pec In oppm
cat z rōne viuit. Sed volūtas est aliq̄ po-
tentia:ergo potētia peccādi est aliq̄ potētia. ¶ Itē scire Secūdo.
peccare est scire:z velle peccare est velle:ergo a simili posse
peccare est posse.

Respondeo potētia peccādi est potentia defe- Ad qōnē s3 mentē ppeiā.
ctibilis:defectibilitas autē dimi-
nuit de rōne potētie. Unde rōne ipsius defectibilitatis:nō
est potētia:sed magis in potētia. Rōne vero essentie:cui
pdicta defectibilitas est annexa potētia est. ¶ Argumē-
ta ad partem pmam pcedūt de rōne ipsius defectibilita
tis per quam ipsa in actu suo deficit:ipso defectu qui est
deformitas actus peccati.

Ad primum in oppositum ad partem aliam: Ad pm
dōm q non est idem q̄rere:vtrū
volūtas sit potētia:z vtrum potētia peccādi sit potētia:
q̄uis volūtas sit ipsa potētia peccādi:q2 in significato vo
luntatis illa defectibilitas nō includit. Volūtas.n.beata
est volūtas:non tñ dici pōt q in beato sit peccādi poten
tia:sed potētia peccandi noiat:z ipsam volūtate3:z eius
defectibilitatē per quā pōt in actualē eius defectū pecca
ti:z ideo quāuis ista nō sit cōcedenda:potētia peccādi est
potētia sine distinctiōe:tñ h est simplr ɔcedenda:volun-
tas est potētia. ¶ Ad scdm dōm:q non est simile de sci- Ad 2m
re:z velle peccare:z posse peccare:q2 scire respicit suum
obm:q̄tum ad suū eē repñsentatu3 intellectui:z q2 priua
tio boni debiti pōt repñsentari itellectui:per similitudi
nem illius boni:cuꝰ est carētia. Ideo scire carētiam bo-
ni debiti est scire:omne etiā cognitum pōt esse obm vo-
luntatis. Et ideo nolle carētiam illā est vere nolle:z vel-
le illam per accidēs(aliter enim nō pōt voluntas ipsum
velle)est velle:sed potētia respicit suum obm sm eē rea-
le:z q2 deformitas peccati:nullum h3 esse reale:ideo talē
posse deformitatē nō est posse:s3 non posse. ¶ Qō. II.

Secūdo queritur vtrum potentia peccādi sit a do. Qō. 1.
Et videt q pho.1.li.de somno z vigilia:cuius est Ar.pꝰ
potētia eius est actꝰ:ergo a simili a quo est poten-
tia ab illo est actꝰ. Sed peccare nō est a deo:ergo potētia
peccādi nō est a deo. ¶ Item Boe.2.li.Top.cuius vsus Secūdo.
bonus est ipm quoq; bonū:z ecōuerso:sed vsus potētie
peccādi non est bonus:q2 ille vsus est peccare:ergo potē
tia peccandi nō est bona ad qd sequitur q non sit a deo.
¶ Item Deutero.32.dei pfecta sunt opera:sed potentia
peccādi nō est pfecta potētia:q2 vt superius habitum est
nominat defectibilitatem que diminuit de rōne potētie:
ergo potētia peccandi non est opus dei.

Contra pho.4.Top.prauoꝝ potestates sunt eligē- In oppm Capi.2.
de:sed omne eligēdū a deo est:ergo potētia
faciendi prauum opus a deo est. ¶ Item Aug.in lib.de Secūdo.
natura boni:nō multū ante mediu3 dicit:q nocēdi po-
testas non est nisi a deo:sed potestas nocendi est potestas
peccādi:ergo potestas peccādi non est nisi a deo.

Respondeo q potētia peccādi nō tantūmodo Ad qōnē s3 mēte3 ppeiā.
noiat pnm deformitatis actꝰ pecca
ti:sed etiam eēntie actꝰ substracti deformitati. Dico ergo
q inq̄tum est pncipium eēntie actus:sic dicit aliqd po
sitiuū z a deo est:z ideo eēntia actꝰ:ab ea pncipiata a deo
est. Inquātu3 aūt est pnm deformitatis actꝰ a deo nō est:
q2 sicut dicit quādam defectibilitatem:que ɔsequit potē
tiam:eo ipso q de nihilo est:vñ cām efficientem non h3
z ideo ipsa deformitas:que est in actu per ipsam defecti-
bilitatem potētie a deo non est:nec causa3 habet efficien
tem:sed deficientem. ¶ Argumēta ad primam partem Ad argumenta.
pcedunt de potentia peccandi rōne defectibilitatis per
quam est

quã est principiũ deformitatis in actu peccati: ꝛ sic verũ est ꝙ a deo non est. ¶ Argumenta ad partem aliam ꝓcedunt de potẽtia peccãdi: inquãtum est ꝓncipium entitatis actus subiecti deformitatis peccati: ꝛ sic verũ est ꝙ bona est ꝛ a deo est. ¶ Posset tñ dici specialr ad auctoritatem pbi ꝙ intẽdit potestates prauoꝝ eligendas eẽ̃ incõgrutum eedem potestates sunt etiam bonorum.

Consequenter queritur de secundo ꝓncipali. Et circa hoc queruntur duo. ¶ Primo vtrum ois potẽtia presidendi sit a deo. ¶ Secundo vtrum in statu innocentie fuisset dominatio: vel prelatio. Qõ. I.

Qõ. I. Ar. ꝓ° Primo ostendo ꝙ nõ omnis potestas presidendi sit a deo: q: regnum est quedam potestas ꝓsidendi: ꝛ regnare est ꝓsidere. Sed de quibusdam dr osee .8. ipsi regnauerũt ꝛ nõ ex me: ergo non ois potestas ꝓsidendi a deo est. ¶ Secũdo. Item quedam per potestatẽ vsurpatã alijs presidẽt. Sed nihil vsurpatũ a deo est: q: eẽ tale iniuste acceptum est: ergo nõ omnis potestas ꝓsidendi a deo est. ¶ Tertio. Item nulli potestati que est a deo resistendũ est: sȝ potestati diaboli resistẽdum est. Scriptũ est. n. Jaco. 4. resistite diabolo ꝛ fugiet a vobis: ergo potestas qua diabolus malis hoibus: vel alijs angelis malis ꝓsidet a deo nõ est.

In opp^m Contra ad Roñ. 13. nõ est ptãs nisi a deo. ¶ Secũdo. Itẽ Job. 34. dicit de deo: qꝫ regnare facit hoiẽ ypocritam ꝓpter peccata populi: ergo ptãs ꝓsidentie malorum hominum a deo est. Multo fortius ergo potestas bonorum.

Ad qõnẽ sȝ mẽtẽ ꝓprĩã. Respondeo ꝙ in potestate ꝓsidendi cõtingit cõsiderare eẽntiam potestatis: ꝛ modum acqrendi: ꝛ modum vtendi. Essentia potestatis est quedam ordo superioris ad inferiorem qui semp bonus est ꝛ a deo est. Talem. n. ordinẽ deus instituit: ad laudem bonoꝝ. Unde Roñ. 13. vis nõ timere ptãtem bonum fac: ꝛ habebis laudẽ ex illa: ꝛ ad vindictam malefactoꝝ: vnde in eodẽ caplo di de ꝓncipe: ꝙ dei minister est vindex in iram ei qui malum facit: modus aũt acqrendi potestatem: si iustus est a deo est: si iniustus a deo non est nisi permissiue: similr si vsus bonꝰ est a deo est: ꝛ si malus est a deo non est nisi permissiue.

Ad ꝓmũ Ad primum in oppositum dicẽdũ: ꝙ illa auctoritas osee itelligẽda est de potestate: quãtum ad illicitũ modũ acqrendi eam. ¶ Ad 2^m Ad secũdum dicẽdum: ꝙ homo vsurpans sibi potestatẽ iniuste acquirit eã: ꝛ ille modus acqrendi a deo nõ est: tamẽ eidem homini illa eadem potestas q̃qꝫ a deo collata est: ita ꝙ eadem potestas per cõparationem ad hominẽ acqrentem vsurpata est: ꝛ per cõparationẽ ad deuꝫ iuste collata est: nõ est. n. incõueniens idẽ esse vsurpatum: ꝛ iuste collatum diuersis respectibus. ¶ Ad 3^m Ad tertiũ dicẽdum: ꝙ diabolus sua potestate abutitur in conando hoies allicere ad peccatuꝫ: ꝛ illi abusui resistendũ est: q: talis abusus a deo non est. ¶ Argumenta ad partem aliam ꝓcedunt de potestate: quãtum ad eius essentiam. Qõ. II.

Qõ. II. Ar. ꝓ° Secundo queritur vtrũ in statu innocentie fuisset dñatio: vel ꝓlatio. Et videt ꝙ sic. Apo. 1. cor. 11. vir est caput mulieris. Sed in statu innocentie erat vir ꝛ mulier: ergo erat prelatio viri ad mulierem. ¶ Secũdo. Iteꝫ in angelis sanctis est dñatio ꝛ prelatio qꝺ manifestant nomina: qdam enim dicunt ꝓncipatus: quidam potestates: qdam dominatiões: ergo simlr videt ꝙ fuisset [illegible] dam fuissent alijs ꝓpositi.

In opp^m Contra Aug. 19. de ciui. ca. 15. dicit ꝙ deus hominẽ rõnalem factum ad imaginem suaꝫ noluit nisi irrõnabilibus dominari: non hoiẽ homini: ergo videt: ꝙ si petm nõ fuisset inter hoies: non fuisset dñatio: nec platio. ¶ Secũdo. Item posito dño ponitur seruitus. Sȝ sm Aug. partum post auctoritatem pallegatam cõditio seruitutis iure intelligit iposita tõe peccatoꝝ: ergo vr: ꝙ nõ fuisset aliqua dñatio inter hoies: nisi fuisset peccatum.

Ad qõnẽ sm mẽtẽ ꝓpriaꝫ. Dñatio tripłr pt accipi. Respondeo ꝙ dñatio tripłr põt accipi. Uno modo largissime. s. prout aliquid dicit dominus illius rei: qua vtitur pro sua voluntate: ꝛ talis dominatio fuisset in statu inocentie. Alio modo minus large. s. pro potestate imperandi alij homini: ꝛ talis dominatio etiam fuisset in statu inocentie in viro respectu mulieris: ꝛ in parentibus respectu prolis sue: filium aũt debere obedire patri: ꝛ vxorem viro: non tm̃ spectat ad naturam destitutam: sed etiam ad institutam. Tertio modo põt dñium accipi ꝓprie. s. pro potestate cohercẽdi subditos: subditum aũt cohercerit: includit aliqd fieri cõtra eius voluntatem: vel cõtra eius inclinationeꝫ: vel ipm pro aliquo malo puniri: que puenire nõ põt homini: nisi pro statu nature lapse. Et iõ dominatio hoc tertio modo dicta: non fuisset in statu inocentie: nec est: nec erit in statu glorie. Unde sup illud. 1. cor. 15. cũ euacuauerit omnem ꝓncipatum ꝛ potestateꝫ: dicit glosa ꝙ omnibus collectis: omnis ꝓlatio cessabit: quia necessaria non erit.

Ad ꝓ^m Ad 2^m Ad 3^m Argumentum primum ad primam partem ꝓcedit de dñio: secundo mõ dicto. ¶ Ad scdm etiã simili modo põt solui. ¶ Ad tertium dicẽdum: ꝙ q̃uis in statu inocẽtie: non oẽs hoies fuissent pares in prudentia ꝛ bonitate: tñ quilibet tm̃ habuisset de prudentia ꝛ bonitate qꝺ ad sui ipsius regnuꝫ: cum diuino adiutorio sufficeret. Et ideo non fuisset ibi dñium: tertio modo dictũ: nec etiam dñium dictum: secundo modo nisi viri ad mulierem ꝛ parentum ad plem: vt ante dictum est. ¶ Argumẽta ad partem aliam ꝓcedunt de dominio tertio modo dicto.

Consequenter querit de tertio ꝓncipali. Et circa hoc q̃runt duo. ¶ Primo vtruꝫ subditi teneant obedire dñis tpalibꝰ in soluendo tallias de nouo impositas: que non vergũt: nisi in temporalẽ vtilitatem dominoꝝ. ¶ Secũdo vtrum religiosi magis teneant obedire suo patri spirituali. i. prelato q̃ patri carnali.

¶ Questio. I.

Qõ. I. Ar. ꝓ° Primo ostendo ꝙ xpiani tenẽtur dñis tẽporalibus obedire in soluẽdo tallias de nouo impositas: q̃ etiam nõ vergũt: nisi in vtilitatem tpalem dñoꝝ. Aplõ Roñ. 13. Omnis aia potestatibꝰ sublimioribꝰ subdita sit. Sȝ pꝫ pbm. 2. li. Top. ꝙ nullo addito dicit: simpliciter dicꝫ: ergo videt: ꝙ subditi dñis tpalibꝰ simpłr obedire teneant in omnibꝰ. ¶ Cap. 30. Secũdo. Item ꝓma Pe. 2. serui subditi estote in omni timore dñis: non tm̃ bonis: ꝛ modestis: sȝ etiam discholis: ergo videt: ꝙ q̃tũcũqꝫ subditi a dñis temporalibꝰ grauent in tpalibus possessionibꝰ: ꝙ eis obedire teneant. ¶ Tertio. Item Aplõ ad ephe. 6. serui obedite dñis carnalibus cum timore ꝛ tremore in simplicitate cordis vestri: sicut christo. Sed christo tenẽtur omnes obedire in omnibus: ergo ꝛ dominis temporalibus.

In opp^m. Contra sup illud Matth. 18. ergo liberi sunt filij: dicit glosa liberi sunt filij regni in omni re[illegible]

Tertio.

ergo christiani perfecte sunt liberi:qḋ non esset veruz:si tenerenſ dn̄is tp̄alibus obedire. ¶ Itez christiani per legem euangelicā:liberati sunt a lege mosayca:ergo cuz lex mosayca:fuerit lex diuina:⁊ lex diuina magis astringat:q̄ꝫ quecūqꝫ humana:videſ ꝙ christiani absoluti sint ab omni lege humana:qḋ non esset veruz:si in aliquo tenerentur dominis temporalibus obedire.

Ad qōnē ſꝫ mētez ꝑpriā.

Respondeo ꝙ ex corruptione que in nobis est proni sumus ad perturbandum ordinem iustitie:taz in temporalib⁹ q̄ꝫ in spiritualib⁹:ideo oportuit esse aliquos qui potestatez in spiritualib⁹ hērent:⁊ aliquem ꝑncipalem:⁊ aliquos sub eo qui haberent potestatem in tēporalibus:vt sic ordo iustitie seruareſ tam in temporalib⁹:q̄ꝫ in spiritualibus. Habēti aūt potestatē iuste:siue in temporalib⁹:siue in spiritualib⁹:teneneſ christiani subditi obedire in his ad que se extēdit potestas illius:nō aūt in alijs de necessitate:nisi forte in casu vbi ꝑp scandalum esset necessarium obedire. Sed ad vidēdum vtrum imponere tallias de nouo que non vergūt:nisi in vtilitatem temporalem dn̄orum sub eoꝝ ꝯtinentur potestate distinguendum est de subditis. Quia aut sunt serui:

Subditi i duplici differētia

aut liberi. Si serui simpl'r:dico ꝙ domini pn̄t eis d̄ nouo tallias imponere:q̄ꝫuis non vergant:nisi in vtilitatez dominoꝝ:⁊ serui teneneſ obedire. Quia seru⁹ ⁊ res ei⁹ sunt possessio dn̄orum. Unde ph̄s.1.Poli.dicit ꝙ seruus est res possessa:vnde si fugiat dn̄z:dn̄o debet restitui. Extra de seruis nō ordinādis:de seruoꝝ. Si autez subditi sint liberi:ita vt dn̄s eorum dn̄etur eis politice:tūc distinguo ex parte dn̄orum:qꝛ aut dn̄s ille est rex:vel princeps:aut dominus inferior. Si dn̄s inferior:tunc dico ꝙ de nouo nō pōt subditis suis tallias īponere:⁊ si īponit cū exceat limites sue potestatis. Nō credo ꝙ subditi teneanſ obedire maxime cum sine ꝯsensu regum:vel ꝑncipum īponunſ:qḋ ꝓbatur per simile. Prohibere.n.abbatib⁹ ep̄is ⁊ prelatis alijs ne nouos census īponāt ecclesijs:nec veteres augeant. Extra de censib⁹ ⁊ exactionib⁹:ꝓhibem⁹ ⁊ supra eodē scientes:⁊ infra eodē Eccl'.⁊ ca.inouamus: vbi habeſ ꝓpositūz:non tantūmodo in simili:sed expresse. Ibi enim dicit sic:nec q̄sq̄ꝫ alicui nouas pedagiorum exactiones sine auctoritate ⁊ ꝯsensu regum ⁊ ꝑncipum statuere aliquo modo ꝑsumat. Siqs aūt ꝯtra h̄ fecerit:⁊ cōmonitus nō destiterit:donec satisfaciat:ꝯmunione careat christiana. Hoc enim habeṫ Extra de ver.signi.super quibusdam. ¶ Preterea:ad h̄ etiā facit illud qḋ habeſ.C. noua vetigalia instituti nō posse.l.1.⁊.2.⁊.3. Et.ff.de legibus ⁊ senatusꝯsultis.l.⁊ ideo. ¶ Si aūt dn̄s est rex:vel

Quis:et ꝑp qd:⁊ cui oꝫ imponē tallias.

ꝑnceps:tūc dico ꝙ auctoritate sua pro vtilitate boni cōmunis de nouo potest tallias subditis suis:etiā christianis īponere:compensata subditorum facultate:⁊ negotij qḋ est pro cōmuni bono qualitate.⁊ q̄ntitate.ff.de publi.⁊ vetiga.⁊.C.noua vetiga.l.1.⁊.3. Qḋ est intelligēdum: nisi facultates assignate regi:vel ꝑncipi pro cōmuni vtilitatis promotione ⁊ defensione sufficiant. Si autez ille

Cur non sūt imponende.

tallie in nullo sunt ad vtilitatem boni cōmunis:tunc dico:ꝙ nec rex:nec princeps tēporalis tales tallias de nouo potest īponere subditis liberis:quia possessiones eoꝝ non sunt possessiones dominorum:⁊ si eas impon ūt subditi non tenentur obedire:qꝛ sue exeunt limites ꝑtātes.

Ad ꝑm

Ad primum in oppositū dicēduz:ꝙ illud verbum apostoli intelligēduz est q̄n potestates sublimiores non trāsgrediunſ limites sue potestatis:sed quādo imponūt tallias subditis liberis:que non vergunt nisi in ipsoꝝ vtilitatem trāsgrediunſ limites sue potestatis. ¶ Ad scḋm dicendum:ꝙ illa auctoritas aut itelligēda est de seruis simpl'r:aut si per seruos intelligat subditos quibus dn̄i politice dominantur intelligenda est:sicut precedēs auctoritas exposita est. ¶ Ad tertium dicēdum:ꝙ ly sicut ibi nō est nota equalitatis:

Ad 2m

Ad 3m

sed similitudinis. Sicut nec est nota equalitatis:cuz ꝑcipitur boni diligere ꝓximum:sicut se ipsuz. Magister.n. homo teneſ se ipsum diligere q̄ꝫ ꝓximum:est ergo predicta auctoritas sic exponenda:vt sicut obedire debemus christo in omnib⁹:ita ſm illam similitudinem debemus obedire domino temporali in omnib⁹:que sunt infra limites sue potestatis. ¶ Et quia argumenta ad partem aliam ſm apparētiam videntur concludere:ꝙ in nullo christiani teneantur dominis temporalib⁹ obedire:ideo soluenda sunt.

Ad ꝑm in oppm

Ad primum ergo dicēdum:ꝙ illa auctoritas filios regni vocat christianos illos:qui omnia temporalia requirūt ꝓpter christum:⁊ verum est:ꝙ tales non teneneſ ad tributa:nec ad exactiōes temporales. ¶ Ad secūdum dicēdum:ꝙ lex christiana dicitur lex perfecte libertatis:non quia hominez liberet a seruitute temporali:sed quia ip̄m liberat a seruitute spirituali que est seruitus peccati. ¶ Ad tertium dicēduz: ꝙ lex mosayca fuit ꝑfiguratiua:⁊ quasi vmbra legis euāgelice:⁊ ideo postq̄ꝫ publicata est lex euangelica:non debuimus obligati manere ad legem mosaycam scḋm litteram:tum quia adueniente veritate:non est necessaria figura:tum quia lex mosayca impleſ in lege christiana:dicente Saluatore Matth.5.non veni soluere legem:sꝫ adimplere:nō sic autem se habet lex humana ad legem euāgelicam:imo iuuat ad legis euangelice perfectionem.

Ad 2m

Ad 3m

¶ Questio. II.

Qō.11.

SEcūdo queritur vtrū religiosi magis tenētur obedire suo patri spirituali.i.prelato:q̄ꝫ patri carnali. Et videſ ꝙ nō:ad Col.3.filij obedite parētib⁹ vestris per omnia. Sed illis quibus obediendum est per omnia:magis est obediendum:q̄ꝫ cuicunqꝫ homini alij:ergo magis est obediendum parētibus carnalib⁹ q̄ꝫ prelato. ¶ Itez qui obligat⁹ est alicui:se in ꝑiudicium illius alij obligare non potest. Sed filius obligatus est per preceptum diuinum ad honorādum parētes: vt patet Exo.20. Cum ergo maximus honor sit in obediendo non potest homo se obligare ad obediendū alij in preiudicium obedientie quam debet parētibus suis. ¶ Item glosa sup illud Exo.20.honora p̄rem tuum ⁊c. qui parētibus honorem nō defert quibus parere pōt:ergo videſ ꝙ nulli alij sit ita parēdum:sicut parētibus carnalibus. ¶ Item ꝑfecta obedientia ex charitatiua dilectione ꝓcedit:ergo illi magis debeo obedire:quez magis debeo ex charitate diligere. Sed magis debeo ex charitate diligere p̄rem carnalem:q̄ꝫ prelatum:ergo sibi magis teneor obedire. ¶ Item magis teneſ homo obedire illi a quo habet esse nutrimētum ⁊ disciplinam:⁊ cui subiect⁹ est iure nature q̄ꝫ illi a quo nō hꝫ esse:⁊ cui non est subiectus:nisi ex statuto volūtatis sue. Sed ſm ph̄m.8 ethi. ca.11.parentes sunt filijs cā essendi nutrimēti ⁊ disciplinē:⁊ eis ꝑncipanſ nāmon sic autem prelatus se hꝫ respectu subditoꝝ suoꝝ:ergo magis tenetur filius obedire patri carnali:q̄ꝫ suo prelato. ¶ Itez Matth.15.quare vos transgredimini mandatum dei ꝓpter traditionē vestrā: nam deus dicit:honora patrem tuum:⁊ matrem tuam: ergo videſ:ꝙ ꝓpter aliquam traditionem quā faciat hō siue per votum:siue alio mō:preiudicari non debet precepto de honorando patrem ⁊ matrem:qḋ non esset verū:si subdit⁹ magis teneret obedire ꝑlato:q̄ꝫ p̄ri carnali.

Ar.ꝑo

Secūdo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

In oppm.

Contra actuū.5.dicit Petrus obedire oportet deo magis:q̄ꝫ hominibus. Sed obedire ꝑlato est obedire deo:quia Luc.10.dicit saluator:qui vos audit me audit:ergo magis est obediendū prelato:q̄ꝫ patri carnali. ¶ Item Ber.in lib.de ꝓcep.⁊ dispensatione.ca.9. dicit ꝙ ipsa regula monet:ꝙ si etiam impossibilia iniunguntur a prelato:vt subditus de adiutorio dei ꝯfidēs ex

Secūdo.

charitate

charitate dei obediat. Sed talis monitio esset irrationalis: nisi esset magis prelato obediendum: q̄ cuicūq̄ homini alij. ¶ Item Ber. eodē lib. ca. 15. siue enim deus: siue homo vicarius dei mandatū quodcūq̄ tradiderit: pari profecto obsequēdum est: cura pari reuerentia deferendū. Ubi tamen deo ꝯtraria: homo non precipit: sed certum est q̄ magis est obediendum deo: q̄ patri carnali: ergo ⁊ ipsi prelato: vt videtur. ¶ Item sicut habet se spiritus ad carnem: ita pater spiritualis qui est prelat⁹ ad patrem carnalem. Sed magis obediendum est spiritui: q̄ carni: ergo magis obediendū est prelato: qui est pater spiritualis: q̄ patri carnali. ¶ Item Matth. 19. omnis qui reliquerit patrem: aut matrem ꝓpter nomen meū centuplum accipiet: ⁊ vitam eternā possidebit. Sed qui magis obedit prelato: q̄ patri carnali: ipse ꝓpter deum: quem reueretur in prelato dimittit patrem carnalem: ergo bene facit.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Ad q̄ōnē ſꝫ mētē ꝓpōnē.

Respondeo aliqua sunt in quibus filij parentibus carnalib⁹ obligant de iure nature ⁊ de iure diuino: vt sunt illa que intelligunt: vel cōtinentur in illo precepto: honora patrem tuum ⁊ matrē. aliqua sunt in quibus non obligantur filij parentib⁹ carnalib⁹: nec de iure nature: nec de iure diuino. Respectu autem eorum in quibus obligātur filij parentibus de iure nature: ⁊ de iure diuino magis tenentur professi in religione obedire loco ⁊ tempore patri carnali q̄ suo prelato precipienti ꝯtrariū. Professio enim in religione nullum absoluit ab obligatione diuini precepti: ad hoc enim est obseruatio consiliorum: vt perfectius obseruent precepta diuina. Unde per hoc q̄ religiosi profitentur obseruationem aliquorum consiliorum non minus tenentur ad obseruationem diuinorū preceptorum. Et huic concordat illud decretum distin. 30. Siqui filij. Ubi dicitur sic. Siqui filij parētes maxime fideles deseruerint: occasione dei cultus: hoc iustum esse iudicantes: ⁊ nō potius debitum honorē parentibus reddiderit anathema sint. Respectu autem eorum in quibus non obligantur filij parentib⁹: nec de iure nature: nec de iure diuino: planum est q̄ religiosi magis tenentur obedire suo prelato q̄ patri carnali. Ex dictis patet via ad solutionem argumentorum vtriusq̄ partis.

Ad p̄m̄

Ad primum cum dicitur q̄ filij obediant parentibus per omnia ⁊c̄. dico hoc debere intelligi de omnibus quibus eis obligātur de iure nature: vel diuino ſi verbum se extendit ad illos qui sunt in religione professi ⁊ debent intelligi pro tempore ⁊ loco. ¶ Ad secūdum solutum est per dicta in corpore questionis. ¶ Ad tertium dicendum: sicut ad primum. ¶ Ad quartum dicēdum: q̄ non semper magis teneor obedire illi: quem magis teneor diligere: nisi equalem habeant super me auctoritatem. Parentes autem carnales non tātam habent auctoritatem sup filios respectu eorū in quibus filij non obligātur eis: nec de iure nature: nec de iure diuino: quātam prelati sup subditos suos. ¶ Ad quintum dicendum: q̄ procedit de obedientia respectu eorum in quibus filij obligantur parentibus de iure nature. ¶ Ad sextum dicendum: q̄ procedit de obedientia respectu eorum in quibus filij obligantur parētibus de iure diuino.

Ad 2^m

Ad 3^m

Ad 4^m

Ad 5^m

Ad 6^m

Ad primum ad partem aliam dicēdum: q̄ vere obedire p̄lato est obedire deo: nisi precipiat contra deum: nec sue excedat limites potestatis q̄ ꝓpter hoc dico: quia sicut dicit Ber. de p̄cepto ⁊ dispen. ca. 8. quisq̄ professus in quo vis genere salutiferę: nec vltra obedire legem cogēdus: nec circa est inhibendus: quā sua ipsius videt complecti professio. Si aūt prelatus preciperet suo subdito ꝯtrariū illi in quo subditus obligatur parētib⁹ de iure nature: vel diuino preciperet contra deum: ⁊ ideo in illo precepto sibi non eēt obediendum. ¶ Ad secūdum dicendū: q̄ illa monitio perfectionis est non necessitatis: ⁊ locum etiam haberet in filio respectu eorum in quibus obligatur parentibus de iure diuino. ¶ Ad tertium patet solutio per solutionem ad primum istorum. ¶ Ad quartum dicendum: q̄ maior argumenti non est vera: quia quāuis spiritus immediate creetur a deo: tamen inquantum pater carnalis disponit materiam ad susceptiōem illius: magis respicit patrem carnalem: q̄ ipsum prelatum. Et ideo totus homo magis dependet ex patre carnali q̄ ex prelato: vnde principalior pater est q̄ prelatus respectu eorum in quibus p̄eest filio iure nature: vel diuino: cū ergo spiritus sit hominis nobilior pars: patet q̄ non fuit in maiore argumenti accepta conueniens similitudo. ¶ Ad quintū dicendum: q̄ illud verbum intelligēdum est vbi ⁊ quādo parentes a filijs honorari nō indigent: ⁊ maxime q̄n filios inclinare: ad illud quod est ipsorum saluti contrarium. ¶ Uel potest dici q̄ intelligēdum est respectu eorum in quib⁹ filij parentibus non obligantur: nec de iure nature: nec de iure diuino.

Ad p̄mū in opp^m

Ad 2^m

Ad 3^m

Ad 4^m

Ad 5^m

Circa litteram. Mala voluntas non a deo nobis est. i. actus male voluntatis: inquātum malus est a deo non est sciendum est apostolū ibi loqui de seculari potestate. s. rege ⁊ p̄ncipe: ⁊ huiusmodi q̄bus non est resistendum: qd̄ est intelligēdum in his que spectant ad eorum potestatem de iure: qd̄ patet per litteram immediate sequentem: postq̄ enim dictū est: quibus non est resistendum: statim subiungitur: in his quibus deus iubet eis exhiberi. s. in tributis ⁊ huiusmodi: ipsos humanarum rerum gradus auertere. s. in obediendo. ¶ Sed ꝯtra hoc arguit sic: glosa super illud Apoc. 2. ⁊ angelo pergami ⁊c̄. dicit q̄ non audet arch episcopus sup subditos episcopi manum imponere sine eorū: ergo non semper magis est obediendum superiori. ¶ Respōdeo archiepiscopus: quāuis sit episcopo superior: nō tamen super episcopum: nec super eius subditos hꝫ plenariam potestatē. Et ideo subditi episcopi magis tenentur obedire episcopo: q̄ archiepiscopo: nisi in aliquibus casibus: sed prelato superiori qui super subditos habet plenitudinem potestatis cuiusmodi est Papa semp magis obediendū est q̄ prelatis inferiori. Et quia deus super omnes habet potestatis plenitudinem. Ideo sibi p̄ncipalissime obediēdum est: ⁊ perseuerāter: quia sicut scribitur Matth. 10. Qui perseuerauerit vsq̄ in finem: hic saluus erit. Ad quā salutem per obedientie perseuerantiam: nos perducere dignet ⁊ spiritualiter me dominus noster Jesus Xp̄s qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Dub^m

R̄n̄o.

Tabula scripti Ricardi super secūdum librum sententiaꝝ Domini Petri Lombardi.

Utrum

Finis.


Laus deo optimo: maximoqꝫ.


Clarissimi sacre theologie professoris Magistri Ricardi de Mediauilla ordinis minoꝝ preclara cõmẽtaria sup secũdum librum sententiaꝝ Magistri Petri Lombardi episcopi Parisiensis: vna cum interpretatione textus diligẽtissime castigata: ac per Lazaꝝ Soardum Venetijs accuratissime impssa: cui a sanctissimo dño. D. nostro Dño Julio diuina prouidẽtia Papa. ij. per apostolicas lr̃as indultuꝫ fuit: q̄ nullus possit ea imprimere sub pena excõmunicationis late sentẽtie: quam ꝯtrafacientes eoipso incurrant: a quaqꝫ absolui non possint nisi satisfactione premissa.
Itemqꝫ ab Illustrissimo ducali dominio Venetoꝝ ex gratia concessum est illi q̄ similiter ea nullus imprimere possit sub pena in ipso priuilegio contenta: ꝛ de his plenius continetur taꝫ in litteris apostolicis desuper cõfectis: q̃ꝫ ex priuilegio ipsius Illustrissimi Dominij.
Venetijs per Lazarum Soardum die. xxviij. Martij. M. D. IX.

Excusatio Lazari.

Si quid forte tuos offendet lector ocellos
Quod mihi mendoso grãmate versus eat:
Emendare velis: nam non me Lazarus istis
Confecit mendis Bibliopola tuus:
Sed turbata magis pressoris inertia quando
Sera dedit lassas artibus hora manus.

Sola virtus vincit omnia.



Omnes sunt quaterni preter primũ qui est duernus ꝛ vltimũ q ẽ q̃ternꝰ.

Quinter. 18. car. 1.